Januarius.

KL Prima dies menſis et ſeptima truncat vt enſis.
Januarius habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.
Pocula ianus amat.

A	Januarii		Circunciſio dñi. minus dup. ix. lectiones.
b	iiii	N	Octa. ſancti ſtephani prothomartiris. iii. lectiones
c	iii	N	Octa. ſancti iohannis apli et euangeliſte. iii. lec.
d	Prid. non.		Octa. ſanctorum innocentium martirum. iii. lectiones
e	Nonis		Octa. ſcti thome mar. ⁊ ſcti edvvardi regis ⁊ ↄfe.
f	viii	Id	Epyphania dñi feſtū principale dup. ix. lcōnes
g	vii	Id	Claues ſeptuageſime.
A	vi	Id	Luciani preſbyteri et ſociorū memoria tantum.
b	v	Id	
c	iiii	Id	
d	iii	Id	Sol in aquario.
e	Prid	Id	
f	Idibus.		Octa. epy. inuit. tri. ix. l. med. lec. de ſctō hylario.
g	xix	kl	Felicis pbri ⁊ mar. inuit. ſimp. iii. lcōnes.
A	xviii	kl	Mauri abbatis. inuitat. ſimp. iii. lectiones.
b	xvii	kl	Marcelli pape et mar. inuitat. ſimp. iii. lcōnes.
c	xvi	kl	Sulpicij epi et cōfeſſoris. Scti anthonij cōfeſſoris
d	xv	kl	Priſce virgis ⁊ mar. inuit. ſimp. iii. lec. Pria lec.
e	xiiii	kl	Vulſtani epyſcopi et cōfeſſoris ix. lec. de cōi.
f	xiii	kl	Sanctorū fabiani et ſebaſtiani martir. ix. lec.
g	xii	kl	Agnetis virginis et martiris ix. lectiones.
A	xi	kl	Vincētij martyris ix. lectiones.
b	x	kl	
c	ix	kl	
d	viii	kl	Conuerſio ſancti pauli inuit. tri. ix. lec. memoria de ſancto preiecto
e	vii	kl	
f	vi	kl	Juliani epi et confeſſoris. inuit. dup. iii. lcōnes.
g	v	kl	Agnet. ſcdo. Inuit. du. iii. l. Claues quadrageſime
A	iiii	kl	
b	iii	kl	Batildis regine ⁊ vgis nō mar. Inuit. ſimp. iii. l.
c	Prid	kl	

Nox habet horas. xvi. Dies vero. viii.

In iano claris calidiſq; cibis potiaris.
Atq; decens potus poſt fercula ſit tibi notus.
Ledit enim medo tunc potus vti bene credo
Balnea tute intres: et venam ſindere cures.

Februarius.

KL Quarta ſubit mortem: proſternit tercia fortem
Februarius habet dies. xxviij. Luna vero. xxix.
Et februus algeo clamat.

	d	Februarij		Brigide virginis nō mar. inuit. ſimplex. iij. lec.
xi	e	iiij	N	Purificatio beate marie. maius duplex. ix. lec.
xix	f	iij	N	Blaſij ep̄i ⁊ mar. inuit. duplex. iij. lcões
viij	g	Prid nonas.		
	A	Nonis		Agathe virginis et martyris. ix. lectiones
xvi	b	viij	Id	Sctōꝝ vedaſti et amandi ep̄oꝝ. inuit. ſimp̄. iij. lec.
v	c	vij	Id	Ubicunq; p̄ma luna fuerit poſt feſtū. agathe proxima dn̄ica ſequēti erit dn̄ica. xl.
	d	vj	Id	
xiij	e	v	Id	Sol in piſcibus.
ij	f	iiij	Id	Scolaſtice virginis. inuit. ſimplex. iij. lectiones.
	g	iij	Id	Tranſlatio ſancte fredeſwide virginis.
x	A	Prid idus.		
	b	Idibus		
xviij	c	xvj	kl	Martij. Valētini ep̄i et martiris. inuit. ſim. iij. l.
vij	d	xv	kl	
	e	xiiij	kl	Juliane virginis et mar. inuit. dup̄. iij. lectiones
xv	f	xiij	kl	
iiij	g	xij	kl	
	A	xj	kl	
xij	b	x	kl	
j	c	ix	kl	Ultima ſeptuageſima
	d	viij	kl	Cathedra ſancti petri. inuit. tri. ix. lectiones
ix	e	vij	kl	
	f	vj	kl	Mathei apl̄i. Inferius dup̄. Si byſextꝰ fuerit quarta die a cathedra ſancti petri fiat feſtum ſancti mathie: ⁊ f. littera bis numeretur
xvij	g	v	kl	
vj	A	iiij	kl	
	b	iij	kl	
xiiij	c	Prid	kl	

Nox habet horas. xiiij. Dies vero. x.

Poſt cineres: pneuma: poſt crucem: poſtq; luciā
Mercurij veneris ſabbata ieiunia fient

Naſcitur occulta febris tibi februa multa
Potibus ac eſcis: minui bene dū modo neſcis
Frigora et horrorem fuge: pollice funde cruorem
Suge fauum mellis: quo morbum pectore pellis.

KL Primus mādentem diſrumpit quarta bibentem.
Martius habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.
Martius arua fodit.

iii	d	Martij		Dauidis ep̄i et confeſſoris.ix.lectiones.
	e	vi	N	Cedde ep̄i et cōfeſſoris.ix.lectiones
xi	f	v	N	
	g	iiij	N	
xix	A	iii	N	
viii	b	Prid nonas.		
	c	Nonis		Sanctaꝝ perpetue et felicitatis vir. ⁊ mar.iij.l.
xvi	d	viii	Id	
v	e	vii	Id	
	f	vi	Id	
xiii	g	v	Id	Claues paſ. Sol in ariete. Equinoctiū v̄nale.
ii	A	iiii	Id	Gregorij pape ⁊ ꝯfeſ. Inferius dup̄.ix.lectiones Ultima quadrageſima.
	b	iii	Id	
x	c	Prid idus		Poſt iſtum locum nō poteſt eſſe initiū.xl.
	d	Idibus		
xviii	e	xvii	kl	Aprilis Introitus noe in archam
vii	f	xvi	kl	Patricij ep̄i et cōfeſſoris.ix.lectiones.
	g	xv	kl	Edvvardi regis et martyris.ix.lectiones.
xv	A	xiiii	kl	
iiij	b	xiii	kl	Cuthberti ep̄i ⁊ cōfeſſoris.ix. lectiones
	c	xii	kl	Benedicti abbatis.ix.lectiones.
xii	d	xi	kl	Primum paſcha
i	e	x	kl	Hic adam creatur.
	f	ix	kl	
ix	g	viii	kl	Annunciatio dn̄ica.minus dup̄. ix.lectiones.
	A	vii	kl	
xvij	b	vi	kl	Reſurrectio dn̄i. principale duplex feſtum
vi	c	v	kl	
	d	iiii	kl	
xiiii	e	iii	kl	
iii	f	Prid	kl	

Nox habet horas.xij. Dies vero.xij.

Martius humores gignit: varioſq; dolores
Sume cibum pure: cocturas ſi placet vre.
Balnea ſunt ſana: ſed queq; ſuperflua vana.
Uena nec abdenda: nec potio ſit tribuenda

KL Denus et vndenus eſt mortis vulnere plenus.
Aprilis habet dies. xxx. Luna vero. xxix.
Et florida nutrit.

	g	Aprilis		
xi	A	iiij	N	
	b	iii	N	Richardi ep̄i et cōfeſſoris. ix. lcōnes
xix	c	Prid	no	Ambroſij ep̄i et doctoris. Inferiꝰ duplex. ix. lec.
viij	d	Nonas		
xvi	e	viii	Id	
v	f	vii	Id	
	g	vi	Id	
xiij	A	v	Id	
ij	b	iiii	Id	Sol in thauro.
	c	iii	Id	
x	d	Prid	idus	
	e	Idibus		
xviij	f	xviij	kl Maij	Sāctoꝝ tyburtij et vale. et maxi. mar. iij. lec.
vij	g	xvij	kl	Claues rogationū.
	A	xvi	kl	
xv	b	xv	kl	
iiij	c	xiiij	kl	
	d	xiii	kl	Alphegi ep̄i et martyris. iii. lcōnes.
xij	e	xii	kl	
i	f	xi	kl	
	g	x	kl	
ix	A	ix	kl	Georgij mar. Inferius dup̄. iii. lec. cū regi̅e chori.
	b	viii	kl	
xvij	c	vii	kl	Marci euāgeliſte. Inferius dup̄. iii. lcōnes.
vi	d	vi	kl	Letania maior. Ultimum paſcha.
	e	v	kl	
xiiij	f	iiii	kl	Uitalis martyris. ix. lec. cū regimine chori
iii	g	iii	kl	Egreſſus noe de archa.
	A	Prid	kl	Depoſitio ſctī erkenwaldi ep̄i lōdoñ. dioce.

Nox habet horas. x. Dies vero. xiiij.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cuncta renaſcuntur: cunctaq; poſt reſerantur
In quo ſcalpeſcit corpus ſanguis quoq; creſcit.
Ergo ſoluatur venter: cruor imminuatur.

KL Tercius ſeptembꝛis et denus fert mala membꝛis.
Septēber habet dies.xxx. Luna vero.xxix.

xvi	f	Septēbꝛis	Egidij abbatis. ix.lec. medie lec. de ſcō pꝛiſc.
v	g	iiii No	
	A	iij No	
xiij	b	Pꝛid no.	Tranſla. ſcti cuthberti epi ꝛ ↄfeſ. ix.l. niſi fcte.l.xl
ij	c	Nonis	Bertini abbatis ꝛ cōfeſſoꝛis. iij. lec. cū noc.
	d	viii Id	
x	e	vii Id	
	f	vi Id	Natiuitas beate marie. maius dup. ix. lcōnes.
xviii	g	v Id	Goꝛgonij martyꝛis memoꝛia tantum.
vii	A	iiij Id	
	b	iij Id	Sctōꝝ pꝛothi ꝛ iacincti mar. memoꝛia tantum
xv	c	Pꝛidie idus.	
iiij	d	Idibus	
	e	xviii kl'	Octobꝛis. Exaltatio ſcte crucis. min⁹ dup. ix. lec. medie lectiones de ſanctis coꝛnelio ꝛ cypꝛiano.
		Sol in libꝛa	Equinoctiū autūnale. Et finiunt dies canicu.
xii	f	xvii kl'	Oct. beate marie. Inuitꝫ. triplex. ix. lectiones.
i	g	xvi kl'	Edithe virginis nō mar. ix. lec. medie lec. de mar.
	A	xv kl'	Lamberti epi ꝛ mar. Inuitꝫ. ſimplex. iij. lcōnes.
ix	b	xiiij kl'	Obſerua menſis noni ieiunia ſemper.
	c	xiij kl'	Poſt exaltatam feri a quarta lucem.
xvii	d	xij kl'	Vigilia.
vi	e	xi kl'	Mathei apli et euāge. feri⁹ du. ix. l. meō. de. ſ. lau
	f	x kl'	Mauricij ſocioꝝqꝫ ei⁹ mar. ix. l. do epo ꝛ ↄf. l.
xiiij	g	ix kl'	Tecle virginis non martyꝛis. iij. lec. cum. noc.
iij	A	viii kl'	
	b	vii kl'	Firmini epi ꝛ martyꝛis. Inuitꝫ. ſimplex. iij. lec.
xi	c	vi kl'	Cypꝛiani epi et iuſtine virgis. iuitꝫ. dup. iij. lec.
xix	d	v kl'	Sāctoꝝ coſme et damiani mar. iuitꝫ. dup. iij. lec.
	e	iiij kl'	
viii	f	iij kl'	Michaelis archangeli. Inferius dup. ix. lcōnes.
	g	Pꝛid kl'	Hieronimi pbri ꝛ docto. Inferius dup. ix. lec.

Nox habet hoꝛas. xij. Dies. vero. xij.

Subiūgas iudith poſt vigiliāqꝫ mathei. Adonay.
Poſt ſācrū coſmā des hyſtoriā machabeo Adaplat
Fructus maturi ſeptembꝛi ſunt valituri
Et pira cum vino: panis cum lacte capꝛino
Quanqꝫ dat vrtica: tibi potio fertur amica.
Tu venam pandas: ſpeciem cum ſemine mandas.

two leaves gone

October.

KL Tercius et denus eſt ſicut mors alienus.
October habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.
Heminat october

xvi	A	Octobris.		Sanctorū remigii germani vedaſti ꝛ bauonis. epyſcopoꝝ. ix. lec. medie lec. de ſancto melorio.
v	b	vi	N	Thome hoford'ēſis epi ꝛ ꝯfeſ. ix. l. med. lec. de ſcō leodegario.
xiii	c	v	N	
ii	d	iiii	N	
	e	iii	N	
x	f	Pridie	non.	Fidis virginis ꝛ martyris. Inuit. ſimp. iii. lec.
	g	Nonis		Sctōꝝ marci et marcelliani. inuit. dup. iij. lcōnes
xviii	A	viii	Id	
vii	b	vii	Id	Dionisii ſociorumque eius martyrum. ix. lec.
	c	vi	Id	Gereonis ſociorūque eius martyrū. iii. lec.
xv	d	v	Id	Nicaſii ſociorūque eius mar. inuit. dup. iii. lec.
iiii	e	iiii	Id	
	f	iii	Id	Trāſlatio ſcti edwardi regis. Inferi' du. iii. l.
xii	g	Pridie	Id.	Calixti pape ꝛ m. inuit. du. iii. lec. Sol in ſcorpione.
i	A	Idibus		Wulfrani epiſcopi et cōfeſſoris. iij. lectiones
	b	xvii	kl	Novembr. Michaelis in monte tumba. inuit. tri. ix. lec.
ix	c	xvi	kl	Etheldrede virginis non martyris. ix. lectiones.
	d	xv	kl	Luce euangeliſte. Inferius du. ix. lec. medꝛia.
xvii	e	xiiii	kl	Fredeſwide virginis non martiris. ix. lcōn
vi	f	xiii	kl	
	g	xii	kl	Sctāꝝ vndecim milliū virginum. inuit. dup. iij. l.
xiiii	A	xi	kl	
iii	b	x	kl	Romani epi et cōfeſſoris. iii. lec. cū noc.
	c	ix	kl	
xi	d	viii	kl	Sanctoꝝ criſpini et criſpiniani. inuit. dup. ix. lec medie lec. de ſcō iohāne de beuerlaco epo ꝛ ꝯfeſ.
xix	e	vii	kl	
	f	vi	kl	Vigilia
viii	g	v	kl	Apoſtoloꝝ ſymonis ꝛ iude. Inferius. dup. ix. l.
	A	iiii	kl	
xvi	b	iii	kl	
v	c	Pridie	kl	Quintini martyris. iij. lec. cū noc. Vigilia.

Nox habet horas. xiiii. Dies vero. x.

Poſt iudam ſymonem ſubiūgas ezechielē.
October vina prebet cum carne ferina.
Necnon aucina caro tunc valet vt volucrina.
Quāuis ſit ſana: tamen ipſa repletio vana.
Quātū vis comede: ſed nō precordia lede. Vidi dnm

Nouember.

KL Scorpius eſt quintus & tercius eſt nece cinctus.
Nouember habet dies.xxx. Luna vero xxix.
Spolia virgulta nouember.

	d	Nouēbris		Solemnitas omnium ſanctoꝝ.maius dup̄.ix.lec.
xiii	e	iiii	Non	Cōmemoratio oīm defūctoꝝ. ix.lec. Ad veſpas de ſancta maria fiat memoria de ſancto euſtachio cum ſocijs
ii	f	iij	Non	Wenefrede virginis et martyris.ix.lectiones
	g	Pridie nonas.		
x	A	Nonis.		
	b	viii	Id	Leonardi abbatis.ix.lectiones
xviii	c	vii	Id	
vii	d	vi	Id	Sanctoꝝ quattuor coronatoꝝ mar.inuit.du.iij.l.
	e	v	Id	Theodori martyris.inuitꝫ.ſimp̄.iij.lectiones.
xv	f	iiii	Id	
iiii	g	iii	Id	Martini epī et cōfeſſoris.inuitꝫ.tri.ix. lectiones
	A	Prid	Id	Memoria de ſcō mēna mar. Sol in ſagittario.
xii	b	Idibus		Bricij epī & cōfeſ. inuitꝫ.iij.lec.meō.de ſcō martio
i	c	xviii	kl	Decēbris. Trāſlatio ſcti erkenvvaldi epyſcopi
	d	xvii	kl	Machuti epī & ɔfeſ.ix.lec meō.l. de ſcō martino.
ix	e	xvi	kl	Depoſitio ſcti edmūdi archiepī.inuit. tri.ix.lec.
	f	xv	kl	Hugonis epī & ɔfeſ.ix.lec meō.lec. de ſcō aniano.
xvij	g	xiiii	kl	Oct. ſancti martini.inuitꝫ.dup̄. iij. lectiones.
vi	A	xiii	kl	
	b	xii	kl	Edmundi regis et martiris. ix.lectiones.
xiiij	c	xi	kl	
iij	d	x	kl	Cecilie virginis et martyris.ix.lectiones
	e	ix	kl	Clemētis pape & mar.ix.l. meō.de.ſ.felicitate v.
xi	f	viii	kl	Griſogoni martyris inuitꝫ.iij.lectiones.
xix	g	vii	kl	Katerine virginis et martiris.ix.lectiones
	A	vi	kl	Lini pape et martyris.inuitꝫ.ſimp̄.iii.lectiones
viii	b	v	kl	
	c	iiii	kl	
xvi	d	iii	kl	Sctōꝝ ſaturnini & ſiſinnij.iij.lec.cū noc. Uigilia
v	e	Prid	kl	Andree apli. Infercius duplex.ix.lectiones.

Nox habet horas.xvi. Dies vero.viii.

Poſt feſtū lini erit ſēꝑ aduētus dn̄i. Aſpicitis.

Uis ſanus fieri curetur reuma nouembri.
Quocꝫ nocens vita : tua ſit ſeruata dieta.
Balnea cum venere tunc nulli proſit habere
Potio tunc ſana : nec iuſta minutio vana.

December.

KL Septimus exanguis viroſos dena vt anguis.
December habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.
Querit habere cibū porcū mactando december

	f	Decembris.		
viii	g	iiii	No.	
ii	A	iii	No.	
x	b	Prid. non.		Oſmundi epi et confeſſoris.
	c	Nonis		
xviii	d	viii	Id.	Nicholai epi et confeſſoris. **inuitat. tripl. ix. lec**
vii	e	vii	Id.	**Octa. ſancti andree apoſtoli. inuitat. dup. iii. lec.**
	f	vi	Id.	Conceptio beate marie. **minus duplex. ix. lec.**
xv	g	v	Id.	
iiii	A	iiii	Id.	
	b	iii	Id.	
xii	c	Prid.	Id.	
i	d	Idibus		Lucie virginis et martyris. **ix. lectiones.**
	e	xix	kl	Jañ. Sol in capricorno. Solſticiū hyemale.
ix	f	xviii	kl	
	g	xvii	kl	✠ O **ſapientia.**
xvii	A	xvi	kl	Nulle deinceps fiant preces ad veſperas.
vi	b	xv	kl	
	c	xiiii	kl	
xiiii	d	xiii	kl	**Vigilia.**
iii	e	xii	kl	Thome apoſtoli. **inferius duplex. ix. lectiones.**
	f	xi	kl	
xi	g	x	kl	✠
xix	A	ix	kl	**Vigilia.**
	b	viii	kl	Natiuitas dñi noſtri ieſu xpi. pri. dup. fe. ix. lec.
viii	c	vii	kl	Stephani prothomartiris. **minus dup. ix. lec.**
	d	vi	kl	Iohānis apoſtoli et euāgeliſte. **minus du. ix lec.**
xvi	e	v	kl	Sanctorū innocentium mar. **minus dup. ix. lec.**
v	f	iiii	kl	Thome cāuarieñ. archiepi et m. **minꝰ du. ix. lec.**
	g	iii	kl	
xiii	A	Prid.	kl	Silueſtri pape et cōfeſſoris. **ix. lec. med. lec. de nati.**

Nox habet horas. xvi. Dies vero. viii

Sane ſunt membris calide res menſe decembris.
Frigus vitetur: capitalis vena ſecetur.
Lotio ſit vana nec plurima potio ſana.
Sit tepidus potus: nam frigus abhorreo totus.

¶ Bñdictiõ ſalis et aque. Oībus dñicis per annũ poſt primã cap̄lm fiat bñdictio ſalis ꝛ aque ad gradum chori a ſacerdote hoc modo.

Exorcizo te creatura ſalis p̄ deum ✠ viuũ per deũ ✠ verum: per deũ ✠ ſanctũ: per deum qui te per heliſeum prophetam in aquam mitti iuſſit vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentiũ vt ſit omnibus te ſumẽtibus ſanitas anime et corporis et effugiat atq; diſcedat ab eo loco quo aſperſũ fueris: omnis fãtaſiaꝫ nequicia vel verſucia dyabolice fraudis omniſq; ſpiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos ꝛ ſeculum per ignem. Reſpondetur. Amen. Sequitur oratio ſine. Dominus vobiſcum. Sed tantum cum. Oremus. Oratio.

Immenſam clementiam tuam omnipotens eterne deꝰ humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis quam in vſum generis humani tribuiſti bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis vt quicqd ex eo tactũ vel reſperſum fuerit / careat omni immundicia: omniq; impugnatione ſpiritualis nequicie. Per dominũ noſtrum. ℟. Amen.

¶ Sequitur exorciſmus aque.

Exorciſo te creatura aque in nomine ✠ dei patris omnipotentis et in nomine ✠ ieſu chriſti filij eius domini noſtri: ꝛ in virtute ſpiritus ✠ ſãcti. vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnẽ poteſtatem inimici: et ipſum inimicum eradicare et explãtare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem domini noſtri ieſu chriſti qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem. Reſpondetur. Amen. Sequitur oratio ſine Dominus vobiſcum ſed tantum cum Oremus. Oratio.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima queq; ſacramenta in aquarum ſubſtãtia condidiſti: adeſto propicius inuocationibus noſtris: et elemento huic multimodis purificationibus preparato / virtutẽ tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua miſterijs tuis ſeruiens ad abijciendos demones morboſq; pellendos diuine gratie ſumat effectũ vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda reſperſerit: careat omni immundicia liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidie latentis inimici: et ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aſperſione huius aque effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita: ab oĩbus ſit impugnationibus defenſa. Per dñ.

Hic mittat ſacerdos ſal in aquã in modũ crucis: ita dicendo ſine nota. Cõmixtio ſalis et aque pariter fiat: in nomine patris et filij et ſpiritusſancti. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctoꝛ et inſuperabilis imperij rex / ac ſemper manificus triũphatoꝛ qui aduerſe dominationis vires repꝛimis: qui inimici rugientis ſeuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potens expugnas: te domine trementes et ſupplices depꝛecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis et aque dignanter accipias / benignus illuſtres: pietatis tue moꝛe ſancti ✠ fices: vt vbicunqꝫ fuerit aſperſa per inuocationem ſancti tui nominis: omnis infeſtatio immundi ſpiritus abijciatur: terroꝛqꝫ venenoſi ſerpentis pꝛocul pellatur: ⁊ pꝛeſentia ſancti ſpiritus nobis miſericoꝛdiam tuam poſcentibus vbiqꝫ adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus. ¶ Dũ aſpergitur aqua cantetur hec ant.

Aſperges me domine yſopo et mundaboꝛ: lauabis me: et ſuper niuem dealbaboꝛ. ps. Miſerere mei deus. Aſperges. ℣. Et ſecundũ multitudinem. ℟. Aſperges. ℣. Gloria patri. Sicut erat. Lauabis me. Poſt aſperſionem aque dicat ſacerdos ad gradum choꝛi. Verſus. Oſtende nobis domine miſericoꝛdiã tuã. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. Sequatur oꝛatio ſine Dñs vobiſcum. ſed tñ cũ Oꝛemus. Oꝛ.

Exaudi nos domine ſancte pater omnipotẽs eterne deus: et mittere dignare ſanctum angelum tuum de celis qui cuſtodiat: foueat: viſitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Reſpondetur. Amen.

¶ Benedictio panis. Benedictio. Reſpondet. Dominus vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛ.

Bene ✠ dic domine iſtam creaturam panis ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto vt omnes guſtantes ex eo: recipiant tam coꝛpoꝛis ꝙ anime ſanitatem. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. Aſpergatur aqua benedicta. ¶ Alia benedictio panis. ℣. Adiutoꝛium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine ſancte pater omnipotens eterne deus: bene ✠ dicere digneris hunc panẽ tua ſancta ſpirituali benedictione: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et coꝛpoꝛis: atqꝫ contra omnes moꝛbos et vniuerſas inimicoꝛum inſidias tutamen. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtũ filium tuum panem qui de celo deſcendit: et dat vitam et ſalutem mundo: et tecum viuit et regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛ. Reſpondetur. Amen.

ſancta maria. et tūc de oībus ſcis. Quādo vero dicit̃ miſſa **Salus populi.** tūc ſecūda oro erit de ſāncta maria. tercia de oībus ſāctis. quarta pro vniuerſali eccl'ia. quīta pro pace. Incepta vero vltima oratione ante epyſtolā/ ſubdyaconus per mediū chori ad legendū epl'am in pulpitū accedat. Et legatur epl'a ī pulpito oī die dñica et quādocūqʒ chorus regitur per totū annū: et in die cene/ et in vigilia paſche: et penthe. et in ꝯmemoratione aīarum. In oībus vero alijs feſtis et ferijs/ et in vigilijs/ et quattuor tp̄ibus extra ebdo. penthe. ad gradū chori legat̃ tam in quadrageſima ꝙ̄ extra xl'.

¶ Lectio epyſtole bti pauli apoſtoli. Ad romanos. **xiij. capitulo**

Fratres: Sciẽtes quia hora eſt iam nos de ſōno ſurgere. Nunc eni propior eſt noſtra ſalus: ꝙ̄ cum credidimꝰ. Nox preceſſit: dies autē appropinquauit Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis/ ſic vt in die honeſte ambulemꝰ Non in comeſſationibus et ebrietatibus: non in cubilibus et īpudicicijs. non in cōtentione et emulatione. Sed induimini: dñm ieſuʒ chriſtum. Quādo epl'a legit̃ duo pueri in ſuperpellicijs facta inclinatiōe ad altare ante gradū chori: in pulpitū per mediū chori ad Grad. incipiendū ſe preparent ꝛ ſuū ꝟ. cantandū. Grad. **Uniuerſi.** Chorus idē pſequat̃ per totū vſꝙ ad finē: qđ per totū annū obſeruetur ad miſſā de die: niſi quādo a cantore incipiat̃. et in miſſis q̄ī capitulo dñr: et in pceſſione tm̄ vbi fit ſtatio. Gr. **Uniuerſi qui te expectāt non cōfundētur dñe. ꝟ Uias tuas dñe demonſtra michi: et ſemitas tuas edoce me.** Poſt ꝟſū chorus repetat gr.

¶ Notandū eſt ꝙ per totū annū repetat̃ gr. poſt ſuū ꝟſū ad miſſā de die niſi in feſtiʒ duplicibꝰ. ꝛ niſi in v. et vi. fer. ebđ. paſche. et in. iiij. tp̄ibꝰ poſt lc. vbi gr. habet̃ poſt lc. nec qñ tractꝰ dr̄. Repetat̃ etiā in die nati. dñi ad ſcđaʒ miſſā: ꝛ ſimr̄ in cōmemorationibus ſcʒ de trinitate. de ſpūſcō. ꝛ in miſſa de cruce. et in miſſa **Salus ppl'i** et de pace. et de ceteris ꝯmēorationibus, videlʒ iter lxx. et paſcha tm̄. et in miſſis de ſcā maria vbi nō pōt h̃ri ſequētia. nec cātus loco ſequētie. In miſſis vero q̄tidianis de ſ. ma. ſufficit ꝙ hēat cātꝰ loco ſequē. ſcʒ in capella eiuſdem. Dū ꝟ. gr. canitur duo de ſupiori gradu ad **Alla.** cantandū cappas ſericas ſe induāt: et ad pulpitū p mediū chori accedāt. Dicto vero ꝟ. gr. pueri iter icipiant gr. et pcantet̃ a choro vſꝙ dictū ʒ. Seqt̃ **Alla.** Chorus idē repetat et pſequatur cū neumate. Clerici. ꝟ **Oſtēde nobis dñe miſericordiā tuā: ꝛ ſalutare tuū da nobis.** et finiat̃ a choro. deīde clerici incipiant **Alla.** ſine neumate: qđ p totū annū obſuet̃ qñ dr̄ ſequeñ. tm̄. Qñ vo nō habet̃ ſeq̄, tunc dr̄ neuma a toto choro poſt repetitionē **alla.** Finito **alla.** ſeqt̃ Seq̄.

Salus eterna indeficiēs mūdi vita. Lux ſempiterna et redēptio vere nr̄a. Cōdolens humana perire ſecla per tentantis numina. Non linquens excelſa adiſti ima propria clementia. Mox tua ſpontanea gratia/ aſſumens humana. Que fuerāt perdita: omnia ſaluaſti terrea. Ferens mundo gaudia. Tu animas et corpora. Noſtra xp̄e expia

Ut poſſideas lucida. Noſmet habitacula Aduẽtu primo iuſtifica In ſecũdo noſq; libera. Ut cum facta luce magna iudicabis omia Compti ſtola icorrupta: noſmet tua ſubſequamur mox veſtigia: quocũq; viſa. Nulla die dñica ꝑ annũ dicit᷑ ſequẽtia ad miſſã qñ de dñica agitur: niſi ꝑ aduẽtũ et in tp̃e paſchali. et in. vi. die a natiui. dñi. In feſtis vero ſctõꝝ quãdo chorus regit᷑ per totũ annũ extra lxx. vſq; ad paſcha dr̃ ſequẽtia niſi in feſtis ꝑlimoꝝ cõfeſſorũ: et in feſto ſancti michaelis in mõte tũba. A ſeptuageſima vero vſq; ad cenã dñi in dñicis ⁊ i feſtis non lec. canit᷑ tractꝰ a quattuor clericis de ſupiori gradu i cappis ſericis rubeis ad gradũ chori: niſi in feſto purific. et annũci. btẽ marie. Tũ in p̃ma dñica xl. et in dñica palmaꝝ in choro alternis vicibus hincide cantat᷑. In fine **Allã** vel ſequẽtie vel tra. dyaconus anteq̃ accedat ad euangeliũ ꝓnunciandũ thurificet mediũ altaris tãtum: nunq̃ eni thurificet᷑ lectrinũ neq; ad miſſã neq; ad matu. ante pronũciationẽ euãgelij. Deinde accipiat textũ ſcz librũ euãgeliorũ: et hũilians ſe ad ſacerdotẽ ſtãtẽ corã altari verſa facie ad meridiẽ ita dicat ſine nota **Iube dñe benedicere.** Sacerdos reſpõdeat **Dñs ſit in corde tuo et in ore tuo ad ꝓnunciandũ ſanctũ euãgeliũ dei. In noie pr̃is.** ⁊c̃. Si aũt ſacerdos per ſemetipſũ celebret: dicat p̃uati **Iube dñe bñdicere.** et poſt ea dicat ipemet **Dñs ſit in corde meo et in ore meo ad ꝓnũciandũ ſanctũ euãgeliũ dei. In no. pa.** ⁊c̃. Et ſic ꝓcedat dyaconus ꝑ mediũ chori ipſũ textũ ſr̃ ſiniſtrã manũ ſolẽniter geſtãdo ad pulpitũ accedat: thuribulare ⁊ ceroferare precedẽtibus. Et ſi duplex feſtũ fuerit crux precedat que quaſi a dextris ↄtraria: id ē ex oppoſito erit legẽtiſ euãgeliũ facie crucifixi ad legẽtẽ cõuerſa. Quãdocũq; eni legitur epl̃a in pulpito: ibidẽ legat᷑ euãgeliũ. Et cũ ad locũ legẽdi ꝑuenerint: textũ ipſũ ſubdyaconꝰ accipiat/ et a ſiniſtris ipſiꝰ dyaconi quaſi oppoſitꝰ ipſũ textũ dũ euãgeliũ legitur teneat: ceroferarijs dyacono aſſiſtẽtibus/ vno a dextriſ et reliquo a ſiniſtris ad eũ cõuerſis. thuribularius vero ſtet poſt dyaconũ ad eũ ↄuerſus: ⁊ ſẽper legat᷑ euãgeliũ verſus aq̃lonẽ id eſt boreã. Et ſi ep̃s exequatur officiũ: oẽs miſtri in choro ad ſequẽtiã cãtandã veniãt qñ ſequẽtia dicit᷑: preter p̃cipalẽ dyaconũ et principalẽ ſubdyaconũ; et ibi morã faciãt dyaconi ⁊ ſubdyaconi in medio chori cũ rectoribꝰ chori donec p̃cipalis dyaconus a pulpito poſt lectũ euãgel. ꝑ chorũ redeat. Cũ aũt icepit euãg. poſt **Dñs vobiſcũ.** faciat ſignũ ſup librũ: deinde in ſua frõte/ et poſtea in pectore cũ pollice. Euangeliũ.

¶ Secundum matheum. **xxi. ca.**

In illo tẽpore: Cũ appropinquaſſet ieſus hieroſolymiſ et veniſſet betphage ad montem oliueti: tunc miſit duos diſcipl̃os dicens eis. Ite in caſtellũ quod contra vos eſt: et ſtatim inuenietis aſinã alligatã/ et pullũ cũ ea. Soluite: et adducite michi. Et ſi quis vobis aliq̃d dixerit: dicite quia dñs his opus habet/ et cõfeſtim dimittet eos. Hoc autẽ totũ factũ eſt: vt adimpleret᷑ quod dictum eſt per prophetã dicentem.

Dicite filie ſyon. Ecce rex tuꝰ venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam et pullū filiū ſubiugalis. Euntes autē diſcipuli: fecerunt ſicut precepit illis ieſus. Et adduxerunt aſinā et pullum: et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: ꝛ eum deſuper ſedere fecerūt. Plurima autē turba: ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autez cedebant ramos de arboribus: ꝛ ſternebant in via. Turbe autem que precedebāt ꝛ que ſequebant̃: clamabant dicētes. Oſanna filio dauid: benedictus qui venit/in nomine dñi. Lecto euāgelio oſculetur librū: et accedēs ſubdyaconus ſtatim porrigat ei textū quē ipſe dyaconꝰ ex directo pectore deferat. Finito euāgelio īcipiat ſacerdos in medio altaris **Credo in vnū deū.** Deinde cantet̃ a choro non alternati/ſꝫ a toto choro. Require iſta. ¶ Hec ſunt feſta in quibus dicendū eſt **Credo in vnum.** ſcḋm vſū ſaꝝ. Oībus dñicis diebus per totū ānū ad magnā miſſam/ſiue de dñica agit̃ ſiue nō. In miſſis tñ vigiliaꝝ et ſctōꝝ iij. lc. et in miſſis defūctoꝝ q̄ in capitulo in dñicis dr̄: nō dicit̃. Sed ſi miſſa dñicalis in cap̄lo dr̄: tūc dr̄ **Credo.** Dicet̃ etiā ꝑ octo dies natiui. dñi. paſche. et penthe. ꝛ in oī dupli. feſto per annū. et in oībus feſtis apl̄oꝝ et euāgeliſtaꝝ. et in vtroqꝫ feſto ſctē crucis. et in feſto ſācte marie magdalene. et ī vtroqꝫ feſto ſcti michaelis. et in miſſa ſponſaliū. Dicet̃ etiā ad miſſā de ſcā maria: qñ ad miſſā de die dicēdū eſt ꝑ totū annū: et in feſto alicuius ſancti ī cuiꝰ honore dedicatū eſt altare vel eccl'ia ad altare eiuſdē ſcti tm̄. Poſt **Credo.** dicat ſacerdos **Dñs vobiſcū.** et **Oreꝰ.**

Offer. Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te confido non erubeſcam/ neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuerſi qui te expectant non cōfundentur. ℣. Dirige me in veritate tua ꝛ doce me quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. ℣. Reſpice ī me et miſerere mei: dñe cuſtodi aīam meā et eripe me non confundar qm̄ inuocaui te. Iſti duo ℣ꝰ. dr̄ per ebdo. alternis vicibus qñ de feria agitur et nō in die dñica qḋ per totū annū obſeruet̃: qñ ℣. offertorij hr̄. Nunqͣ dr̄ duo ℣ſꝰ cū offertorio in vna feria: nec dr̄ poſt offer. niſi in ferijs per aduētū: et a lxx. vſqꝫ ad cenā dñi tantum. Secreta.

Hec ſacra nos domīe potēti virtute mūdatos: ad ſuum faciant puriores venire ꝑīcipiū. Per dñm. Per totū aduentū nō dicit̃ ꝑfatio niſi quotidiana qñ de tp̄ali agit̃. Cōio. **Dñs dabit benignitatē: et terra noſtra dabit fructuꝫ ſuū.** Poſtcō.

Suſcipiamꝰ dñe miam tuā in medio templi tui: et reparatiōis noſtre vētura ſolēnia cōgruis honoribus precedamus. Per ḋ. ¶ Feria ſcḋa qñ de feria agit̃: ad miſſā Officiū **Ad te leuaui.** Ps. **Vias tuas. Glia patri.** Repetat̃ offm̄ **Ad te.** Hoc mō ſemper dicit̃ offm̄ ad miſſā qñ chorꝰ nō regit̃/niſi infra paſſionē dñi. Hec miſſa dicit̃ ꝑ totā ebdo. niſi feſtū ix. l. vel oct. ſci andree intercurrāt. et niſi qñ dr̄ miſſa **Salus populi.** vel aliqua cōmēoratio ſci loci: vel de ſcā maria faciēda fuerit. Et ſemꝑ cū ſuo **Allā.** dr̄ miſſa dñicalis qḋ per totū annū obſeruetur qñ **Allā.** dicit̃. Dicetur etiā **Alleluya.** ad oēꝫ miſſā de die per annū: preterqͣ a lxx. vſqꝫ ad vigi.

paſche.et exceptis vigi.extra dñicā et tēpus paſche cōtingētibus: exceptis etiā quattuor tp̄ibus ꝗ extra ebdom̄.penthe.contigerint.

¶ Feria quarta. Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli. v.capitulo

Chariſſimi Patientes eſtote: vſq ad aduentū domini. Ecce eni agricola expectat precioſum fructū terre patienter ferens: donec accipiat temporaneū et ſerotinū Patientes igitur eſtote et vos/et confirmate corda veſtra: qm̄ aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrū: vt non iudicemini. Ecce eni iudex: ante ianuā expectat. Exemplū accipite fratres chariſſimi: exitus lōganimitatis laboris et patientie per prophetas: qui locuti ſūt in nōie dñi noſtri ieſu xp̄i Initiū ſancti euāgelij: ſecundum marcum. i.cap̄lo

Principium euangelij ieſu chriſti filij dei: ſicut ſcriptū eſt in yſaia ꝓpheta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuam: ꝗ preparabit viā tuā ante te. Vox clamantis in deſerto: parate viā dñi/rectas facite ſemitas eiꝰ. Fuit in deſerto iohānes baptizans ⁊ predicans baptiſmū penitentie: in remiſſionē pctōꝝ. Et egrediebatur ad eū oīs iudee regio/⁊ hieroſolymite vniuerſi: ⁊ baptizabātur ab illo in iordanis flumie/cōfitentes pctā ſua. Et erat iohannes veſtitus pilis cameloꝝ: et zona pellicea circa lumbos eius. Et locuſtas et mel ſilueſtre edebat: ⁊ predicabat dicens Venit fortior me poſt me. cuius nō ſum dignus procūbens/ſoluere corrigiā calciamētoꝝ eius Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto. ¶ Si aliqꝺ feſtū vnde fieri debeat ſeruitiū in hac qͣrta feria ꝯtigerit: ep̄la prenotata et euāgel.legant in v.feria ſi vacauerit: ſinautē omnino pretermittantur eo anno.

¶ Feria ſexta. Lectio yſaie prophete. lj.cap̄.

Hec dicit dñs deus: Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt: et queritis dñm. Attendite ad petrā vnde exciſi eſtis: et ad cauernā laci de qua preciſi eſtis. Attēdite ad abrahā patrē veſtrū: et ad ſarā que peperit vos. Quia vnū vocaui eū: et benedixi ei/et multiplicaui eū. Cōſolabit ergo dñs ſyon: ⁊ conſolabitur oēs ruinas eius. Et ponet deſertū eius quaſi delicias: et ſolitudinē eius quaſi ortū dñi. Gaudiū ⁊ leticia inuenietur in ea: gratiaꝝ actio ⁊ vox laudis Attēdite popule meꝰ: et tribus mea me audite. Qꝛ lex a me exiet: et iudiciū meū in lucē ppꝉoꝝ requieſcet. Prope eſt iuſtꝰ meus: et egreſſus eſt ſaluator meus: et brachia mea populos iudicabunt. Me inſule expectabūt: ⁊ brachiū meū ſuſtinebunt. Leuate oculos veſtros in celū: et videte ſub terra deorſū. Qꝛ celi ſicut fumus liqueſcent: et terra ſicut veſtimentū atteret/et habitatores eius ſicut hec interibunt. Salus autē mea: in ſempiternū erit. Et iuſticia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtū: populus meꝰ/lex mea in corde eoꝝ. Nolite timere opprobriū hoim̄.et blaſphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut eni veſtimentū: ſic comedet eos vermis et ſicut lanā/ſic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea in ſempiternū erit: ⁊ iuſticia mea in gñationes generationū. S.matheū.iij.

IN illo tpe: Venit iohãnes baptiſta: predicans in deſerto iudee et dicẽs. Penitentiã agite: appropinquabit eni regnũ celorũ. Hic eſt eni de quo dictũ eſt: per yſaiã ꝓphetã dicẽtẽ. Vox clamantis i deſerto / parate viã dñi: rectas facite ſemitas eius. Ipſe autẽ iohannes habebat veſtimẽtum de pilis camelorum: et zonã pelliceam circa lũbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſta: et mel ſilueſtre. Tunc exibat ad eũ hieroſolyma et oĩs iudea / et oĩs regio circa iordanẽ: et baptizabant̃ ab eo in iordane: confitentes pctã ſua.

¶ Si vero vi. feria nõ vacauerit predicta epl'a ⁊ euãge. oĩno ꝓtermittent̃ / ⁊ hoc ꝑ totũ aduẽtũ. et a Dñe ne in ira. vſq; ad quinquageſimã. et ab oct. paſche vſq; ad p̄mã dñicã ante aſcẽ. dñi obſuect̃. A Deus oĩm. vero vſq; ad aduentũ dñi ſi quarta et quinta feria nõ vacauerint: tunc in ſexta feria legant̃ epl'a et euãgeliũ de q̃rta feria. ſi vacauerit: ſin autẽ oĩno pretermittant̃. Nunq̃ eni legant̃ epl'a ⁊ euãgeliũ de. iiij. feria / in. ij. fẽ. vel in tertia feria. neq; epl'a et euãgel'. de vi feria. in v. feria. Non eni debet ſeruitiũ anticipari ſecundum vſum ſar. ¶ Dñica ſecũda aduẽtus domini. Ad miſſã. Officium.

POpulus ſyon ecce dominus veniet ad ſaluãdas gentes: et auditã faciet dñs gloriã vocis ſue / i leticia cordis veſtri Ps. Qui regis iſrael intẽde: q deducis velut ouẽ ioſeph. Repetat offi. ſcz Pps. Gl'a pa. Or

EXcita dñe corda nr̃a ad preparãdas vnigeniti tui vias vt per eius aduentũ purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũſſci d. P. Ad romanos. xv

FRatres: Quecũq; eni ſcripta ſunt: ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt. vt per patientiam et conſolationẽ ſcripturarũ / ſpem habeamus. Deus autẽ patientie et ſolatij: det vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecundũ ieſum chriſtũ: vt vnanimes vno ore honorificetis deum / et patrẽ dñi noſtri ieſu xp̃i. Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut et chriſtus ſuſcepit vos in honorẽ dei. Dico eni chriſtũ ieſum / miniſtrũ fuiſſe circũciſionis / propter veritatem dei / ad confirmandas promiſſiones patrũ. Gentes aũt ſuper miſericordia honorare deum: ſicut ſcriptũ eſt Propterea confitebor tibi in gentibus domie: ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes: cũ plebe eius. Et iterum. Laudate oĩs gentes dominũ: et magnificate eũ omnes populi. Et rurſũ yſaias ait. Erit radix ieſſe: et qui exurget regere gentes / in eum gentes ſperabunt Deus autẽ ſpei repleat vos omĩ gaudio / et pace in credendo: vt abundetis in ſpe: et virtute ſpiritus ſancti. Grad. Ex ſyon ſpecies decoris eius: deus noſter manifeſte veniet. Vꝰ Congregate illi ſanctos eius: qui ordinauerunt teſtamentum eius / ſuper ſacrificia. Alleluya. Vſus Virtutes celi mouebuntur: et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum poteſtate / et maieſtate magna. Sequentia.

REgnantem ſempiterna per ſecla ſuſceptura: concio deuota cõcrepa. Diuino ſono factori: reddendo debita. Cui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata.

Quem expectant omnia terrea / eius nutu examinanda. Diſtrictū ad iudicia, Clementē in potentia Tua nos ſalua xp̄e clemētia: propter quos paſſus es dira. Ad poli aſtra ſubleua nitida: qui ſorde tergis ſecula. Inſinuat ſalus vera effugans pericula. Omnia vt ſint mūda: tribue pacifica Ut hic tua ſalui mia. Leti regna poſt adeamus ſupera. Quo regnas ſecula per infinita. Secūdū lucam. xxi.

In illo tēpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis: et in terris preſſura gentiū / pre confuſione ſonitꝰ maris et fluctuū / areſcētibus hoībus pre timore et expectatione que ſuꝑuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celoꝝ: mouebuntur. Et tunc videbunt filium hoīs venientē in nube cū poteſtate magna: et maieſtate. His aūt fieri incipiētibꝰ / reſpicite et leuate capita veſtra: quoniā appropinquat redēptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinē. Uidete ficulneā: et oēs arbores. Cū producant iam ex ſe fructū: ſcitis qm̄ ꝓpe eſt eſtas. Ita et vos cū videritis hec fieri: ſcitote qm̄ prope eſt regnū dei. Amē dico vobis: qꝛ nō preteribit generatio hec: donec oīa fiant. Celū et terra trāſibūt: verba aūt mea non tranſibunt.

Offer. Deus tu conuerſus viuificabis nos et plebs tua letabitur in te: oſtende nobis dn̄e miām tuā / ⁊ ſalutare tuū da nobis. ℣. Benedixiſti dn̄e terrā tuā auertiſti captiuitatē iacob: remiſiſti iniquitatē plebis tue. ℣. Miſericordia et veritas obuiauerūt ſibi: veritas de terra orta eſt: et iuſticia de celo ꝓſpexit. Se.

Placare q̄s dn̄e humilitatis noſtre precibus et hoſtijs: et vbi nullis ſuppetunt ſuffragia meritoꝝ: tuis nobis ſuccurre preſidijs. Per dn̄m. Prefatio quotidiana. Cōio. Hieruſalem ſurge ſta in excelſo: et vide iocunditatē que veniet tibi a deo tuo. Poſtcōmunio.

Refecti cibo potuq; ſpiritalis alimonie ſupplices te dn̄e deprecamur: vt huius participatione myſterij doceas nos terrena deſpicere / et amare celeſtia. Per do.

¶ Feria quarta. Epyſtola. Lectio zacharie prophete. viij. ca.

Hec dicit dn̄s deus exercituum. Reuerſus ſum ad ſyō: et habitabo in medio hierſm̄: et vocabitur hieruſalē ciuitas veritatis: et mons dn̄i exercituum / mons ſanctificatꝰ. Hec dicit dn̄s deꝰ exercituū. Adhuc habitabūt ſenes / ⁊ anꝰ in plateis in hierſm̄ et viri baculꝰ ī manu eiꝰ pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis ꝯplebuntur infantibus: ⁊ puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dn̄s exercituū. Si difficile videbitur ī oculis reliquiaꝝ populi huius in diebus illis: nūquid in oculis meis difficile erit: dicit dn̄s exercituū? Hec dicit dominus exercituū. Ecce ego ſaluabo populū meū de terra oriētis et de terra occaſus ſolis: et adducam eos: et habitabunt in medio hierſm̄ / ⁊ erunt michi in populū et ego ero eis in deum / in veritate ⁊ in iuſticia. Dicit dn̄s omipotens. Secundum matheum. xi. c.

In illo tp̄e: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ: et diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: inter natos mulierū nō ſurrexit maior iohāne baptiſta. Qui autē minor eſt in regno celorum: maior eſt illo. A diebus autem iohannis bapti te vſqꝫ nunc regnũ celoꝝ vim patitur : et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex : vſqꝫ ad iohannẽ prophetauerunt. Et ſi vultis recipere : ipſe eſt helyas qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi : audiat. ¶ Feria ſexta. Lectio yſaie prophete. lxij.

Hec dicit dñs deus : Super muros tuos hieruſalẽ conſtitui cuſtodes : tota die ⁊ tota nocte in perpetuũ nõ tacebũt. Qui reminiſcimini dñi ne taceatis : ⁊ ne detis ſilentiũ ei donec ſtabiliat / et donec ponat hieruſalẽ laudem in terra. Jurauit dñs in dextera ſua : et i brachio fortitudinis ſue. Si dedero triticũ tuũ vltra cibũ inimicis tuis : et ſi biberint filij alienigene vinũ tuũ in quo laboraſti. Quia qui cõgregabũt illud comedent / et laudabunt dominũ : et qui cõportant illud bibent in atrijs ſãctis meis. Trãſite per portas : preparate viã populo / planũ facite iter : et eligite lapides et eleuate ſignũ ad populos. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terre. Dicite filie ſyon / ecce ſaluator tuus venit : et ecce merces eius cũ eo / et opus illius corã illo. Et vocabunt eos ppl's ſanctus : redempti a dño. Tu autẽ vocaberis queſita ciuitas : et nõ derelicta. Secundũ iohannem. i. c.

In illo tp̄e : Johannes teſtimoniũ perhibebat de dño : et clamabat dicens. Hic erat quẽ dixi / qui poſt me venturꝰ eſt : ante me factus eſt / qꝛ prior me erat. Et de plenitudine eius : nos oẽs accepimus gratiã pro gratia : qꝛ lex per moyſẽ data eſt : gratia ⁊ veritas / per ieſũ xp̄m facta eſt. Deũ nemo vidit vnq̄. Unigẽitꝰ filꝰ ꝗ eſt in ſinu patris : ipſe enarrabit.

¶ Dñica tcia aduẽ. ad miſ. Offꝫ.

Gaudete in dño ſemper / iterũ dico gaudete : modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hoĩbus. dñs prope eſt : nichil ſolliciti ſitis : ſed in omĩ oratione petitiones veſtre innoteſcant apud deum. ℣. Et pax dei que exuperat omnẽ ſenſum : cuſtodiat corda veſtra / et intelligẽtias vr̃as. Oꝛ.

Aurem tuã q̄s dñe precibus noſtris accõmoda : et mentis noſtre tenebras gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuis et regnas. Ep̄la. Ad corinthios. iiij. c.

Fratres Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i : et diſpenſatores miniſteriorũ dei. Hic iam queritur inter diſpẽſatores : vt fidelis quis inueniatur. Michi autẽ pro minimo eſt vt a vobꝭ iudicer : aut ab humano die ſed neqꝫ meipſũ iudico. Nichil eſt michi conſcius ſum : ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Qui aũt iudicat me : dñs eſt. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare : quoaduſqꝫ veniat dñs / qui et illumiabit abſcõdita tenebrarũ / et manifeſtabit conſilia cordiũ. Et tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Gr. Qui ſedes dñe ſuper cherubin excita potentiã tuaȝ et veni. ℣. Qui regis iſrael intende : qui deducis velut ouem ioſeph. Allã. ℣. Excita domine potentiã tuam et veni vt ſaluos facias nos. Sequentia.

Qui regis ſceptra forti dextra : ſolus cuncta. Tu plebi tuã oſtende magnã excitando potentiam. Preſta illi dona ſalutaria. Quẽ predixerũt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In noſtra ieſu veni domine arua. Secundum matheum. xi. caplo.

In illo tempore Cū audiſſet iohannes in vinculis opera xp̄i: mittens duos de diſcipulis ſuis/ait illi. Tu es qui venturus es: an aliū expectamꝰ? Et reſpondens ieſus: ait illis. Euntes renūciate iohanni que audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vident/claudi ambulant/leproſi mundātur. Surdi audiūt/mortui reſurgūt/pauperes euangelizātur. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatꝰ in me. Illis aūt abeūtibus: cepit ieſus dicere ad turbas de iohanne. Quid exiſtis in deſertuꝫ videre? Arundinē vento agitatā? Sed q̄d exiſtis videre? Hoīem mollibus veſtitū? Ecce qui mollibus veſtiuntur: in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiā dico vobis et pluſq̄ ꝓphetā. Hic eſt eni: de quo ſcriptū eſt. Ecce ego mitto angelū meuꝫ ante faciē tuā: qui ꝑparabit viā tuam ante te. Offm̄. Benedixiſti domine terrā tuā: auertiſti captiuitatem iacob/remiſiſti iniquitatem plebis tue. V. Operuiſti oīa peccata eorū mitigaſti omnē irā tuā. V. Oſtende nobis dn̄e miaꝫ tuā: ⁊ ſalutare tuū da nobis. Sē.

Deuotionis noſtre tibi dn̄e q̄s hoſtia iugiter immoletur que et ſacri peragat inſtituta myſterij: et ſalutare tuū nobis mirabiliter operetꝰ. P. p̄fa q̄tid. Cōio. Dicite puſillanimes ↄfortamini ⁊ nolite timē: ecce deꝰ nr̄ veniet ⁊ ſaluabit nos. P̄ꝰcō.

Implorāmꝰ dn̄e clemētiā tuā: vt hec diuina ſubſidia a vicijs expiatos/ad feſta vētura nos preparet. P. ¶ Fe. quarta quatuor tp̄m. Offm̄.

Rorate celi deſuper/⁊ nubes pluant iuſtū: aperiatur terra et germinet ſaluatorē. Ps. Et iuſticia oriatur ſimul: ego dn̄s creaui eum. Sequatur oratio ſine Dominꝰ vobiſcū. ſed tantum cum Oremus. Oratio.

Preſta q̄s omnīs deus: vt redemptionis noſtre ventura ſolennitas/et preſentis nobis vite ſubſidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dn̄m. Lcō yſaie ꝓphete. ij. c.

In diebus illis Dixit yſaias propheta. Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus dn̄i in verticē montiū: et eleuabitur ſuper colles Et fluent ad eum omnes gentes: et ibūt populi multi et dicēt. Venite aſcendamus ad montē dn̄i et ad domū dei iacob: et docebit nos vias ſuas/et ambulabimus in ſemitis eius qꝫ de ſyon exibit lex/et verbū domini de hieruſalē. et iudicabit gētes et arguet populos mltos. Et conflabūt gladios ſuos in vomeres: et lanceas ſuas in falces. Nō leuabit gens contra gentē gladium: nec exercebunt vltra ad prelium. Domus iacob venite: ⁊ ambulemus in lumie dn̄i dei noſtri. Gr. Tollite portas p̄ncipes veſtras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis aſcendet in mōtem dn̄i aut q̄s ſtabit in loco ſancto eiꝰ innocēs manibus et mūdo corde. Hic non repetatꝰ grad. ſed ſtatī ſequatur Dn̄s vobiſcū. et Oremꝰ. Or.

Feſtina queſumꝰ dn̄e ne tardaueris: et auxiliuꝫ nobis ſuperne virtutis impende: vt aduentus tui cōſolationibus ſubleuentur/qui in tua pietate confidunt. Qui viuis. Hic dicit̄ memorie cōſuete. Lectio yſaie ꝓphete. vij.

In diebus illis: Locutus eſt dn̄s ad achaz dicēs. Pete tit ſignū a dn̄o deo tuo in ꝓfundū inferni: ſiue in excelſū ſupra. Et dixit achaz. Non petā: et non tētabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunqd parū vobis eſt moleſtos eſſe hoib⁹/ qꝛ moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipſe vobis ſignū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eius ēmanuel. Butyrū et mel comedet: vt ſciat reprobare malū: et eligere bonum. Gr. Prope eſt dn̄s oībus inuocantib⁹ eū: oībus qui inuocant eū in veritate. ℣. Laudē domini loquetur os meū: et benedicat oīs caro nomen ſanctum eius. Repetatur grad. Sc̄d'm lucam. i.c.

IN illo tp̄e Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth/ ad virginē deſponſatā viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus. Que cū audiſſet turbata eſt in ſermōe ei⁹: et cogitabat qualis eēt iſta ſalutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enī gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen eius ieſū Hic erit magnus: et fili⁹ altiſſimi vocabit̄. Et dabit illi dn̄s de⁹ ſedē dauid patris ei⁹: ⁊ regnabit in domo iacob in eternū/ et regni ei⁹ nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud/ qm̄ virū non cognoſco? Et reſpondēs angelus: dixit ei. Spūs ſanctus ſuperueniet in te: et virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoq; et qd̄ naſcet̄ ex te ſanctū: vocabit̄ filius dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipſa ꝯcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi que vocat̄ ſterilis: qꝛ nō erit impoſſibile apud deū oē verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi: ſecūdū verbū tuū. Off. Aue maria gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus/ et benedictus fructus ventris tui. ℣. Ideoq; et quod naſcetur ex te ſanctū/ vocabitur fili⁹ dei Et dicitur cū ſuo vſu. Secreta.

SAlutari ieiunio cōpetētes dn̄e hoſtias immolamus: preſta vt ad natiuitatē panis eterni his officijs p̄paremur. P eūdē Prefatio quotid. Cōio Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Poſtcōio.

SAlutaris tui dn̄e munere ſatiati ſupplices dep̄camur: vt cuius letamur guſtu/ renouemur effectu. Per do. ¶ Feria vi. quattuoꝛ tempoꝝ. Officium.

PRope eſto dn̄e: et omēs vie tue veritas. initio cognoui de teſtimonijs tuis/ qꝛ in eternū tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

EXcita q̄s dn̄e potentiā tuā et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omi citius aduerſitate liberentur. Qui viuis et reg. Lectio yſaie prophete. xi.c.

HEc dicit dn̄s deus: Egredietur virga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: et requieſcet ſuper eum ſpiritus dn̄i/ ſpiritus ſapientie et intellectus/ ſpūs conſilij et fortitudinis/ ſpūs ſcientie et pietatis/ ⁊ replebit eū ſpiritus timoris dn̄i. Non ſecundum viſionē oculoꝝ iudicabit: neq; ſcd'm auditū auriū arguet: ſꝫ iudicabit i iuſticia paupes: ⁊ arguet in equitate ꝓ māſuetis terre.

Et percutiet terrã virga oris ſui et ſpũ labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiũ. Et erit iuſticia cingulũ lumborũ eius: et fides cinctoriũ renũ eius. Gr. Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã: et ſalutare tuum da nobis. V. Benedixiſti dñe terrã tuam: auertiſti captiuitatem iacob. Repetatur grad. Secundum lucam .i. capło.

IN illo tẽpore: Exurgẽs maria abijt in montana cũ feſtinatione in ciuitatẽ iuda: et intrauit in domũ zacharie/ et ſalutauit helizabeth. Et factuꝫ eſt vt audiuit ſalutationẽ marie helizabeth: exultauit infãs ĩ vtero eiꝰ. Et repleta eſt ſpũ ſancto helizabeth: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit Bñdicta tu inter mulieres: et benedictꝰ fructꝰ ventris tui. Et vnde hoc michi/ vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce eñi vt facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis: exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidiſti: qm̃ perficient᷑ ea q̃ dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria Magnificat aĩa mea dñm: et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Offr. Deus tu conuerſus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. oſtende nobis dñe miſericordiã tuã: et ſalutare tuũ da nobis. Vꝰ. Benedixiſti dñe terrã tuã/ auertiſti captiuitatẽ iacob/ remiſiſti iniquitatem plebis tue. V. Miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi/ veritas de terra orta eſt/ et iuſticia de terra ꝓſpexit. Secrẽ.

SAcrificijs q̃s dñe ſalutaribꝰ his diebus aptemur propẽſius: quibus illud eſt myſteriũ celebrandũ: cui ſeruit omnis execuctio mandatoꝝ. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cõio Ecce dñs veniet et omnes ſancti eius cũ eo: et erit in die illa lux magna. Poſtcõmunio

PErfice q̃s dñe miſam tuam populo ſupplicãti: quẽ tuorũ refectũ largitate donoꝝ ꝗ inſtãtius gratiã poſtulare maioreꝫ et fiducialiꝰ ſperare cõcedas. P dñ.

C Sab. qttuor tp̃m. ad miſ. Offi.

VEni et oſtẽde nobis faciem tuã dñe qui ſedes ſuper cherubin et ſalui erimus. Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouẽ ioſeph. Oẽs orationes ſine Dñs vo dicuntur. preter vltimam que eſt ante epyſtolã. ſed tãtũ cũ Oremus. Et omnes lectiones cũ ſuis titulis legantur. Oremus.

DEus qui conſpicis quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propicius: vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis ⁊ reg. cũ deo. Lectio yſaie ꝓphe. xix

IN diebus illis: Clamabũt ad dñm a facie tribulãtis: et mittet eis ſaluatorẽ et propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoſcetur dñs ab egypto: et cognoſcent egyptij dñm in die illa: ⁊ colent eum in hoſtijs et muneribꝰ/ et vota vouebunt dño et ſoluent. Et percutiet dñs egyptũ plaga: et ſanabit eam. Et reuertent᷑ egyptij ad dñm et placabitur eis: et ſanabit eos/ dominꝰ deus noſter. Gr. A ſummo celo egreſſio eius: et occurſus eius vſqꝫ ad ſummũ eius. Vſꝰ. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Non repetatur grad. ſed dicatur ſtatim Oremus. Oratio.

COncede q̃s omp̃s deus: vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecũ vi.

Lectio yſaie prophete. xxxv. cap.

Hec dicit dñs: Letabitur deſerta et inuia: et exultabit ſolitudo/ et florebit quaſi lilium. Germinãs germinabit: ꝛ exultabit letabunda et laudãs. Gloria libani data eſt ei: decor carmeli et ſaron Ipſi videbũt gloriam dñi: et decorem dei noſtri. Cõfortate manus diſſolutas: et genua debilia roborate. Dicite puſillanimes cõfortamini: ꝛ nolite timere. Ecce deus noſter vltionẽ adducet retributionis: deus ipſe veniet et ſaluabit nos. Tunc aperiẽtur oculi cecorũ: et aures ſurdorũ patebũt Tũc ſaliet ſicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutoꝝ. Qꝛ ſciſſe ſũt in deſerto aque: et torrẽtes in ſolitudine. Et que erat arida in ſtagnũ: ꝛ ſitiẽs ĩ fõtes aquarum. Ait dñs: omp̃s. Gr. In ſole poſuit tabernaculũ ſuum: et ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo. V. A ſũmo celo egreſſio eius: et occurſus eius vſq3 ad ſummũ eius. Oratio.

Indignos nos q̃s domĩe famulos tuos quos actionis proprie culpa contriſtat: vnigeniti filij tui aduentu letifica Qui tecum. Lectio yſaie prophete. xl.

Hec dicit dñs: Super montem excelſũ aſcende tu qui euangelizas ſyon: exalta in fortitudine vocem tuã qui euãgelizas hieruſalem. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus veſter. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitꝛ. Ecce merces eiꝰ cum eo: et opus illius corã illo. Sicut paſtor gregẽ ſuũ paſcet: ĩ brachio ſuo congregabit agnos: ꝛ in ſinu ſuo leuabit eos dñs deus noſter. Gr. Dñe deus virtutũ cõuerte nos: ꝛ oſtende faciẽ tuã ꝛ ſalui erimꝰ. V. Excita dñe potentiã tuã et veni vt ſaluos facias nos. Sequat Oremus. Oratio.

Preſta q̃s omp̃s deus: vt filij tui ventura ſolẽnitas: et p̃ſentis nobis vite remedia conferat: et premia eterna ꝯcedat Per eundẽ. Lectio yſaie pphete. xlv. c.

In illo tēpore: Egreſſus eſt ieſus in virtute ſpiritus in galileā: et fama exijt per vniuerſam regionē de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorū: et magnificabatur ab oībus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit ſecundū cōſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā et ſurrexit legere Et traditꝰ eſt illi liber yſaie prophete. Et vt reuoluit librum: inuenit locū vbi ſcriptū erat Spiritus dn̄i ſuper me / ꝓpter qđ vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare contritos corde. Predicare captiuis remiſſionē: et cecis viſum / dimittere confractos in remiſſionē / predicare annū domini acceptū / et diē retributiōis Et cū plicuiſſet librum: reddidit miniſtro / et ſedit. Et oīm in ſynagoga oculi: erant intendētes in eum Cepit autem dicere ad illos: quia hodie ipleta eſt hec ſcriptura in auribus veſtris. Et oēs teſtimoniū illi dabant: et mirabantur in verbis gratie: que procedebant de ore ipſius. Per totā ebd.

dicitur miſſa dñicalis: niſi feſtuꝫ intercurrat vnde fiat ſeruitiũ: et niſi quando miſſa **Salus popli.** vel quãdo dicit᷑ de feſto loci / vel de ſancta maria. ¶ Dñica ſecunda poſt octa. epyphanie. Officiũ.

Omnis terra adoꝛet te deus et pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo altiſſime. ℣. Jubilate deo omnis terra pſalmũ dicite nomini eiꝰ: date gloꝛiam laudi eius. Oratio.

Om̄ps ſempiterne deus: qui celeſtia ſimul et terrena moderaris: ſupplicatiões populi tui clementer exaudi: et pacem tuam noſtris concede tempoꝛibus. Per dominũ noſtrũ. Ad romanos. xij.

Fratres: Habentes donationes ſcd̄m gratiã que data eſt nobis differentes: ſiue pꝛophetiã ſecundũ rationẽ fidei: ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo / ſiue qui docet in doctrina. Qui exhoꝛtatur: in exhoꝛtando / qui tribuit in ſimplicitate / qui pꝛeeſt in ſollicitudine / qui miſeret᷑ in hylaritate. Dilectio: ſine ſimulatione. Odientes malũ: adherẽtes bono Caritatẽ fraternitatis: inuicẽ diligentes. Honoꝛe: inuicẽ pꝛeuenientes. Sollicitudine nõ pigri. Spũ feruẽtes: dño ſuiẽtes. Spe gaudẽtes: ĩ tribulatiõe patiẽtes. Orationi inſtãtes: neceſſitatibus ſanctoꝝ cõmunicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequẽtibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus: flere cũ flẽtibus. Idipſum inuicẽ ſentientes: nõ alta ſapientes / ſed hũilibus cõſentiẽtes. Gr. Miſit dñs verbũ ſuũ et ſanauit eos: et eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Confiteantur dño m̄ie eius: et mirabilia eius filijs hoim. Allã. ℣. Laudate deũ oẽs angeli eius: laudate eum omẽs virtutes eius. Scd̄m iohannem. ij.

In illo tempoꝛe: Nuptie facte ſũt in chana galilee Vocatus eſt autem ieſus et diſcipuli eius: ad nuptias. Et deficiẽte vino: dixit mater eiꝰ ad eũ Vinũ nõ habẽt. Et dicit ei ieſus Quid michi et tibi eſt mulier? Nondũ venit hoꝛa mea. Dicit mater eiꝰ miniſtris. Quodcũqꝫ dixerit vobis facite. Erant aũt ibi lapidee hydꝛie ſex poſite ſcd̄m purificationẽ iudeoꝝ capiẽtes ſingl'e metretas binas vel ternas. Dicit eis ieſus Implete hydꝛias aqua Et ipleuerũt eas vſqꝫ ad ſũmũ. Et dicit eis ieſus. Haurite nũc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt aũt guſtauit architriclinus aquã vinũ factũ: et nõ ſciebat vnde eſſet: miniſtri aũt ſciebãt qui hauſerant aquã / vocat ſponſũ architriclinꝰ et dicit ei, Om̄is homo pꝛimũ bonũ vinũ ponit: et cum inebꝛiati fuerint / tũc id quod deterius eſt. Tu aũt ſeruaſti vinũ bonũ: vſqꝫ adhuc. Hoc fecit initiũ ſignoꝛuꝫ ieſus in chana galilee: et manifeſtauit gl'iam ſuã. Et crediderunt in eum: diſcipuli eius. Offer. Jubilate deo vniuerſa t̄ra. iubilate deo vniuerſa terra / pſalmũ dicite noi eiꝰ: venite et audite ⁊ narrabo vobis oẽs q̄ timetis deũ q̃ta fecit deꝰ aie mee allã. Secr.

Vt tibi grata ſint dñe munera populi tui ſupplicantis: ab om̄i q̃s eum cõtagione peruerſitatis emunda. Per dñ. Coio.

Dicit dñs implete hydꝛias aqua ⁊ ferte architriclino. et dũ guſtaſſet architriclinꝰ aquã vinũ factũ dicit ſponſo. ſeruaſti vinũ bonũ vſqꝫ adhuc: hoc ſignuꝫ fecit ieſꝰ p̄mũ coꝛã diſcipl'is ſuis. Pꝰcõ

Augeatur in nobis dñe q̄s tue virtutiꝫ operatio: vt diuinis vegetati ſacramẽtis/ad eorum pꝛomiſſa capienda: tuo ſemper munere pꝛeparemur. Per dñ.

¶ Feria. iiij ad tymotheũ. i. ca.

Cariſſime: Fidelis ſermo et omni acceptione dignus. Quia xp̄s ieſus venit in hũc mũdum pctõꝛes ſaluos facere: quoꝝ pꝛimus ego ſum. Sed ideo miam conſecutus ſum: vt in me pꝛimo oſtenderet xp̄s ieſus omnẽ potentiam ad infoꝛmationẽ coꝛuꝫ qui credituri ſunt illi/in vitam eternam. Regi autẽ ſeculoꝝ imoꝛtali inuiſibili: ſoli deo honoꝛ et glia/i ſecula ſecloꝝ amen. S. marcũ. vi.

In illo tp̄e: Egreſſus ieſus abijt in patriã ſuã: et ſequebantur illũ diſcipuli ſui Et facto ſabbato: cepit in ſynagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec oĩa: et que eſt ſapientia que data eſt illi/et virtutes tales que per man⁹ eius efficiuntur? Nõne hic eſt faber filius marie frater iacobi et ioſeph/et iude et ſymõis? Nõne et ſoꝛoꝛes ei⁹ hic nobiſcũ ſunt? Et ſcandalizabantur in illo Et dicebat eis ieſ⁹ Qꝛ nõ eſt pꝛopheta ſine honoꝛe: niſi in patria ſua/et in domo ſua et in cognatiõe ſua. Et non poterat ibi virtutẽ vllã facẽ: niſi paucos infirmos ĩpoſitis manib⁹ curauit. Et mirabatur: pꝛopter incredulitatem eoꝛum. ¶ Feria ſexta. Epl'a Ad romanos. xiiij. ca.

Fratres: Scio et confido in dño ieſu: qꝛ nichil cõmune per ipſum/niſi ei qui ſe exiſtimat qd cõmune eſſe/illi cõe eſt. Si enĩ pꝛopter cibũ frater tuus ſcandalizatur aut cõtriſtať: iã non ſcdm caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ perdere: ꝓ quo xp̄s moꝛtu⁹ eſt Non ergo blaſphemeť: bonũ noſtrũ. Non eſt enĩ regnũ dei eſca et potus: ſed iuſticia/pax et gaudiũ in ſpũſancto. Qui enĩ in hoc ſeruit xp̄o: placet deo/et pꝛobat⁹ eſt hoĩbus. Itaqꝫ que pacis ſunt ſectemur: et que edificatiõis ſũt inuicẽ cuſtodiam⁹. Noli ꝓpter eſcã deſtruere opus dei. Oĩa quidem mũda ſunt: ſed maluꝫ eſt hoĩ qui per offendiculũ manducat. Bonũ eſt non mãducare carnẽ/et nõ bibere vinũ: neqꝫ in quo frater tu⁹ offendiť/aut ſcandalizať/aut infirmatur. Tu fidẽ quã habes: penes temetipſũ habe coꝛã deo. Beatus qui non iudicat ſemetipſũ: in eo quod pꝛobat. Qui aũt diſcernit ſi mãducauerit: damnat⁹ eſt/ quia non eſt ex fide. Omne autẽ quod non eſt ex fide: peccatũ eſt.

Secundũm lucam. iiij. ca.

In illo tp̄e: Deſcendit ieſus in capharnaũ ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat illos ſabbatis. Et ſtupebãt in doctrina ei⁹: qꝛ in poteſtate erat ſermo ipſi⁹. Et i ſynagoga erat hõ habẽs demoniũ immũdũ: et exclamauit voce magna dicẽs. Sine. Quid nobis et tibi ieſu nazarene? Veniſti ꝑdere nos Scio te qꝛ ſis ſanctus dei. Et increpauit illũ ieſus dicẽs Obmuteſce: et exi ab eo. Et cũ pꝛoieciſſet illud demoniũ in mediũ exijt ab illo/nichilqꝫ illũ nocuit. Et fact⁹ eſt pauoꝛ in oĩbus: et colloquebãtur ad inuicẽ dicentes. Quod eſt hoc verbũ: qꝛ in poteſtate et virtute imperat ſpiritibus ĩmundis et exeunt Et diuulgabatur fama de illo: in omnẽ locum regionis.

❡Dñica.iij.poſt oct.epy. Offm̄.

Adorate deum oēs angeli eius: audiuit et letata eſt ſyon/et exultauerunt filie iude. Ps. Dominus regnauit exultet terra: letētur inſule multe. Gloria pa. Oratio.

Omñps ſempiterne deus īfirmitatē noſtrā propicius reſpice: atq; ad protegendū nos dexteram tue maieſtatis extende. P dominū noſtrū. Ad romanos. xij

Fratres: Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos. Nulli malū pro malo reddētes. Prouidentes bona: non tantū coram deo/ſed etiā corā oībus hoīb⁹. Si fieri poteſt qđ ex vobis eſt: cū oībus hoībus pacē habētes. Nō voſmetipſos defendentes cariſſimi: ſed date locū ire. Scriptū eſt enī. Michi vindictā: et ego retribuā dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ciba illum. Si ſitit: potum da illi. Hoc enī faciēs: carbones ignis ꝯgeres ſuper caput ei⁹. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malū. Gr. Timebunt gentes nomen tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dñs ſyon: et videbitur in maieſtate ſua. Allā. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Scdm matheū. viij.c

In illo tpe: Cū deſcendiſſet ieſus de monte: ſecute ſunt eum turbe multe. Et ecce lepros⁹ veniens: adorabat eū dicēs. Dñe ſi vis potes me mūdare. Et extendens ieſus manū: tetigit eum dicens. Volo: mūdare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi ieſus. Vide nemini dixeris. ſed vade oſtende te ſacerdoti: et offer munus tuū quod precepit moyſes in teſtimoniū illis. Cū autem introiſſet capharnaū: acceſſit ad eū centurio rogans eū et dicens. Dñe/puer me⁹ iacet in domo paraliticus: et male torquet. Et ait illi ieſus. Ego veniā: et curabo eū. Et reſpondēs centurio: ait. Dñe nō ſum dign⁹ vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic verbo/et ſanabitur puer me⁹. Nā et ego hō ſum ſub poteſtate cōſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alio veni: et venit. Et ſeruo meo fac hoc: et facit. Audiens autē ieſus miratus eſt: et ſequētibus ſe dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidē in iſrael. Dico aūt vobis qꝫ multi ab oriēte et occidente veniēt: et recūbēt cū abrahā et yſaac et iacob in regno celoꝝ. Filij aūt regni: eijcientur i tenebras exteriores. ibi erit fletus et ſtridor dentiū. Et dixit ieſus cēturioni. Vade/et ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanat⁹ eſt puer: in illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtutē/dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam: et narrabo opera domini. Secreta.

Vite perpetue venerāda recolimus te dñe deprecantes: vt qꝫ deuotis eadē ſacrificijs/qꝫ dignis opibus aſſequamur. P. pfa. epiā. Cōio. Mirabantur omēs de his que procedebāt de ore dei. Poſtcō.

Quos tantis dñe largiris vti myſterijs/pſta qs: vt effectib⁹ eoꝝ nos veraciter aptare digneris. P.

❡Feria.iiij. Ad romanos. xv.c.

Fratres: Obſecro vos per dñm noſtrū ieſū xp̄m ꝫ per caritatē ſpūſſancti: vt adiuuetis me in orōnibus veſtris ad deum: vt liberer ab infidelibus qui ſunt in iudea: et obſequij mei oblatio accepta ſit in hieroſolyma ſāctis:

vt veniam ad vos in gaudio per voluntatē dei/ vt refrigerer vobiſcum. Deus aūt pacis: ſit cū oībus vobis amen. S.marcum.iij.

IN illo tēpoꝛe: Intrauit ieſus in ſynagogā: et erat ibi homo habens manū aridā/ et obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret/ vt accuſarent illū. Et ait homini habenti manū aridā. Surge in medium. Et dicit eis. Licet ſabbatis bñfacere/ an male: animā ſaluam facere/ an perdere? At illi tacebant. Et circūſpiciēs eos cum ira: contriſtatus ſuper cecitate cordis eoꝝ: dicit homini. Extende manū tuā: et extēdit. Et reſtituta eſt manus illi. ¶ Feria ſexta. Epyſtola. Ad coꝛinthios. i.iij

FRatres: Neſcitis quia templum dei eſtis: et ſpūs dei habitat in vobis? Si quis aūt tēplū dei violauerit: diſperdet illū deus. Templū eni dei ſanctū eſt: quod eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Si qs videt inter vos ſapiēs eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Sapientia eni huius mūdi: ſtulticia eſt apud deum. Scriptum eſt eni. Cōpꝛehendā ſapiētes: in aſtutia eoꝝ. Et iterū Dñs nouit cogitatiōes ſapientiū: qm̄ vane ſunt. Nemo itaqꝫ gloꝛietur in hoībus. Oīa eni veſtra ſunt/ ſiue paulꝰ/ ſiue apollo/ ſiue cephas/ ſiue mundus/ ſiue vita/ ſiue moꝛs/ ſiue pꝛeſentia/ ſiue futura Omia eni veſtra ſunt: vos aūt xp̄i/ xp̄s autem dei. Scd̄m matheum. iiij.

IN illo tp̄e: Circuibat ieſus totā galileā: docens in ſynagogis eoꝝ/ et pꝛedicās euangeliū regni/ et ſanans oēm languoꝛē et oēm īfirmitatē in populo Et abiit opinio eius: in totā ſyꝛiam. Et obtulerunt ei oēs male habentes varijs languoꝛibus et toꝛmētis cōpꝛehenſos: et qui demonia habebant/ et lunaticos/ et paraliticos/ et curauit eos. Et ſecute ſunt eum turbe multe. ¶ Dñica quarta poſt octa. epyphanie. Officiū.

ADoꝛate deum oēs angeli eius: audiuit et leta eſt ſyon/ et exultauerunt filie iude. Ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Gloꝛia. Oꝛatio.

DEus qui nos in tantis periculis cōſtitutos pꝛo hūana ſcis fragilitate nō poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutē mentis et coꝛpoꝛis: vt ea que pꝛo peccatꝫ noſtris patimur/ te adiuuante vincamus. Per do. Ad romanos. xiij

FRatres: Nemini quicq̄ debeatis: niſi vt inuicē diligatis. Qui eni diligit pꝛoximū: legem ipleuit. Nā non adulterabis/ nō occides/ nō furaberis/ nō falſū teſtimoniū dices/ non cōcupiſces rem pximi tui. Et ſi quod eſt aliud mādatū: in hoc verbo inſtaurat. Diliges pꝛoximū tuū: ſicut teipſū. Dilectio pximi: malū non operat. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. Gr. Timebūt gentes nomen tuū dñe: et oēs reges terre gloꝛiā tuā. V. Quoniā edificauit dominus ſyon: et videbitur in maieſtate ſua Allā. V. Dñs regnauit exultet terra: letētur inſule multe. S. mathe. viij

IN illo tp̄e: Aſcēdente ieſu in nauiculā: ſecuti ſunt eū diſcipuli eius. Et ecce motꝰ magnꝰ factus eſt in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Erat autē illis: ventus cōtrarius. Ipſe vero doꝛmiebat. Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eius: et ſuſcitauerūt eū dicentes. Dñe ſalua nos: perim⁹. Et dicit eis ieſus. Quid timidi eſtis modice fidei? Tunc ſurgēs imperauit vētis et mari: et facta eſt tranquillitas magna. Porro hoīes mirati ſunt: dicētes. Qualis eſt hic: quia venti et mare obediunt ei. Offer. Dextera dñi fecit virtutē/ dextera dñi exaltauit me: nō moriar ſed viuā et narrabo opa dñi. Secrē.

Concede q̄s omīps deus: vt huius ſacrificij mun⁹ oblatum: fragilitatē noſtrā ab oī malo purget et muniat. Per dn̄. Pfatio q̄tid. Cōio. Mirabantur oēs de his que pcedbant de ore dei. Poſtcō.

Munera tua nos deus/ et a delectatiōibus terrenis expediant: et celeſtibus ſemper inſtruant alimētis. Per d. ¶ Feria quarta Epla. Ad corinthios. i. vij.

Fratres: Bonū eſt homini mulierē non tangere. Propter fornicationē aūt vnuſquiſq; vxorē ſuam habeat: et vnaqueq; mulier virum ſuū habeat. Vxori vir debitū reddat: ſimiliter autē et vxor viro. Mulier ſui corporꝫ poteſtatē nō habet: ſed vir. Similiter aūt et vir/ ſui corporis poteſtatē non habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicē: niſi forte ex cōſenſu ad tēpus/ vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini in idipſū: ne tentet vos ſathanas propter incōtinentiā veſtrā. S. lu. ix.

In illo tpe: Factū eſt ambulantibus diſcipulis in via: dixit quidē ad ieſum. Sequar te q̄cūq; ieris. Dixit illi ieſus. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos: filius autē hoīs non habet vbi caput ſuū reclinet. Ait autem ad alterū. Sequere me. Ille autē dixit. Dñe/ permitte michi primū ire: et ſepelire patrē meū. Dixitq; ei ieſus. Sine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos: tu aūt vade/ et annūcia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: ſꝫ primū permitte michi renūciare his q̄ domi ſunt. Et ait ad illū ieſus. Nemo mittēs manū ſuā ad aratrū ⁊ aſpiciens retro: aptus eſt regno dei.

¶ Feria. vi. Ad corinthios. vij.

Fratres: Vnuſquiſq; i qua vocatione vocat⁹ eſt: in ea permaneat. Seru⁹ vocatus es: nō ſit tibi cure. Sed et ſi potes fieri liber: magꝫ vtere. Qui eni in dño vocatus eſt ſeruus: libert⁹ eſt dñi. Similiter q̄ liber vocat⁹ eſt: ſeru⁹ eſt xpi. Precio empti eſtis: nolite fieri ſerui hoīm. Vnuſq̄ſq; in qua vocatione vocat⁹ eſt frater: i hac pmaneat apud deū. S. marci. x.

In illo tēpore: Offerebāt ieſu paruulos: vt tangeret illos. Diſcipuli aūt cōminabantur offerētibus. Quos cū videret ieſus indigne tulit: et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos. Taliū eni eſt regnū dei. Amē dico vobꝫ: q̄ſquis nō receperit regnū dei velut paruulus: non intrabit in illud. Et cōplexans eos et imponēs man⁹ ſup illos: bn̄dicebat eos. ¶ Dñica quīta poſt oct. epy. Officium.

Adorate deum oīs angeli eius: audiuit et letata eſt ſyon/ et exultauerunt filie iude. Ps. Dominus regnauit exultet terra: letētur inſule multe. Gloria pa. Oratio.

Familiā tuā q̄s domine cōtinua pietate cuſtodi: et que in ſola ſpe gratie celeſtis innitit/ tua ſemper protectione muniatur Per dominū. Ad coloſenſes. iij. c.

FRatres Induite vos ſicut electi dei ſācti et dilecti viſcera mīe: manſuetudinem/benignitatē/hūilitatē/modeſtiā/patiētiam/ſupportantes inuicem / et donantes vobiſmetipſis/ſi quis aduerſus aliquē habet querelam Sicut ⁊ dn̄s donauit vobis: ita et vos. Sup oīa aūt hec caritatē habete: qđ eſt vinculū perfectionis Et pax xp̄i exultet in cordib⁹ veſtris: in qua et vos vocati eſtis in vno corpore et grati eſtote. Verbum xp̄i habitet in vobis abundanter in om̄i ſapiētia docentes et cōmonētes voſmetipſos in pſalmis et hymnis ⁊ cāticis ſpūalib⁹ in grā: cantātes in cordibus vr̄is deo. Oē aūt qđcūq; facitis in verbo aut in ope/oīa in noīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i facite: gratias agentes deo et patri. Per ieſū chriſtū: dominū noſtrum. Gr. Timebunt gētes nomen tuū dn̄e: et om̄s reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dominus ſyon: ⁊ videbitur in maieſtate ſua Allā. V. Dn̄s regnauit exultet terra: letentur inſule multe. S. mathe. xiij

IN illo tēpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile factū eſt regnū celorū homini qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo. Cū autē dormirēt homines: venit inimicus eius et ſuperſeminauit zizania ī medio tritici/et abiit. Cū aūt creuiſſet herba et fructū feciſſet: tunc apparuerunt et zizania. Accedētes autē ſerui patriſfamilias: dixerunt ei. Dn̄e: nōne bonū ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit. Serui autem dixerūt ei Vis imus/et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligētes zizania: eradicetis ſimul cū eis ⁊ triticū Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem: et in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primū zizania: ⁊ alligate ea faſciculos ad comburendū. Triticū autem cōgregate: in horreū meū. Offertꝫ. Dextera domini fecit virtutē/dextera dn̄i exaltauit me: non moriar ſed viuā et narrabo opera domini. Secreta.

SUſcipe queſumus dn̄e tuorum oblationes preceſq; ſeruorum: vt ſub tue ꝓtectionis auxilio et collata non perdāt: et que expetunt apprehendant. Per dn̄. Prefatio quotidiana. Cōmunio Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Poſtcommunio.

DEus qui nos ſacramēti tui participatione contingis virtutis eius effectus in noſtris cordibus operare: vt muneri diuino quod ſumpſimus/per ipſum munus aptemur. Per d. ¶ Feria quarta. Ad tymotheum. I. ij. cap.

CHariſſime: Obſecro primum omnium fieri obſecrationes: orationes/poſtulationes/gratiarum actiones pro oībus hoīb⁹ Pro regibus ⁊ oīb⁹ q̄ in ſublimitate ſūt cōſtituti: vt quietā et tranquillā vitā agam⁹ in oī pietate et caſtitate. Hoc enī bonū eſt: et acceptū coram ſaluatore noſtro deo. Qui oēs hoīes vult ſaluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Un⁹ enī deus: vnus et mediator dei ⁊ hominū: homo xp̄s ieſus. Qui dedit ſemetipſum redemptionē pro omnibus: cuius teſtimoniū temporibus ſuis confirmatū eſt: in quo poſitus ſum ego predicator ⁊ apoſtolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide et veritate. Secundū matheum. xxi. c

IN illo tp̄e: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Homo quidā habebat duos filios: et accedens ad p̄mū dixit Fili vade hodie operari in vineā meā. Ille aūt reſpōdens: ait. Nolo. Poſtea aūt penitentia motus: abijt. Accedēs aūt ad alterū: dixit ſimiliter. At ille reſpondēs: ait. Eo dñe. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatē patris? Dicunt ei. Primus. Dicit illis ieſus. Amē dico vobis: qꝛ publicani ⁊ meretrices precedēt vos in regno dei. Venit enī ad vos iohannes in via iuſticie: et nō crediſtis ei. Publicani ⁊ meretrices crediderūt ei: vos autē videntes nec penitentiā habuiſtis poſtea / vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Dñica in ſeptuageſima: Ad miſſam. Officiū.

Circūdederunt me gemitus mortꝭ: dolores inferni circūdederūt me: et in tribulatione mea inuocaui dñm / et exaudiuit de tēplo ſancto ſuo vocem meā. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū et refugium meū / et liberator meus. Glia pa. Ad hac die vſqꝫ ad vigiliā paſche non dicitur Gloria in excelſis d. de quocūqꝫ dicitur miſſa / niſi eps in cena dñi celebrauerit. Oratio.

Preces populi tui qs domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: p̄ tui nois glia miſericorditer liberemur. P. Ad corinthios. i. ix

Fratres: Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currūt: oēs quidē currūt / ſed vnus accipit brauiū? Sic currite: vt comprehendatis. Ois enī qui in agone ꝯtendit: ab oībus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilē coronā accipiāt: nos aūt incorruptā. Ego igit̄ ſic curro: non quaſi in incertū. Sic pugno: non quaſi aerē verberās. Sed caſtigo corpus meū: ⁊ in ſeruitutē redigo / ne forte cum alijs predicauerī / ipſe reprobus efficiar. Nolo autē vos ignorare fratres: quoniā patres noſtri omēs ſub nube fuerūt / ⁊ oēs mare trāſierunt / et oēs in moyſe baptizati ſunt in nube et in mari. Et omēs eandē eſcā ſpūalem manducauerunt: et oēs eundē potū ſpūalē biberunt. Bibebant aūt de ſpūali: conſequēte eos petra. Petra aūt: erat xp̄s. Gr. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione ſperent in te q̄ nouerunt te: qm̄ non derelinquis querentes te dñe. V. Qm̄ non in finē obliuio erit pauperis patientia pauperꝝ nō peribit in finē: exurge dñe nō preualeat homo. Non repetatur grad. quādo dicitur tractus vers. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocē meā. V. Fiant aures tue intēdentes / in orationem ſerui tui. V. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſtinebit? V. Qꝛ apud te propiciatio eſt: et propter legeꝫ tuā ſuſtinui te dñe. S. mathei. xx.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Simile eſt regnū celorū homini patrifamilias: qui exijt p̄mo mane conducere operarios in vineā ſuā. Cōuentione aūt facta cū operarijs ex denario diurno: miſit eos in vineā ſuā. Et egreſſus circa horā terciā: vidit alios ſtātes in foro ocioſos / et dixit illis. Ite et vos in vineā meā: et quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autē abierunt. Iterū autem exijt circa ſextã et nonã horã: et fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt: et inuenit alios ſtãtes: et dixit illis Quid hic ſtatis tota die ocioſi Dicunt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineam meã. Cũ ſero autẽ factũ eſſet: dixit dñs vinee procuratori ſuo. Uoca operarios et redde illis mercedem: incipiens a nouiſſimis vſq; ad primos. Cũ veniſſent ergo qui circa vndecimã horã venerãt: acceperũt ſingulos denarios. Uenientes aũt et primi: arbitrati ſunt q plus eſſent accepturi Acceperunt aũt et ipſi: ſingulos denarios Et accipiẽtes murmurabãt aduerſus patrẽfamilias dicẽtes. Hi nouiſſimi vna hora fecerũt: et pares illos nobis feciſti / qui portauimus pondus diei et eſtus. At ille reſpõdens: vni eorũ dixit. Amice: nõ facio tibi iniuriã. Nõne ex denario cõueniſti mecũ? Tolle quod tuũ eſt: et vade. Uolo aũt et huic nouiſſimo dare: ſicut et tibi. An nõ licet michi quod volo facere? An oculus tuus neq̃ eſt / q2 ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi: et primi nouiſſimi Multi eni ſũt vocati: pauci vero electi. Offer.

Bonũ eſt confiteri dño: et pſallere noĩ tuo altiſſime. V. Quã magnificata ſũt opera tua dñe: nimis profũde facte ſũt cogitationes tue. V. Ecce inimici tui domine peribunt: et diſpergentur oẽs qui operantur iniquitatẽ. Secreta.

Muneribus noſtris q̃s dñe precibuſq; ſuſceptis: et celeſtibus nos mũda myſterijs / et clementer exaudi. P. bta. qtid. Cõio

Illumina faciẽ tuã ſup ſeruũ tuũ: ſaluum me fac in tua mĩa dñe non cõfundar qm̃ inuocaui te. Poſtcõio

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadẽ et percipiẽdo requirãt: et querẽdo ſine fine percipiant. Per d. ¶ Sciendũ eſt q ſeruitiũ hui9 diei nõ differt propter aliqd feſtũ: niſi cũ purificatio btẽ marie vel dedicatio eccl'ie in hac die cõtigerit: tũc eni differtur vſq; ad .iij. feriã. et tract9 De profundis. pretmittatur: qm̃ in ferialibus dieb9 nõ dr tract9 ante q̃rtã feriã in capite ieiunij: niſi tm̃ in miſſis p defũctis: nec etiã in feſtis ſine regimĩe chori. Quãdocuq; vero aliqd feſtũ in hac dñica vel in aliq̃ dñica vſq; ad paſſionẽ dñi cõtigerit: ſi differat / ſʒ duplex feſtũ fuerit. et fiat ſeruitiũ de ipſa dñ. nulla facta de feſto mẽoria: niſi ſit feſtũ .iij. l. qd nõ differt: ſed tunc de eo fiat mẽo. vſq; ad xl. tm̃. A q̃rta aũt fe in capite ieiunij vſq; in craſtinũ oct. paſche nichil fiat ad miſſã de feſt9 .iij. l. nec etiã mẽo. ¶ Fe. q̃rta. Epl'a. Ad corinthios. .iiij.

Fratres: Si opertũ eſt euãgeliũ noſtrũ: in his q̃ pereunt eſt opertũ. In quib9 deus huius ſeculi excecauit mẽtes infideliũ: vt non fulgeat illuĩatio euãgelij glie xp̃i / qui eſt ymago dei. Non eni noſmetipſos predicam9: ſed ieſũ xp̃m dñm noſtrũ, nos aũt ſeruos per ieſũ. Quĩ deus q dixit de tenebris lucẽ ſplendeſcere: illuxit in cordibus noſtris / ad illuĩationẽ ſciẽtie claritatis dei / in facie ieſu xp̃i. Habemus aũt theſaurũ iſtũ abſconditũ in vaſis fictilib9: vt ſublimitas ſit virtutis dei / et nõ ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur: ſed nõ anguſtiamur. Aporiamur: ſed non deſtituimur Perſecutionẽ patimur: ſed nõ derelinq̃mur. Humiliamur: ſed nõ cõfundimur. Deijcimur: ſed nõ peri-

PRoſint nobis domine q̄s frequentata myſteria: q̄ nos et a cupiditatib⁹ terrenis expediant/⁊ inſtruāt amare celeſtia. Per d̄. Sup pplm. Humiliate ca. ve. d̄. Or.

ABſolue q̄s d̄n̄e noſtrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur: propiciat⁹ auerte. Per d̄.

¶ Fe.iij.poſt Inuocauit. Offi.

DOmine refugiū fact⁹ es nobis a generatiōe et progenie: a ſeculo et in ſeculum tu es. Ps. Priuſq̄ montes fierent: aut formaretur terra et orbis. Non dicit vlterius. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

REſpice d̄n̄e familiā tuā/et preſta: vt apud te mens n̄ra tuo deſiderio fulgeat: que ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominū no. Lectio yſaie prophete. lv.

IN diebus illis: Locutus eſt yſaias propheta dicēs. Querite d̄n̄m d̄ū inueniri poteſt: inuocate eū d̄ū prope eſt. Derelinquat impius viā ſuā: et vir iniquus cogitatiōes ſuas/et reuertat̄ ad dominū et miſerebit̄ eius/et ad deū noſtrū q̄m multus eſt ad ignoſcēdū. Non enī cogitatiōes mee cogitationes veſtre: neq̄ vie mee vie veſtre dicit d̄n̄s. Qꝛ ſicut exaltantur celi a terra: ſic exaltate ſūt vie mee a vijs veſtris/et cogitatiōes mee a cogitatiōib⁹ v̄ris. Et quomodo deſcēdit ymber et nix de celo: ⁊ illuc vltra nō reuertit̄/ſed inebriat terrā et infūdit eā/⁊ germinare eā facit/et dat ſemen ſerenti et panē comedēti: ſic erit verbum meū q̄d egredietur de ore meo. Non reuertet̄ ad me vacuū: ſed faciet quecūq̄ volui/⁊ proſperabit̄ in his ad q̄ miſi illud. Ait d̄n̄s oīps. Gr. Dirigatur oratio mea ſicut incenſū in cōſpectu tuo d̄n̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū. Sc̄dm mattheū xxi.

IN illo t̄p̄e: Cū intraſſet ieſus hieroſolymā cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicēs. Quis eſt hic? Populi autem dicebant. Hic eſt ieſus propheta: a nazareth galilee. Et intrauit ieſus in tēplū dei: et eijciebat oēs vēdētes et ementes in tēplo/et mēſas nūmulariorum et cathedras vendentiū colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptū eſt: qꝛ domus mea dom⁹ orationis vocabit̄. Vos aūt feciſtis illā ſpeluncā latronū. Et acceſſerunt ad eū ceci et claudi in tēplo: et ſanauit eos. Vidētes autē principes ſacerdotū et ſcribe mirabilia q̄ fecit: et pueros clamantes in tēplo et dicētes. Oſanna filio dauid: indignati ſunt et dixerunt ei. Audis q̄d iſti dicūt? Jeſus aūt dixit eis. Utiq̄. Nūq̄ legiſtis: qꝛ ex ore infantiū et lactentiū perfeciſti laudē? Et relictis illis abiit foras extra ciuitatē in bethaniam: ibiq̄ manſit ⁊ docebat eos de regno dei. Offer. In te ſperaui d̄n̄e dixi tu es deus meus: in manibus tuis tēpora mea. ℣. Illumina faciē tuā ſup ſeruum tuū et ſaluum me fac propter miſericordiā tuam d̄n̄e non confūdar quoniam inuocaui te. Secreta.

PReſta d̄n̄e q̄s vt dicato muneri cōgruentē noſtre deuotiōis tibi offeram⁹ affectū. Per. Cōio. Cū inuocarē exaudiſti me deus iuſticie mee in tribulatiōe dilataſti me miſerē michi d̄n̄e ⁊ exaudi orōnē meā. Pc̄o.

QUeſumus oīps de⁹: vt illi⁹ ſalutaris capiam⁹ effectū: cuius per hec miſteria pign⁹ accepim⁹. Per. Sup pplm. Humil. ca v. d. or.

AScendant ad te d̄n̄e preces noſtre: et ab eccl̄ia tua cunctam repelle nequiciam. Per do.

¶ Fe.iiij.quattuoꝛ tẽp̃m. Offm.

Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe ꝯ mie tue que a ſeculo ſunt: ne vnq̃ dominent nobis inimici noſtri libera nos deus iſrael ex oĩbus anguſtijs noſtris. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te confido non erubeſcã. Sequitur oratio ſine Dñs vobiſcũ. ſed cũ Oremus et Flectamus genua Leuate. Or.

Preces noſtras q̃s dñe clementer exaudi: et cõtra cũcta nobis aduerſantia/ dexteram tue maieſtatis extende. Per dñm noſtrũ. Lectio libri exodi. xxiiij.c.

In dieb⁹ illis: Dixit dñs ad moyſẽ. Aſcẽde ad me in mõtem/ et eſto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas/ et legẽ ac mandata q̃ ſcripſi: vt doceas filios iſrael. Surrexerũt moyſes et ioſue miniſter eius: aſcendẽſq; moyſes in montẽ dei/ ſenioꝛib⁹ ait. Expectate hic donec reuertamur ad voſ Habetis aaron et hur vobiſcũ: ſi q̃d natũ fuerit queſtiõis referetis ad eos. Cũq; aſcendiſſet moyſes: operuit nubes montẽ/ et habitauit glia dñi ſup ſynai tegens illũ nube ſex diebus. Septimo autẽ die: vocauit eum de medio caliginis. Erat aũt ſpecies glie dñi: q̃ſi ignis ardẽs ſup verticẽ montis/ in cõſpectu filioꝝ iſrael. Ingreſſ⁹q; moyſes mediũ nebule: aſcẽdit in montẽ/ ꝛ fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Gr. Tribulationes coꝛdis mei dilatate ſunt: de neceſſitatib⁹ meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã et laboꝛẽ meũ: et dimitte oĩa peccata mea. Non repetat grad. ſed ſequat Dñs vobiſcũ. et Flectam⁹ ge. Leuate. Or.

Deuotionẽ populi tui q̃s domine benign⁹ intende: vt q̃ per abſtinentiã macerantẽ in coꝛpoꝛe: per fructũ boni operis reficiantur in mente. Per. Hic dñe me moꝛte ꝛfuere. Lco li. regũ. iij. xix.

In diebus illis: Venit helyas in berſabee iuda/ et dimiſit ibi puerũ ſuũ: et perrexit in deſertũ viã vni⁹ diei. Cũq; veniſſet et ſederet ſubter vnã iuniperũ: petiuit anime ſue vt moꝛeretẽ/ et ait. Sufficit michi dñe: tolle animã meã. Neq; eni melioꝛ ſum: q̃ p̄res mei. Proiecitq; ſe: et obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eũ: dixitq; ei. Surge: comede. Et reſpexit. Et ecce ad caput ſuũ ſubcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo et bibit: et ruꝛſũ obdoꝛmiuit. Reuerſ⁹q; eſt angelus dñi ſecundo et tetigit eũ: dixitq; illi. Surge comede: grandis eni tibi reſtat via. Qui cũ ſurrexiſſet: cõedit et bibit. Et ambulauit in foꝛtitudine cibi illius quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹: vſq; ad mõtẽ dei oreb. Choꝛus alternatim dicat. Tractus

De neceſſitatibus meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meã et laboꝛẽ meũ et dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te leuaui aĩam meã: deus me⁹ in te cõfido nõ erubeſcã/ neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenĩ vniuerſi qui te expectãt non cõfundẽtur: cõfundantẽ oẽs facientes vana. Et dicit iſte tractus in oĩ quarta feria vſq; ad dñicã palmarum. ¶ Secundũ mathẽ. xij.

In illo tẽpoꝛe: Acceſſerũt ad ieſum ſcribe et phariſei: dicentes. Magiſter volumus a te ſignũ videre. Qui reſpondẽs: ait illis. Generatio mala ꝛ adultera ſignũ querit: et ſignũ non dabimus. Semp mortificationē ieſu xp̄i in corpore circūferētes: vt et vita ieſu in cordib⁹ nr̃is manifeſtet. Semp eni nos q̄ viuim⁹: in mortē tradimur ꝓpter ieſū: vt et vita ieſu manifeſtet̄ in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobꝫ opat̄ vita aūt in vobis. S. marcū ix.

IN illo tp̄e: Egreſſus ieſus ibat per galileā: nec volebat quēq̄ ſcire. Docebat aūt diſcipulos ſuos: et dicebat illis. Q̄m filius hoīs tradet̄ in manus hoīm / et occidēt eū: et occiſus tercia die reſurget. At illi ignorabāt verbū et timebāt eū interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cū domi eſſent: interrogabat eos. Quid i via tractabatis? At illi tacebant. Siquidē inter ſe in via diſputauerant: q̄s eſſet illorꝫ maior. Et reſidens vocauit duodecī: et ait illis. Si quis vult primus eſſe: erit oīm nouiſſimus / et oīm miniſter. Et accipiens puerū: ſtatuit eum in medio eorū. Quē cū cōplexus eſſet: ait illis. Quiſq̄s vnū ex huiuſmodi pueris receperit in noīe meo: me recipit. Et quicūq̄ me ſuſceperit: non me ſuſcipit / ſed eum q̄ me miſit. Qui habet aures audiēdi: audiat. ¶ Feria ſexta Epyſtola. Ad corinthios. ij. iiij. cap̄.

FRatres habentes ſpiritū fidei: ſicut ſcriptū eſt. Credidi propter qđ locut⁹ ſum: et nos credimus ꝓpter qđ loquimur / ſcientes q̄m q̄ ſuſcitauit ieſū: et nos cū ieſu ſuſcitabit / et ꝯſtituet vobiſcū. Oīa eni ꝓpter vos vt gratia abundans per multas gratiarum actiones: abūdet in gloriam dei: propter qđ non deficim⁹. Sꝫ licet is qui foris eſt noſter homo corrūpat̄: tamen is qui itus eſt renouat̄ de die in diem. Id eī quod in preſenti eſt momētaneū et leue: tribulatiōis noſtre ſupra modum in ſublimitate eternuꝫ glīe pondus operatur in nobis nō cōtemplantibus nobiſque videntur: ſed que non vident̄. Que eni videntur tēporalia ſunt: que autem non videntur: eterna ſunt. ¶ Secundum matheum xij. c.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus phariſeis. Qui nō eſt mecū: cōtra me eſt. et qui nō cōgregat mecū / ſpargit. Ideo dico vobis. Omē peccatū et blaſphemia remittet̄ hoīb⁹: ſpūs aūt blaſphemie non remittetur. Et quicūq̄ dixerit verbuꝫ cōtra filiū hoīs: remittet̄ ei. Qui autē dixerit cōtra ſpiritū ſanctū: non remittet̄ ei / neq̄ in hoc ſeculo / neq̄ in futuro. Aut facite arborem bonā et fructū eius bonum: aut facite arborē malā et fructuꝫ eius malū. Siquidē ex fructu: arbor cognoſcitur. Progenies viperarū quomō poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Ex abūdātia eni cordis: os loq̄tur. Bon⁹ hō: de bono theſauro ꝓfert bona. Et malus hō: de malo theſauro profert mala. Dico aūt vobis: q̄m oē verbum ocioſū qđ locuti fuerint homines / reddēt rationē de eo i die iudicij. Ex verbis eni tuis iuſtificaberis: et ex verbis tuis ꝯdēnaberis. ¶ Dñica in lx. Officium

EXurge quare obdormis dñe / exurge et ne repellas in finē. quare faciē tuam auertis / obliuiſceris tribulationē noſtrā adheſit i terra venter noſter exurge domine adiuua nos et libera nos. ps. Deus auribus noſtris audiuim⁹: pr̄es noſtri annūciauerunt nobis. Oratio.

Deus qui cōſpicis q2 ex nulla noſtra actione ꝯfidim⁹: concede propicius/ vt contra oīa aduerſa doctoꝛis gentiū ꝓtectione muniamur. Per d. Hec ſeq̄ns epl̄a tota legaꝛ hac die tantū: qñ vero dꝭ per ebdo. ſemꝑ īcipiaꝛ ad iſtā clauſulā Damaſci ꝑepoſit⁹ et legaꝛ vſq͂ ad finē. Ad coꝛinthios. ij. xi

Fratres Libēter ſuffertis inſipientes: cū ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetꝭ enī ſi quis vos in ſeruitutē redigit: ſi q̄s deuoꝛat/ ſi quis accipit/ ſi q̄s extollitur/ ſi quis in faciē vos cedit. Scd̄m ignobilitatē dico: quaſi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo quis audet: in inſipiētia dico/ audeo et ego. Hebrei ſūt et ego. Iſraelite ſunt: et ego. Semen abꝛahe ſūt: et ego. Miniſtri xp̄i ſunt: et ego. Vt min⁹ ſapiens dico: plus ego. In laboꝛibus plurimis: in carceribus abundanti⁹/ in plagis ſupꝛa modū/ in moꝛtibus frequēter. A iudeis quīquies quadꝛagenas: vna minus accepi. Ter virgis ceſus ſum: ſemel lapidat⁹ ſum/ ter naufragiū feci. Nocte ac die: in pꝛofundū maris fui. In itineribus ſepe: periculis fluminū/ periculis latronū/ periculis ex genere/ periculis ex gentibus/ periculis in ciuitate/ periculis in ſolitudine/ periculis in mari/ periculis in falſis fratrib⁹. In laboꝛe et erūna: in vigilijs multis. In fame ⁊ ſiti: ī ieiunijs multis. In frigoꝛe ⁊ nuditate: preter illa que extrinſecus ſunt/ inſtantia mea quotidiana ſollicitudo oīm eccleſiaꝝ. Quis infirmaꝛ: et ego non infirmoꝛ? Quis ſcandalizatur: et ego non vroꝛ? Si gloꝛiari opoꝛtet: que infirmitatis mee ſunt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti ſcit qui eſt bn̄dict⁹ in ſecula: q2 nō mētioꝛ. Damaſci pꝛepoſitus gentis arethe regis/ cuſtodiebat ciuitatē damaſcenoꝝ: vt me cōpꝛehenderet. Et per feneſtrā in ſpoꝛta demiſſ⁹ ſum per murū: et ſic effugi man⁹ eius. Si gloꝛiari opoꝛtet: non expedit quidē. Veniā aūt ad viſiones: et reuelatiōes dn̄i. Scio hominē in xp̄o/ āte ānos q̄ttuoꝛdecī ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus neſcio deus ſcit: raptū huiuſmodi vſq͂ ad terciū celū. Et ſcio huiuſmodi hoīem ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus neſcio deus ſcit: q2 raptus eſt in paradiſū/ et audiuit archana verba que non licet hoī loqui. Pꝛo huiuſmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me aūt nichil/ niſi in īfirmitatibus meis. Nam et ſi voluero gloꝛiari: non ero inſipiens. Veritatē enī dicā. Parco aūt ne q̄s me exiſtimet ſupꝛa id quod videt in me: aut audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ eſt michi ſtimulus carnis mee angelus ſathane qui me colaphizet. Pꝛopter quod ter dominū rogaui vt diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus: in infirmitate perficitur. Libenter igiꝛ gl'iaboꝛ in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus chꝛiſti.

Gr. Sciant gentes q2 nomen tibi deus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnē terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotā et ſicut ſtipulā ante faciē vēti. Tract⁹

Commouiſti domine terrā et conturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius quia mota eſt. ℣. Vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Secundum lucam. viij. capi.

IN illo tēpoꝛe: Cū turba plurima cōuenirent et de ciuitatibus pꝛoperarēt ad ieſū: dixit per ſimilitudinē. Exijt qui ſeminat: ſeminare ſemen ſuū. Et duꝫ ſeminat aliud cecidit ſecus viā: et conculcatū eſt: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit ſupꝛa petrā: et natū aruit: qꝛ non habebat humoꝛem. Et aliud cecidit inter ſpinas: et ſimul exoꝛte ſpine ſuffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ oꝛtum fecit fructū centupli. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabāt aūt eū diſcipuli eius: que eſſet hec parabola. Quibꝰ ipſe dixit. Uobis datum eſt noſſe myſteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis / vt vidētes non videant / et audientes nō intelligāt. Eſt aūt hec parabola. Semen eſt verbū dei. Qui auteꝫ ſecus viam: hi ſunt qui audiunt. Deinde venit dyabolus / et tollit verbū de coꝛde eoꝝ: ne credentes ſalui fiant. Nam qui ſupꝛa petrā: qui cū audierint cū gaudio ſuſcipiunt verbū. Et hi radices non habent: qꝛ ad tempus credūt / ⁊ in tēpoꝛe tentatiōis recedūt. Quod aūt in ſpinis cecidit: hi ſunt qui audierūt / et a ſollicitudinibus ⁊ diuitijs et voluptatibꝰ vite euntes ſuffocantˀ / et non referūt fructum. Quod aūt in bonam terrā: hi ſunt q̄ in coꝛde bono et optimo audientes verbū retinēt. Et fructū afferunt: in patientia. Offeꝛ. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt non moueātur veſtigia mea: inclina aurē tuā et exaudi verba mea: mirifica miās tuas qui ſaluos facis ſperātes in te dñe. ℣. Exaudi dñe iuſticiā meā / intende depꝛecationem meam / auribus percipe oꝛonē meā. ℣. Cuſtodi me dñe vt pupillā oculi: ſub vmbꝛa alaꝝ tuaꝝ pꝛotege me: eripe me dñe ab ipſis. Sec.

INtende q̄s dñe hoſtiā familie tue: vt quā ſacris muneribus facis eſſe participē / tribuas ad eius plenitudinē peruenire. Per do. P̄fatio q̄tid. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meā. Poſtcōio.

SUpplices te rogamus oēs deus: vt quos tuis reficis ſacramētis: tibi etiā placitis moꝛibus dignāter deſeruire cōcedas. Per.

¶ Feria .iiij. Ad coꝛinthios .ij. c.

FRatres: Ego teſtē deū inuoco in aīam meā: qd̄ parcens vobis non veni vltra coꝛinthum. non qꝛ dñamur fidei veſtre ſed adiutoꝛes ſumus gaudij vr̄i / nā fide ſtatis. Statui aūt hoc ipſum apud me: ne iterū in triſticia venirē ad vos. Si enī contriſto vos / et q̄s eſt qui me letificet: niſi qui cōtriſtatˀ ex me? Et hoc ipſum ſcripſi vobis: vt nō cū venero triſticiā ſuper triſticiā habeā. de quibus opoꝛtuerat me gaudere cōfidens in oībus vobis / qꝛ meū gaudiū oīum veſtrū eſt. Nā ex multa tribulatiōe et āguſtia coꝛdis ſcripſi vobis per multas lachꝛymas non vt ꝯtriſtemini: ſed vt ſciatis quā caritatē habeā abūdantiꝰ in vobis. Si q̄s aūt cōtriſtauit me / non me contriſtauit: ſed ex parte vt nō onerē oēs vos. Sufficit illi qui huiuſmodi ē: obiurgatio hec que fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis donetis et cōſolemini / ne foꝛte abūdantioꝛi triſticia abſoꝛbeatˀ / qui huiuſmodi eſt. Pꝛopter qd̄ obſecro vos: vt ꝯfirmetis illū in caritate. Ideo eniꝫ ſcripſi vobis vt cognoſcā experimentū veſtrū/ an in oībus obedientes ſitis? Si cui aūt aliquid donatis: et ego. Nā et ego qđ donaui ſi qđ donaui ꝓpter vos in perſona xpī vt nō circūueniamur a ſathana. Non enim ignoramus: cogitationes eius. Secundū marcum iiij.

IN illo tpē: Cepit ieſus docere ad mare: et cōgregata eſt ad eū turba multa/ ita vt nauim aſcendens ſederet in mari. Et oīs turba circa mare: ſuper terrā erat. Et docebat illos ī parabolis multa: ⁊ dicebat illis in doctrina ſua. Audite. Ecce exijt ſeminās ad ſeminandū. Et dū ſeminat: aliud cecidit circa viā/ et venerūt volucres et comederunt illud. Aliud vero cecidit ſup petroſa: vbi nō habuit terrā multā/ et ſtatī exortū eſt qm̄ non habebat altitudinem terre. Et quādo exortus eſt ſol exeſtuauit: ⁊ eo qđ non habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: et aſcenderūt ſpine et ſuffocauerunt illud/ et fructū non dedit. Et aliud cecidit ī terrā bonā: et dabat fructū aſcendentē et creſcentē/ et afferebat vnū triceſimū et vnū ſexageſimū/ et vnū centeſimū. Et dicebat. Qui habet aures audiēdi: audiat. ¶ Feria ſexta. Epiſtola. Ad corinthios. ij. v

FRatres: Scientes timorē dn̄i hoībus ſuademus: deo aūt manifeſti ſumus. Spero aūt et in conſcientijs veſtris: manifeſtos nos eſſe. Non eni iterū commendamus nos vobis: ſed occaſionē damus vobis gloriādi ꝓ nobis vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur: et non in corde. Siue eni mente excedimus deo: ſiue ſobrij ſumus vobis. Caritas eni xpī vrget nos. Eſtimātes hoc quoniā ſi vnus ꝓ oībus mortuus eſt: ergo oēs mortui ſunt. Et ꝓ oībus mortuꝰ eſt xp̄s vt ⁊ qui viuūt iā nō ſibi viuāt: ſed ei qui ꝓ ipſis mortuus eſt et reſurrexit. Secundum lucam xvij. caplo

IN illo tpē: Interrogatꝰ ieſꝰ a phariſeis quādo venit regnū dei: reſpōdit eis et dixit. Nō veniet regnū dei cū obſeruatiōe: neqꝫ dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce eni regnū dei: intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies quādo deſideretis videre vnū diē filij hoīs: et nō videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neqꝫ ſectemini. Nam ſicut fulgur choruſcans de ſub celo in ea que ſub celo ſūt fulget: ita erit filius hoīs in die ſua. Primū aūt oportet illum multa pati: et reprobari a gn̄atione hac. Et ſicut factū eſt in diebꝰ noe: ita erit et in diebus filij homīs. Edebant et bibebāt: vxores ducebāt et dabant̄ ad nuptias/ vſqꝫ in diē qua intrauit noe in archā/ et venit diluuiū ⁊ perdidit oēs. Similiter ſicut factū eſt in diebus loth: edebant et bibebāt/ emebāt et vēdebant/ plantabāt et edificabant. Qua die autē exiuit loth a ſodomis: pluit ignē et ſulphur de celo/ et oēs perdidit. Scd̄m hec erit qua die filius hoīs reuelabit̄. In illa hora q̄ fuerit in tecto et vaſa eius in domo: non deſcēdat tollere illa. Et qui ī agro ſimiliter: nō redeat retro. Memores eſtote vxoris loth. Quicūqꝫ q̄ſierit aīam ſuam ſaluā facere: perdet illā. Et q̄cunqꝫ perdiderit illā: viuificabit eam. Dico vobis: in illa nocte erūt duo in lecto vno: vnus aſſumet̄ ⁊ alter relinquet̄. Due erūt molētes.

in vnū: vna aſſumetur/et altera relinquet̄. Duo in agro: vn⁹ aſſumetur et alter relinq̄tur. Reſpondentes: dicūt illi. Vbi dn̄e? Qui dixit illis. Vbicūq; fuerit corp⁹: illuc congregabuntur et aquile.

¶ Dn̄ica ī quiquageſima Offm̄.

Eſto michi in deum protectorē et in locum refugij vt ſaluum me facias quoniā firmamentū meum et refugiū meū es tu: et propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. Ps. In te dn̄e ſperaui non confundar in eternū: in iuſticia tua libera me/et eripe me. Oratio.

Preces noſtras q̄s domine clemēter exaudi: atq; a peccatorum vinculis abſolutos: ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominū noſtrū. Ad corinthios. i.xiij

Fratres: Si linguis hoīm loquar et angelorū: caritatem autē non habeā/factus ſum velut es ſonans/aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam et noueri myſteria oīa/et oēm ſcientiā/et ſi habuero omnē fidē ita vt montes transferā/caritatē autem nō habuero: nichil ſū. Et ſi diſtribuero ī cibos pauperū omēs facultates meas: et ſi tradidero corpus meū ita vt ardeam/caritatē autē non habuero: nichil michi prodeſt. Caritas paciens eſt: benigna eſt. Caritas nō emulatur: non agit perperā/non inflatur/nō eſt ambicioſa/non q̄rit que ſua ſunt/non irritat̄/non cogitat malū/non gaudet ſup iniquitate/congaudet aūt veritati. Oīa ſuffert/oīa credit/oīa ſperat oīa ſuſtinet. Caritas nunq̄ excidit. Siue prophetie euacuabunt̄ ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciētia deſtruetur. Ex parte enī cognoſcimus: et ex parte prophetam⁹. Cū aūt venerit quod ꝑfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus/loq̄bar vt paruulus/ſapiebā vt paruulus: cogitabam vt paruulus. Quando autē factus ſum vir: euacuaui q̄ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciē. Nūc cognoſco ex parte: tunc autē cognoſcā ſicut et cognitus ſum. Nunc aūt manēt: fides/ſpes/caritas/tria hec. Maior aūt horū: eſt caritas. Gr. Tu es de⁹ qui facis mirabilia ſolus/notā feciſti in gētibus virtutē tuā. V. Liberaſti in brachio tuo populum tuum filios iſrael iacob et ioſeph. Tractus.

Iubilate deo oīs terra ſeruite domino in leticia. V. Intrate in cōſpectu eius in exultatione. V. Scitote q dn̄s ipſe eſt deus. V. Ipſe fecit nos et nō ipſi nos: nos aūt populus ei⁹ et oues paſcue eius. Scd̄m lucā. xviij. c

In illo tpe. Aſſūpſit ieſus duodeci diſcipulos ſuos: et ait illis Ecce aſcēdim⁹ hieroſolymā ⁊ conſūmabunt̄ oīa q̄ ſcripta ſūt per ꝓphetas: de filio hoīs. Tradet̄ enī gentib⁹: et illudet̄/⁊ flagellabit̄/et ꝯſpuet̄. Et poſtq̄ flagellauerīt occident eū: et die tercia reſurget. Et ipſi nichil horū intellexerūt. Erat aūt verbū iſtud abſcōditū ab eis: et nō intelligebāt q̄ dicebātur. Factū eſt aūt cū appropiquaret hierico: cecus q̄dā ſedebat ſec⁹ viā mēdicās. Et cū audiret turbā preterreūtē: interrogabat q̄d hoc eſſet. Dixerūt aūt ei q ieſus nazarenus trāſiret. Et clamauit dicens Ieſu fili dauid: miſerē mei. Et q̄ preibāt: increpabāt eū vt taceret. Ipſe vo multomagis clamabat.

Fili dauid: miſerere mei. Stans autē ieſus: iuſſit illum adduci ad ſe. Et cū appropinquaſſet: interrogauit illū dicens. Quid tibi vis faciā? At ille dixit. Dn̄e vt videā. Et ieſus dixit illi. Reſpice. Fides tua: te ſaluū fecit. Et cōfeſtī vidit et ſequebat̄ illū magnificās deū Et oīs plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offr. Benedictus es domine doce me iuſtificationes tuas. benedictus es dn̄e doce me iuſtificatiōes tuas in labijs meis pronūciaui omia iudicia oris tui. ℣. Beati imaculati in via/ qui ambulant in lege dn̄i. beati qui ſcrutantur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eū. ℣. Aufer a plebe tua opprobrium et contemptū: qꝛ mandata tua non ſumus obliti domine. Secreta

Hec hoſtia q̄s dn̄e emundet noſtra delicta: et ad ſacrificiū celebrandū ſubditoꝝ tibi corpora mētesq̄ ſanctificet. Per dn̄m. Prefatio q̄tid. Cōio. Manducauerūt ⁊ ſaturati ſunt nimis et deſideriū eoꝝ attulit eis dn̄s/ nō ſūt fraudati a deſiderio ſuo

Queſumus op̄s deꝰ Poſtcō. vt qui celeſtia alimēta percepimus: per hec contra omia aduerſa muniamur. Per dominum.

¶ Feria quarta in capite ieiunij poſt ſextā ī primis fiat ſmo ad populū ſi placuerit. Deinde proſternāt ſe clerici ī choro/ ⁊ dicāt ſeptē pſalmos penitētiales cū Gl̄ia pr̄i. et Sicut erat, et an̄. Ne reminiſcaris. Excellentior vero ſacerdos indutus veſtibus ſacerdotalibꝰ in cappa ſerica rubea cū dyacono a dextris et ſubdyacono a ſiniſtris/ cū ceteris miniſtris altaris/ qui oēs ſint albis cū amictibus induti ante altare dicant per ſe ſeptē pſalmos penitentiales in proſtratione cum an̄. Ne reminiſcaris. Ps. vi.

Domine ne ī furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Miſerere mei dn̄e q̄m īfirmus ſum: ſana me dn̄e q̄m cōturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu dn̄e vſq̄ quo. Conuertere dn̄e et eripe animā meā: ſaluū me fac ꝓpter miaꝫ tuā. Quoniā nō eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno aūt quis cōfitebit̄ tibi? Laboraui in gemitu meo/ lauabo per ſingulas noctes lectum meū: lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Turbatꝰ eſt a furore oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos. Diſcedite a me oēs qui operamini iniquitatē: q̄m exaudiuit dn̄s vocē fletus mei Exaudiuit dn̄s deprecationē meā: dn̄s orationem meā ſuſcepit. Erubeſcāt ⁊ cōturbentur vehemēter oēs inimici mei: ꝯuertantur et erubeſcant valde velociter. Gloria pr̄i. Sicut. ps. xxxi.

Beati quoꝝ remiſſe ſūt iniquitates: et quoꝝ tecta ſūt pctā. Beatꝰ vir cui non iputauit dn̄s pctm̄: nec eſt in ſpiritu eiꝰ dolus. Q̄m tacui inueterauerūt oſſa mea: dū clamarē tota die. Q̄m die ac nocte grauata eſt ſuper me manꝰ tua: ꝯuerſus ſum in erūna mea dū ꝯfigit̄ ſpina. Delictū meū cognitū tibi feci: ⁊ iniuſticiā meā non abſcondi. Dixi cōfitebor aduerſū me iniuſticiā meā dn̄o: et tu remiſiſti impietatē pcti mei. Pro hac orabit ad te oīs ſāctus: in tēpore oportuno. Veruntamē in diluuio aquarū multaꝝ: ad eū non approximabunt. Tu es refugiū meū a tribulatione q̄ circumdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me. Intellectū tibi da ho et inſtruā te ī via hac qua gradierꝭ: firmabo ſup te oc̄los meos Nolite fieri ſicut equꝰ et mulus: quibꝰ nō eſt itellectꝰ. In chamo et freno maxillas eoꝝ cōſtringe: q̄ nō approximāt ad te. Multa flagella pctōꝛis: ſperātē aūt in dn̄o mīa circūdabit. Letamī in dn̄o ⁊ exultate iuſti: et gl'iamini omnes recti corde. Gl'a. ps. xxxvij

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ ī ira tua corripias me. Qm̄ ſagitte tue infixe ſūt michi: ⁊ cōfirmaſti ſup me manū tuā Nō eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: nō eſt pax oſſibꝰ meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Qm̄ iniq̄tates mee ſupgreſſe ſunt caput meū: et ſicut onꝰ graue grauate ſunt ſup me. Putruerūt et corrupte ſūt cicatrices mee: a facie īſipiētie mee Miſer factus ſū ⁊ curuatꝰ ſū vſq̄ in finē: tota die ꝯtriſtatꝰ ingrediebar. Qm̄ lūbi mei īpleti ſunt illuſionibꝰ: et nō eſt ſanitas in carne mea Afflictꝰ ſum et hūiliatuſ ſum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dn̄e ante te om̄e deſideriū meū: ⁊ gemitus meꝰ a te nō ē abſconditus. Cor meū ꝯturbatū eſt dereliq̄t me virtus mea ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ: et ipſū nō eſt mecū Amici mei ⁊ pximi mei: aduerſū me appropiquauerūt et ſteterunt Et q̄ iuxta me erāt delōge ſteterūt: et vim faciebāt qui q̄rebant aīaꝫ meā. Et qui inq̄rebant mala michi locuti ſūt vanitates: et dolos tota die meditabanē Ego aūt tā q̄ ſurdus nō audiebā: et ſicut mutus nō aperiēs os ſuū. Et factus ſum ſicut hō nō audiēs: et nō hn̄s in ore ſuo redargutiōes. Qm̄ in te dn̄e ſpaui: tu exaudies me dn̄e deus meus. Qꝛ dixi neq̄n ſupergaudeant michi inimici mei: ⁊ dū cōmouenē pedes mei ſup me mag̃ locuti ſūt Qm̄ ego in flagella paratus ſum: et dolor meus in ꝯſpectu meo ſemp. Qm̄ iniq̄tatē meā annūciabo: et cogitabo pro pctō meo. Inimici aūt mei viuunt et cōfirmati ſunt ſup me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebāt michi: q̄m ſeq̄bar bonitatē. Ne dereliquas me dn̄e deus meus: ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoriū meū: dn̄e deꝰ ſalutis mee. Gloria patri. ps. l.

Miſerere mei deus: ſecundū magnā mīam tuā Et ſcd̄m multitudinē miſerationū tuarū: dele iniq̄tatē meā. Amplꝰ laua me ab iniq̄tate mea: et a pctō meo mūda me. Qm̄ iniq̄tatē meā ego cognoſco: et pctm̄ meū cōtra me ē ſemp. Tibi ſoli peccaui et maluꝫ corā te feci: vt iuſtificerꝭ in ſermonibus tuis et vincas cū iudicaris Ecce enī in iniq̄tatibus cōceptuſ ſum: ⁊ in pctīs concepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapiētie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dn̄e yſopo et mūdabor: lauabis me et ſuper niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et leticiā: ⁊ exultabūt oſſa hūiliata Auerte faciem tuā a pctīs meis: et oēs iniq̄tates meas dele. Cor mūdū crea in me deus: ſpm̄ rectū inoua in viſceribus meis Ne proiicias me a facie tua: et ſpm̄ ſanctū tuū ne auferas a me. Redde michi leticiaꝫ ſalutaris tui: et ſpū pricipali ꝯfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et ipſi ad te ꝯuertenē. Libera me de ſanguibus deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiā tuā. Domine labia mea aperies: et os meū annūciabit laudem tuā. Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſē: vtiq̧ olocauſtis nō delectaberis. Sacrificiū deo ſpiritꝰ cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deus non deſpicies. Benigne fac dn̄e in bona volūtate tua ſyō: vt edificent̄ muri hierlm. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſticie oblationes et olocauſta: tunc imponēt ſuꝑ altare tuū vitulos. Gla. ps. ci

Domine exaudi orōnē meā: et clamor meꝰ ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacūq̧ die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūq̧ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt ſicut fumꝰ dies mei: et oſſa mea ſicut cremiū aruerunt. Percuſſus ſum vt fenū et aruit cor meū: q2 oblitus ſū comedere panē meū. A voce gemitus mei: adheſit os meū carni mee. Similis factus ſū pellicano ſolitudinis: factꝰ ſum ſicut nicticorax in domicilio. Vigilaui et factꝰ ſum ſicut paſſer: ſolitariꝰ i tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduerſum me iurabant. Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: et potū meū cū fletu miſcebā. A facie ire indignatiōis tue: q2 eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerūt: et ego ſicut fenū arui. Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes: et memoriale tuum in generatiōe et generationē. Tu exurgēs dn̄e miſereberis ſyon: q2 tēpus miſerendi eius q2 venit tēpus. Quoniā placuerūt ſeruis tuis lapides eius: et terre eius miſerebunt̄. Et timebunt gentes nomen tuū dn̄e: et omēs reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dn̄s ſyon: et videbit̄ in gl'ia ſua. Reſpexit in orōnē humiliū: et non ſpreuit precē eoꝝ. Scribant̄ hec in generatione altera: et pplꝰ qui creabitur laudabit dn̄m. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit. Vt audiret gemitus cōpeditoꝝ: vt ſolueret filios interemptoꝝ. Vt annūcient in ſyon nomen dn̄i: et laudē eius in hierlm. In cōueniēdo populos in vnū: et reges vt ſeruiāt dn̄o. Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatē dierū meoꝝ nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ: in generatione et generationē anni tui. Initio tu dn̄e terrā fundaſti: et opa manuū tuarū ſunt celi. Ipſi peribūt tu aūt permanes: et oēs ſicut veſtimētū veteraſcent. Et ſicut opertoriū mutabis eos et mutabunt̄: tu aūt idē ipſe es/et anni tui non deficient. Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: et ſemen eoꝝ in ſeculū dirigēt. Gla.

De profundis cla- ps. cxxix. maui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Fiant aures tue intēdentes: in vocē deprecatiōis mee. Si iniq̄tates obſeruaueris dn̄e: dn̄e quis ſuſtinebit? Quia apud te propiciatio eſt: et propter legem tuā ſuſtinui te dn̄e. Suſtinuit aīa mea in verbo eiꝰ: ſperauit aīa mea in dn̄o. A cuſtodia matutina vſq̧ ad noctē: ſperet iſrael in domīo. Quia apud dn̄m mīa: et copioſa apud eum redēptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omibus iniquitatibus eius. Gloria patri. ps. cxlij.

Domine exaudi orōnē meā auribus percipe obſecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et non intres in iudiciū cum ſeruo tuo: q2 non iu-

Iuſtificabitur in cõſpectu tuo omīs viuens. Quia perſecutus eſt inimicus aīam meā: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me ī obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpirit⁹ meus/ in me turbatū eſt cor meū. Memor fui dierꝫ antiquorꝫ meditatus ſū in oībus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpūs meus. Non auertas faciē tuā a me: et ſimilis ero deſcēdentibus in lacum. Auditā fac michi mane miſericordiā tuā: quia in te ſperaui. Notā fac michi viam in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui aīam. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõfugi doce me facere voluntatē tuā/ quia deus meus es tu. Spūs tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: et in mīa tua diſperdes oīs inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulant animā meā: quoniā ego ſeruus tuus ſum. Gloria patri et filio. Sicut erat. ant. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum noſtrorꝫ: neqꝫ vindictam ſumas de peccatis noſtris. Kyrie eleyſon. Xp̄e eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et hec oīa ſine nota dicunt tam a ſacerdote q̄ a choro: puero interim tenēte verillū ciliciū prope ſiniſtrū cornu altaris. Deinde erigat ſe ſacerdos cū dyacono et ſubdyacono: et ſolus dicat ſuper populū cõuerſus ad orientē/ coram dextro cornu altaris hoc modo. Et ne nos inducas in tētationē. Chorus reſpōdeat. Sed libera nos. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. Deus meus ſperantes in te. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Conuertere dñe vſqꝫquo. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter. Et propter gl'iam noīs tui dñe libera nos/ et propicius eſto pctīs noſtris propter nomen tuū. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor me⁹. Dñs vobiſcū. Et cum ſpi. Oremus. Orō.

Exaudi q̄s dñe preces nr̄as/ et cõfitentiū tibi parce peccatis: vt quos cõſciētie reatus accuſat: indulgētia tue miſeratiōis abſoluat. Per xp̄m. ℟ Amen. Et oēs orōnes dicūt cū Oremus. et finiant more lectionis. Nō dr̄ Dominus vobiſcū. niſi ante p̄mā orōnē tm̄. Alia oratio cum Oremus.

Adſit q̄s dñe famulis tuis inſpiratio grē ſalutaris: q̄ corda eorū fletuū vbertate reſoluat/ ſicqꝫ macerādo cõficiat: vt iracūdie tue motus ydonea ſatiſfactione cõpeſcat. Per xp̄m. Ore⁹. Orō.

Da q̄s dñe de⁹ noſter his famulis tuis cõtinuā purgationis ſue obſeruantiā penitēdo gerere: et vt hoc efficatius implere valeant: gratia eos tue viſitationis preueniat et ſubſequatur. Per chriſtum. Oremus. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos q̄ſumus dñe miſericordia tua: vt oēs iniquitates eorū celeri indulgentia deleātur. Per chriſtum dominū. Oremus. Orō.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: nec ſit ab his famulis tuis clementie tue longīqua miſeratio: ſana vulnera/ eorūqꝫ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus ſeparati/ tibi domino ſemper valeant adherere. Per chriſtum do. Oremus. Orō.

Domine deus noſter/q̄ offenſione noſtra nō vinceris/ſʒ ſatiſfactione placaris/reſpice q̄s ſuper famulos tuos q̄ ſe tibi grauiter peccaſſe confitenẗ.tuū eſt ei abſolutionē criminū dare/ꝫ veniam preſtare peccantib⁹ qui dixiſti penitētiā te malle peccatoꝝ q̄ mortē.cōcede ergo dn̄e his famulis tuis: vt tibi penitētie excubias celebrent/et correctis actib⁹ ſuis/cōferri ſibi a te ſēpiterna gaudia gratulenẗ. Per xp̄m. Oremꝰ.

Deus cuius indulgētia oīs hō indiget: memēto famulorū famularūq; tuarū: ꝫ q̄ lubrica terrenaq; corporis fragilitate nudati virtute in multis deliquerunt: q̄s vt veniā cōfitētibus parcas ſupplicibus: vt qui ſuis meritis accuſanẗ/tua miſeratione ſaluentur. Per xp̄m. Dicto nō dr̄ Dn̄s vobiſcū. nec Oremꝰ. ſed vertat ſe ſacerdos ad populū ꝫ extendēs manū dicat ſuper eos ſine nota: ſed in audientia hoc modo

Abſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝝ principis cui collata eſt a dn̄o poteſtas ligādi atq; ſoluendi: et q̄tum ad vos pertinet accuſatio et ad nos remiſſio: ſit vobis omnip̄s deus vita et ſal⁹ et oīm pctōꝝ veſtroꝝ pius indultor. Qui viuit ꝫ regnat cū deo prē. Deinde ſurgāt oēs a p̄ſtratione oſculantes terrā vel formulas: ſacerdote dicēte Qui viuit et regñ. eẗ. Deīde fiat bn̄dictio cineꝝ ſine Dn̄s vobiſcum. et ſine Oremus. a ſacerdote ad orientem cōuerſo.

Omnip̄s ſempiterne deus q̄ miſereris oīm/et nichil odiſti eoꝝ que feciſti/diſſimulans pctā hominū propter penitentiā/qui etiā ſubuenis in neceſſitate laborantibus bene✠dicere ꝫ ſancti✠ficare hos cineres dignare: quos cauſa hūilitatis et ſancte religionis ad emūdanda delicta noſtra/ſup̄ capita noſtra more niniuitarū ferre contuliſti: et da per inuocationē ſancti tui nois: vt omēs qui eos ad deprecandā miam tuā ſup̄ capita ſua tulerint/a te mereanẗ oīm delictoꝝ ſuoꝝ veniā accipere et hodie ſic eoꝝ inchoare ſācta ieiunia/vt in die reſurrectionis purificatis mentibus ad ſanctū mereantur accedere paſcha/et in futuro perpetuā accipere gloriā. P dn̄m. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper cineres. Deinde dicitur Dn̄s vobiſcū. et Oremus. Oro.

Deus qui non mortē ſed penitentiā deſideras pctōrum fragilitatē conditionis humane benigniſſime reſpice: et hos cineres quos cauſa preferēde humilitatis atq; p̄merēde venie capitib⁹ noſtris īponi decreuimus bene✠dicere et ſancti✠ficare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres eſſe monuiſti: et ob prauitatis noſtre meritū in puluerē reuerſuros cognoſcimus/pctōꝝ oīm veniā et premia penitentibus repromiſſa miſericorditer ꝯſequi mereamur. Per. Poſtea diſtribuanẗ cineres ſuper capita clericorū et laicorū a dignioribus pſonis: ſigno crucis cineribus ſignent ſic dicendo.

Memēto homo quia cinis es: et in cinerē reuerteris. In noīe prīs et filij et ſp̄uſſancti. Amen. Et interi cantent ſequētes āa. Exaudi nos dn̄e q̄m benigna eſt mia tua ſecundum multitudinē miſerationū tuaꝝ reſpice nos dn̄e. ps. Saluū me fac deus: q̄m intrauerūt aque vſq; ad animā meā. Non dr̄ niſi primꝰ vſ⁹ p̄i ſed ſtati ſequať Gl'a patri. Deinde repetať ā. Exaudi. Alia ā. Juxta veſtibulū et altare plorabant ſacerdotes et leuite miniſtri dñi dicentes. parce dñe parce populo tuo: et ne diſſipes ora clamantium ad te dñe. Alia ā. Immutemur habitu in cinere ⁊ cilicio: ieiunem⁹ et ploremus ante dñm: qꝛ multū miſericors eſt dimittere pctā noſtra deus noſter. Peracto hoc officio dicat ſacerdos ad gradum chori. Dominus vobiſcum. et Oremus. Oro

DEus qui iuſte iraſceris / et clementer ignoſcis: afflicti populi tui lachrymas ſuſcipe / et iram tue indignationis quā iuſte meretur propiciatus auerte. Per xp̄m. Alia oratio cum Oremus.

COncede nobis q̄s dñe preſidia militie xp̄iane ſic ſanctꝭ inchoare ieiunijs: vt cōtra ſpūales nequicias pugnaturi / continentie muniamur auxilijs. Per.

¶ Eiectis penitentib⁹ vt patet officium in proceſſionalibus / incipiatur miſſa hoc modo. Officium.

MIſereris omium dñe et nichil odiſti eoꝝ que feciſti diſſimulans pctā hoim ꝓpter penitentiā et parcens illis: qꝛ tu es dñs de⁹ noſter. Ps. Miſerere mei deus miſerere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Non repetať offm̄ / ſed ſtatim ſequať Gl'a pr̄i. Dicto Kyrie el'. ſacerđ. dicat Dñs vobiſcū. et Orem⁹. Et poſtea dicat dyacon⁹ Flectamus genua. Et ſic oēs genu flectent: deinde dyacono dicēte ſic Leuate ſurgant oēs oſculantes formulas. Oratio

PReſta q̄s dñe fidelibus tuis: vt ieiunioꝝ veneranda ſolēnia ⁊ cōgrua pietate ſuſcipiāt et ſecura deuotiōe percurrāt. P d. Ab hac die vſq₃ ad cenā dñi / in omnibus miſſis de ieiunio: fiat memoria pro penitentib⁹ cū hac oꝛone Exaudi q̄s dñe ſuppl'. vt patet in fine libri. Hac die et trib⁹ diebus ſequētib⁹ quinq₃ dñr oꝛones ſicut in p̄ma dñica aduētus dñi ſupra dictū eſt. ¶ Lectō iohelis pph̄e.

HEc dicit dñs Conuertimini ad me in toto corde vr̄o: ĩ ieiunio et fletu ⁊ planctu: et ſcindite corda veſtra et nō veſtimēta vr̄a. Et ꝯuertimini ad dñm deū vr̄m: qꝛ benign⁹ et miſericors eſt patiens et multe mie / ⁊ preſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi cōuertať et ignoſcat de⁹ / ⁊ relinquat poſt ſe bñdictionē? Sacrificiū et libamē dño deo noſtro. Canite tuba ĩ ſyon: ſāctificate ieiuniū / vocate cetum / ꝯgregate pplm / ſctificate eccleſiā. Coadunate ſenes: congregate paruulos / et ſugētes vbera. Egrediať ſponſus de cubili ſuo: et ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulū ⁊ altare plorabūt ſacerdotes miniſtri dñi: et dicēt. Parce dñe parce pplo tuo: et ne des hereditatē tuā in opprobriū / vt dñentur eis nationes. Quare dicūt in populis vbi eſt deus eoꝝ? Zelatus eſt dñs terrā ſuā: et pepcit pplo ſuo. Et reſpōdit dñs: ⁊ dixit populo ſuo Ecce ego mittā vobis frumentū et vinū ⁊ oleū: et replebimini in eis. et nō dabo vos vltra opprobriū in gentibus Dicit dñs omps. Gr. Miſerere mei deus miſerere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. V. Miſit de celo et liberauit me: dedit ĩ opprobriū conculcantes me. Chorus alternatim dicat. Tractus.

DOmine nō ſecundū peccata noſtra que fecimus nos: neq₃ ſcđm iniq̄tates noſtras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquaꝝ cito anticipẽt nos miſẽtue qꝛ pauperes facti ſum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dr̃ V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos/ et ꝓpici⁹ eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen tuum. Iſte tract⁹ dr̃ omni ſcda feria et vi. feria: ad miſſã de ieiunio vſq3 ad cenã dñi. ¶ Scdm matheum.

IN illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enĩ facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperũt mercedē ſuã. Tu aũt cũ ieiunas: vnge caput tuũ et faciē tuã laua/ ne videaris hoĩbus ieiunãs/ ſed patri tuo qui eſt in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcondito: reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo et tinea demolit'/ et vbi fures effodiunt et furãtur. Theſaurizate aũt vobꝫ theſauros in celo: vbi neq3 erugo neq3 tinea demolit'/ et vbi fures non effodiũt neq3 furãtur. Vbi enĩ eſt theſaurus tuus: ibi eſt et coꝛ tuũ. Offer. Exaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me/ dñe clamaui ad te et ſanaſti me. V. Dñe abſtraxiſti ab inferis animã meã: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum. Secreta.

HAc nos dñe q̃s his muneribus offerendis cõuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ieiunij celebramus exoꝛdiũ. Per dñm. Prefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio Hec pfatio dr̃ in oĩ miſſa de ieiunio vſq3 ad cenã dñi. et Flectam⁹ genua. Leuate. et Humiliate capita veſtra deo. Cõio. Qui meditabit' in lege dñi die ac nocte: dabit fructum ſuum in tempoꝛe ſuo. Poſtcõmunio.

PErcepta nobis dñe prebeant ſacramẽta ſubſidiũ: vt et tibi grata ſint noſtra ieiunia: et nobis ꝓficiant ad medelã. Per dñm. Finitis poſtcõionibus preter illã que dicet' ſuper pplm̃ ſic. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. R. Amen. Dicat ſacerdos. Oꝛem⁹. Deinde dicat dyaconus. Humiliate capita veſtra deo. Super populum. Oꝛatio.

INclinãtes ſe dñe maieſtati tue ꝓpiciatus intende: vt q̃ diuino munere ſunt refecti celeſtibus ſẽper nutriãtur auxilijs. Per. Et ſic miſſa cũ Benedicam⁹ dño finiat'. ¶ Fer. v. Ad miſſã Officiũ.

DUm clamarē ad dominum exaudiuit vocem meã ab his qui appꝛopinquãt michi/ et humiliauit eos qui eſt ante ſecula et manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño et ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus oꝛationē meã et ne deſpexeris depꝛecationē meã: intende michi et exaudi me. Gła pa. Flectam⁹. Oꝛo

DEus qui culpa offenderis penitẽtia placaris: preces populi tui ſupplicantis ꝓpicius reſpice: et flagella tue iracundie q̃ pro peccatis noſtris meremur/ ꝓpiciatus auerte. Per dominũ. Lectio yſaie prophete. xxxviij. c.

IN dieb⁹ illis Egrotauit ezechias vſq3 ad moꝛtē: et introiuit ad eũ yſaias filius amos propheta/ et dixit ei. Hec dicit dñs. Diſpone domui tue: qꝛ moꝛieris tu et nõ viues. Et cõuertit ezechias faciē ſuã ad parietē: et oꝛauit ad dñm/ et dixit. Obſecro dñe memento queſo quõ ambulauerim coram te in veritate et in coꝛde perfecto: et quod bonũ eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fle tu magno. Et factū eſt verbū dñi ad yſaiā prophetā dicens. Vade et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui Audiui oꝛonem tuā: et vidi lachꝛymas tuas Ecce ego adijciā ſup dies tuos quīdecī annos: et de manu regis aſſirioꝝ eruā te/ et ciuitatē iſtā/ et ꝓtegā eā dicit dñs omīps. Gꝛ. Iacta cogitatū tuū in dño et ipſe te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā ab his qui appꝛopinquāt michi Repetat̄ gꝛ. Sc̄dm matheū. viij

In illo tēpoꝛe: Cū introiſſet ieſus capharnaū: acceſſit ad eū centurio rogans eū et dicens. Dñe/ puer meꝰ iacet in domo paraliticus: et male toꝛquet̄. Et ait illi ieſus. Ego veniā: ⁊ curabo eū Et reſpondēs centurio: ait. Dñe nō ſum dignꝰ vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic verbo/ et ſanabitur puer meꝰ. Nā et ego hō ſū ſub poteſtate cōſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alio veni: et venit Et ſeruo meo fac hoc: et facit. Audiens autē ieſus miratus eſt: et ſequētibus ſe dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidē in iſrael Dico aūt vobis ꝙ multi ab oriēte et occidente venient: et recūbēt cū abꝛahā et yſaac et iacob in regno celoꝝ. Filij aūt regni: eijcientur ī tenebꝛas exterioꝛes. ibi erit fletus et ſtridoꝛ dentiū. Et dixit ieſus cēturioni. Vade/ et ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanatꝰ eſt puer: in illa hoꝛa. Offer. Ad te dñe leuaui aīam meā deus meus in te cōfido non erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei etenī vniuerſi qui te expectāt non cōfundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus ſalutaꝛ meus et te ſuſtinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera que dediſti: vt et creationis tue circa moꝛtalitatē noſtrā teſtificent̄ auxiliū: et remediū nobis ī moꝛtalitatis operentur. Per dominū. Cōio. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta ſuper altare tuum domine. Poſtcōmunio.

Concede fidelibus tuis domine ꝗs et ſine ceſſatiōe capere paſchalia ſacramenta: et deſideranter expectare ventura: vt in myſterijs quibus renouati ſūt permanētes: ad nouā vitam his operibus perducant̄. Per dñm. Super populū. Oꝛemus. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

Parce dñe parce populo tuo vt dignis flagellationibus caſtigatus: in tua miſeratione reſpiret. Per dominū. ¶ Feria ſexta in capite ieiunij. Officium.

Audiuit dominus et miſertus eſt michi: dominus factus eſt adiutoꝛ meus. Ps. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Gloꝛia patri et filio. ⁊cetera. Oꝛemus. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

Inchoata ieiunia queſumꝰ domine benigno fauoꝛe ꝓſequere: vt obſeruantiam quam coꝛpoꝛaliter exhibemus/ mentibus etiam ſinceris exercere valeamus. Per dominū noſtrum ieſū chꝛiſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpi. ⁊c.

Lectio yſaie pꝛophete. lviij. cap.

Hec dicit dñs deus. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocē tuā. Et ānūcia populo meo ſcelera eoꝝ: et domui iacob pctā eoꝝ. Me etenī de die in diē q̄rūt: et ſcire vias meas volūt: quaſi gēs que iuſticiã fecerit/et que iudiciũ dei ſui nõ dereliq̃rit. Rogant me iudicia iuſticie: et appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus ⁊ nõ aſpexiſti: humiliauim⁹ aĩas noſtras et neſciſti? Ecce ĩ die ieiunij veſtri/inueniť volũtas veſtra: et oẽs debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites et cõtentiones ieiunatis: et pcutitis pugno ipie. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hanc diẽ: vt audiať in excelſo clamor veſter Nunq̃d tale eſt ieiuniũ qđ elegi: per diẽ affligere hoĩem aĩam ſuã? Nunq̃d cõtorquere quaſi circulũ caput ſuũ: et ſaccũ ⁊ cinerẽ ſternere? Nũquid iſtud vocaui ieiuniũ: et diẽ acceptabilẽ dño? Nõne hoc eſt magꝫ ieiuniũ qđ elegi? Diſſolue colligatiões ipietatis: ſolue faſciculos depmentes/dimitte eos qui cõfracti ſunt liberos/et omne onus diſrũpe. Frange eſurienti panẽ tuũ: et egenos vagoſq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudum operi eũ: ⁊ carnẽ tuã ne deſpexerꝫ. Tũc erũpet quaſi mane lumẽ tuum: et ſanitas tua citi⁹ orietur/⁊ anteibit faciẽ tuã iuſticia tua/et glia dñi colliget te. Tũc inuocabꝫ: et dñs exaudiet. Clamabis: et dicet ecce adſum. Qȝ miſericors ſũ: dñs deus tuus. Gr. Unã petij a domino hãc requirã: vt inhabitẽ in domo dñi. ℣. Ut videã voluntatẽ dñi: ⁊ protegar a templo ſancto eius. Tractus.

Domine nõ ſcđm peccata noſtra que fecim⁹ nos neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ/cito anticipent nos miſericordie tue/qȝ pauperes facti ſum⁹ nimis. Hic non fiat genuflexio cũ dicit ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos/et propicius eſto pctĩs noſtris propter nomen tuũ. S. mathei. v. c

In illo tẽpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis quia dictũ eſt. Diliges proximũ tuũ: ⁊ odio habebis inimicũ tuum. Ego aũt dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderũt vos/et orate pro perſequẽtibus ⁊ calũniantib⁹ vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt. Qui ſolem ſuũ oriri facit ſup bonos et malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Si eni diligitis eos qui vos diligũt/quã mercedẽ habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres vr̃os tantum/quid amplius facitis? Nonne et ethnici/hoc faciunt? Eſtote ergo et vos perfecti: ſicut et pater veſter celeſtis pfectus eſt. Attẽdite ne iuſticiã veſtrã faciatꝫ corã hoibus: vt videamini ab eiſ. Alioquin mercedẽ nõ habebitis: apud patrẽ veſtrũ qui in celis eſt. Cũ facis ergo elemoſinã: noli tuba canere ante te: ſicut hypocrite faciũt in ſynagogis ⁊ in vicis: vt honorificenť ab hoibus. Amen dico vobis: receperũt mercedẽ ſuã. Te aũt faciente elemoſinã: neſciat ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua: vt ſit elemoſina tua in abſcõdito/et pater tu⁹ q̃ videt in abſcõdito reddet tibi. Et cũ oratis: nõ eritꝫ ſicut hypocrite qui amãt in ſynagogis et in angulis plateaꝝ ſtantes orare: vt videanť ab hoibus. Amen dico vobis: receperũt mercedẽ ſuã. Tu aũt cũ oraueris intra in cubiculũ tuum: et clauſo oſtio ora patrẽ tuũ in abſcõdito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcondito/reddet tibi. Offertor. Dñe viuifica me ſecundũ eloquiũ tuum vt ſciam teſtimonia tua. ℣. Fac cū ſeruo tuo domine ſcḋm magnā mīam tuā et ne auferas de oꝛe meo verbū veritatis. Secr.

Sacrificiū dn̄e obſeruātie quadrageſimalis offerimꝰ / preſta q̄s: vt et tibi mentes noſtras reddat acceptas: et cōtinētie pꝛōptioꝛis nobis tribuat facultatē. Per do. Cōio. Seruite dn̄o in timore et exultate ei cū tremoꝛe: appꝛehēdite diſciplinā ne pereatis de via iuſta.

Tribue nobis q̄s oīps Pꝰcō deꝰ vt dona celeſtia que debito frequētamus obſeq̄o: ſalutaria nobis iugiter ſentiamus. Per dominū. Sup populū. Oremꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Or.

Tuere dn̄e populū tuum / et ab omībus pc̄tis clemēter emūda: q2 nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dn̄etur iniq̄tas. Per do.

⁋ Sabbato: Ad miſſam Officiū.

Audiuit dn̄s et miſertꝰ eſt michi: dn̄s factus ē adiutoꝛ meus. Ps. Exaltabo te dn̄e q̄m ſuſcepiſti meꝰ: nec delectaſti inimicos meos ſuꝑ me. Gła. Oremꝰ Flecta. ge. Le. Or.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris et ꝯcede: vt hoc ſolēne ieiuniū qḋ aīabꝫ coꝛporibuſqꝫ curandis ſalubꝛiter inſtitutum eſt: deuoto ſeruitio celebremus. Per. Lectō yſaie ꝓphe. lviij.

Hec dicit dn̄s: Si abſtuleris de medio tui cathenā: et deſieris digitū extendere / et loqui qḋ non ꝓdeſt. Cū effuderis eſurienti aīam tuā: et aīam afflictā repleueris / oꝛief in tenebꝛis lux tua et tenebꝛe tue erunt ſicut meridies. Et requiē dabit tibi dn̄s deus tuus ſemꝑ: et iplebit ſplendoꝛibꝰ aīam tuam / et oſſa tua liberabit. Et eris quaſi oꝛtus irriguus: et ſicut fons aquarū cuiꝰ non deficient aque. Et edificabunē in te deſerta ſeculoꝝ: fūdamēta generationis et gn̄ationis. Et vocaberis edificatoꝛ ſepiū: auertēs ſemitas iniquitatū. Si auerteris a ſabbato pedē tuū facere volūtatē tuā in die ſancto meo: et vocaberꝭ ſabbatū delicatū et ſanctū dn̄i gloꝛioſum. et glificaueris eum dū nō facis vias tuas / et nō iuenief voluntas tua vt loquaris ſmonē tuū delectaberis ſuꝑ dn̄o et ſuſtollā te ſuꝑ altitudinē terre / et cibabo te hereditate iacob pꝛ̄is tui. Os ei dn̄i locutū eſt hec: ait dn̄s oīps.

Gr. Unā petij a dn̄o hanc requiram: vt inhabitē in domo dn̄i. ℣. Ut videā voluntatē domini: et pꝛotegar a templo ſancto eius. Scḋm marcū. vi. c.

In illo tp̄e: Cū ſero eſſet factū: erat nauis in medio maris / et ieſus ſolus in terra. Et vidit eos laboꝛātes in remigando: erat eni ventꝰ cōtrariꝰ eis. Et circa quartā vigiliā noctis: venit ad eos ambulās ſupꝛa mare / et volebat preterire eos. At illi vt viderūt eū ſupꝛa mare ambulantē: putauerunt fantaſma eſſe / et exclamauerūt. Oēs eni eū viderūt: et conturbati ſunt. Et ſtati locutus eſt cū eis: et dixit illis. Cōfidite: ego ſum: nolite timere. Et aſcēdit ad illos in naui / et ceſſauit vētus: et plus magis intra ſe ſtupebāt. Nō eni intellexerūt de panibus: erat eni coꝛ illoꝝ obcecatū. Et cū trāſfretaſſent: ꝑuenerūt in terrā genezareth / et applicuerūt. Cumqꝫ egreſſi eſſent de naui: cōtinuo cognouerūt eū. Et percurrētes vniuerſā regionē illā: ceperūt in grabatis eos q̄ ſe male habebant circūferre vbi audiebant eū eſſe. Et quocūq; introibant in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebāt infirmos/ et deprecabantur eum vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent Et quotquot tangebāt eū: ſalui fiebant. Offer. Dñe viuifica me ſecundū eloquiū tuū vt ſciā teſtimonia tua. ℣. Da michi intellectū vt diſcā mandata tua: ⁊ voluntatis opis mei fac michi in bñplacito dñe

Secret. PReparanos dñe q̄s huius votiuis abſtinētie officijs: vt hec ſacrificia veneranda: ſobrijs ſemp mētibus celebremus. Per do. Cōio. Seruite dño in timore et exultate ei cū tremore: apprehendite diſciplinā / ne pereatis de via iuſta. Poſtcō. CEleſtis vite munere vegetati q̄s dñe deus noſter· vt quod eſt nobis i preſenti vita myſteriū/ fiat eternitatis auxiliū. Per do. Sup populū Humiliate capita veſtra deo. Or. HAc nos q̄s dñe ſalutꝫ noſtre cauſas: et deuotis ſemper frequētare ſeruitys: et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dominū. ¶ Dñica p̄ma quadrageſime. Ad miſſam. Officium.

INuocauit me ⁊ ego exaudiam eum eripiā eū ⁊ glorificabo eū: longitudine dierꝫ adimplebo eū. Ps. Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei celi cōmorabitur. Or. DEus qui eccleſiā tuā ānua quadrageſimali obſeruatione purificas: p̄ſta familie tue: vt quod a te obtinere abſtinēdo nititur: hoc bonis operibus exequatur. P. Ad corinthios. ij. vi. c. FRatres. Hortamur vos ne in vacuū gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tēpore accepto exaudiui te: et in die ſalutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies ſalutis. Nemini dātes vllam offenſionē: vt non vituperetur miniſteriū noſtrū. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos: ſicut dei miniſtros In multa patientia: in tribulationibus/ in neceſſitatibꝫ/ ī anguſtijs/ in plagis/ in carceribꝫ/ ī ſeditionibus/ in laboribus/ in vigilijs/ ī ieiunijs/ in caſtitate/ in ſcientia/ in lōganimitate/ ī ſuauitate/ in ſpū ſancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis / in virtute dei. Per arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris. Per gloriā: et ignobilitatē. per infamiam ⁊ bonā famā Ut ſeductores: et veraces. Sicut qui ignoti: ⁊ cogniti. Quaſi morientes: et ecce viuimus. Ut caſtigati: et nō mortificati. Quaſi triſtes: ſemp aūt gaudentes. Sicut egentes: multos aūt locupletantes. Tanq̄ nichil habētes: et oīa poſſidentes. Gr. Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuū. Tr. QUi habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi cōmorabitur. ℣. Dicet dño ſuſceptor meus es tu: et refugiū meū deus meus ſperabo in eum. ℣. Qm̄ ipſe liberauit me de laqueo venantiū: et a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obūbrabit tibi: et ſub pēnis ei⁹ ſperabis. ℣. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. ℣. A ſagitta volante per diem a negocio perambulante in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis: tibi autē non appropinquabit ℣. Quoniā angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in oībus vijs tuis.

℣. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidem pedẽ tuum. ℣. Super aſpidem et baſiliſcũ ambulabis: et conculcabis leonẽ et draconem ℣. Quoniã in me ſperauit liberabo eũ protegã eum quoniã cognouit nomen meũ. ℣. Inuocauit me et ego exaudiã eum: cum ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiã eum et glorificabo eum. longitudine dierũ adimplebo eũ: et oſtendã illi ſalutare meũ. Scdm mathe iiij.

In illo tẽpore: Ductus eſt ieſus in deſertũ a ſpũ: vt tentaretur a dyabolo. Et cũ ieiunaſſet quadragĩta diebus et quadraginta noctib⁹: poſtea eſuriit. Et accedẽs tentator: dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides iſti pães fiãt. Qui reſpondẽs: dixit. Scriptũ ẽ. Non in ſolo pane viuit homo: ſ; in omĩ verbo quod ꝓcedit de ore dei. Tũc aſſumpſit eũ dyabolus ĩ ſanctã ciuitatẽ: ⁊ ſtatuit eũ ſupra pinaculũ templi/ et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorſũ. Scriptũ eſt enĩ/ qr angelis ſuis mandauit de te: et in manibus tollent te/ ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Ait illi ieſus rurſũ. Scriptum eſt. Non tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ aſſumpſit eũ dyabol⁹ in montẽ excelſũ valde: et oſtendit ei oĩa regna mundi/ et gloriã eorũ/ et dixit illi. Hec oĩa tibi dabo: ſi cadens adoraueris me Tũc dixit ei ieſ⁹. Vade ſathana. Scriptum eſt enĩ. Dñm deũ tuũ adorabis: et illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eũ dyabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerunt: et miniſtrabant ei. Offm. Scapulis ſuis obũbrabit tibi dñs: et ſub pennis eius ſperabis/ ſcuto circũdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiũ quadrageſimalis initij ſolẽniter imolamus te domine deprecantes: vt cũ epularum reſtrictione carnaliũ: a noxijs quoq; voluptatibus temperemur. Per do. Prefatio quotidiana. Coio. Scapulis ſuis obumbrabit tibi/ et ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circũdabit te veritas eius. Poſtcõio.

Tui nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: et a vetuſtate purgatos/ in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominũ. ¶ Feria ſecunda poſt Inuocauit. Ad miſ. Offm.

Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorũ ſuorum: ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrũ donec miſereatur noſtri/ miſerere nob; dñe miſerere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: qui hitas in celis. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Or.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: et vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat mentes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominũ noſtrũ.

¶ Ab hac die vſq; ad cenã domini in omĩ miſſa de ieiunio dicuntur ſeptẽ orationes ſicut in dñica prima aduentus domini ſupradictũ eſt. ¶ Lectio ezechielis prophete.

Hec dicit dñs deus: (xxxiiij. Ecce ego ipſe requirã oues meas: et viſitabo illas ſicut viſitat paſtor gregẽ ſuũ/ in die quãdo fuerit in medio ouiũ ſuarum diſſipatarum Sic viſitabo oues meas: et liberabo eas de omibus locis/ in quibus diſperſe fuerant in die nubis/ et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram ſuam: et paſcam eas in montibus iſrael/ in riuis et in cunctis ſedibus terre.

In pascuis vberrimis pascã eas: et in mõtibus excelsis israel erũt pascue eorꝫ. Ibi requiescẽt in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascent super montes israel. Et ego pascã oues meas: et ego eas accubare faciã / dicit dñs deus. Quod perierat requirã: ⁊ qđ abiectũ fuerat reducã / et quod cõfractũ fuerat alligabo / et quod infirmũ fuerat cõsolidabo: et qđ pingue et forte custodiã. Et pascã illas in iudicio ⁊ iusticia: dicit dñs oĩps. Gr. Protector noster aspice de⁹ ⁊ respice suꝑ seruos tuos. ℣ Dñe de⁹ virtutũ exaudi preces seruorꝫ tuorꝫ. Tr.

Domine nõ scd̃m peccata nostra que fecim⁹ nos neqꝫ secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣ Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ / cito anticipent nos misericordie tue / qꝛ pauperes facti sum⁹ nimis. Hic non fiat genuflexio cũ dicit ℣ Adiuua nos deus salutar̄ noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos / et ꝓpicius esto pctis nostris propter nomen tuũ. S. matheũ. xxv

In illo tẽpore Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit filius hoĩs in maiestate sua et oẽs angeli cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis sue. Et congregabũtur ante eũ oẽs gentes: et separabit eos ab inuicẽ / sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidẽ a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tũc dicet his q̃ a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ / a constitutione mũdi. Esuriui eni: ⁊ dedistis michi manducare. Sitiui: et dedist꞉ michi bibere. Hospes erã: et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: ⁊ visitastis me. In carcere erã: et venistis ad me. Tũc respondebũt ei iusti: dicentes. Dñe / quãdo vidim⁹ te esurientẽ et pauim⁹. sitientẽ / et dedimus tibi potũ? Quãdo autẽ te vidimus hospitẽ: et collegimus te? Aut nudũ et cooperuim⁹ te? Aut quãdo te vidim⁹ infirmũ / aut in carcere / et venimus ad te? Et respondẽs rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̃diu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis: michi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erũt. Discedite a me maledicti in ignem eternũ: qui paratus est dyabolo / et angelis eius. Esuriui eni: et nõ dedistis michi manducare. Sitiui: ⁊ nõ dedistis michi potũ. Hospes erã: et nõ collegistis me. Nudus: et nõ operuistis me. Infirmus et in carcere: ⁊ non visitastis me. Tũc respondebunt ei et ipsi: dicẽtes. Dñe quãdo te vidim⁹ esurientẽ / aut sitientẽ / aut hospitẽ / aut nudũ / aut infirmũ / vel in carcere: et nõ ministrauimus tibi? Tũc respondebit illis dicens. Amen dico vois q̃diu non fecist꞉ vni de minoribus his: nec michi fecistis. Et ibunt hi in suppliciũ eternũ: iusti autẽ in vitam eternã. Offer. Leuabo oculos meos ⁊ cõsiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iusticiã tuã: da michi intellectum vt discã mãdata tua. ℣. Legẽ pone michi dñe et viã iustificationũ tuarꝫ exquirã et in preceptis tuis exercebor. Secret.

Accepta tibi sit dñe q̃s nostre deuotõis oblatio: que et ieiuniũ nostrũ te operãte sanctificet: et indulgentiã nobis tue cõsolationis obtineat. Per dñm.

Cõio. Voce mea ad dñm clamaui ⁊ exaudiuit me de monte sancto suo: nõ timebo milia ꝑpli circũdãtis me. Post cõ.

rãt ei/ niſi ſignū ione pꝛophete. Sicut enĩ fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ita erit filius hoĩs in coꝛde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite ſurgẽt in iudicio cū generatione iſta: et condẽnabunt eã/ qꝛ penitentiã egerũt in pꝛedicatione ione. Et ecce plus ꝙ ionas hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cū generatiõe iſta et condẽnabit eã: qꝛ venit a finibus terre audire ſapientiã ſalomonis. Et ecce plus ꝙ ſalomõ hic. Cū aũt imundus ſpũs exierit ab hoĩe: ambulat per loca arida querens requiẽ et nõ inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domũ meã: vnde exiui. Et veniens inuenit eã vacantẽ: ſcopis mundatã et oꝛnatam. Tunc vadit/ ꝛ aſſumit ſeptẽ alios ſpũs ſecũ nequioꝛes ſe: et ĩtrantes habitãt ibi. Et fiunt nouiſſima hoĩs illius: peioꝛa pꝛioꝛibus. Sic erit et generationi huic peſſime. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce mater eius ꝛ fratres ſtabant foꝛis querẽtes loqui ei. Dixit aũt ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foꝛis ſtant: querentes te. At ipſe reſpondẽs: dicẽti ſibi ait. Que eſt mater mea: et qui ſunt fratres mei? Et extẽdẽs manũ in diſcipulos ſuos: dixit Ecce mater mea: ꝛ fratres mei. Quicũꝙ enĩ fecerit voluntatẽ pꝛis mei qui in celis eſt: ipſe meus frater/ et ſoꝛoꝛ et mater eſt. Offer. Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. ℣ Pars mea dñe dixi cuſtodire legẽ tuã: pꝛecatus ſũ vultũ tuum in toto coꝛde meo. Secreta.

Intende queſumus dñe ſacrificiũ ſingulare: vt huius participatione myſterij: que ſperanda credimus/ expectata ſumamus. Per dñm. Cõio. Intellige clamoꝛem meũ: intende voci oꝛatiõis mee rex meus et deus meus: quoniam ad te oꝛabo domine. Poſtcõio.

Da ꝗs oĩpotens deus: vt reatum noſtrũ munera ſacra purificent: et recte viuendi nobis operentur effectum. Per dominũ no. Sup pplm. Humil. ca. ve. deo. Oꝛ.

Mentes noſtras ꝗs domine lumine tue claritatis illuſtra: vt videre poſſimus que agẽda ſunt/ et que recta ſunt agere valeamus. Per dominũ noſtrum

¶ Fe. v. poſt Inuocauit. Offm.

Confeſſio et pulchritudo in conſpectu eius/ ſãctitas et magnificentia in ſanctificatione eius. Ps Cantate dño canticũ nouũ: cantate dño oĩs terra. Ore⁹. Fle. ge. Le. Oꝛ.

Omĩps ſempiterne deus: qui in obſeruatiõe ieiunij ꝛ eleemoſinarũ largitione noſtroꝝ poſuiſti remedia pctõꝝ: concede nos mente et coꝛpoꝛe ſemꝑ tibi eſſe deuotos. Per dñ. Lcõ ezechielis pꝛophete. xviij.

In dieb⁹ illis: Fact⁹ eſt ſermo dñi ad me dicens. Quid eſt ꝙ inter vos hãc parabolã vertitis in ꝓuerbiũ iſtud in ſra iſrael dicẽtes? Patres nrĩ comederũt vuã acerbã: et dẽtes filioꝝ obſtupeſcũt. Viuo ego dicit dñs deus: ſi erit vobis vltra parabola hec in pꝛouerbiũ in iſrael. Ecce oĩs aĩe mee ſunt. Ut aĩa patris: ita et aĩa filij mea eſt. Anima que peccauerit: ipſa moꝛietur. Et vir ſi fuerit iuſtus ꝛ fecerit iudiciũ et iuſticiã: in mõtib⁹ nõ comederit/ et oclos ſuos nõ leuauerit ad ydola dom⁹ iſrael/ et vxoꝛẽ

Sig e1 misbound before c8

proximi ſui non violauerit: et ad mulierẽ mẽſtruatã nõ acceſſerit / et hoīem nõ cõtriſtauerit / pignꝰ debitori reddiderit / ꝑ vim nichil rapuerit / panẽ ſuũ eſurienti dederit / et nudũ operuerit veſtimẽto / ad vſurã nõ cõmodauerit / et ãplius nõ acceperit / ab iniq̃tate auerterit manũ ſuã / iudiciũ verũ fecerit inter virũ et virũ / et in preceptis meis ãbulauerit / et iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatem: hic iuſtꝰ eſt ⁊ vita viuet / ait dñs deus. Quod ſi genuerit filiũ latronẽ effundentẽ ſanguinẽ: et fecerit vnũ de iſtis et hec oīa non facientẽ nunq̃d viuet? Non viuet. Cũ vniuerſa deteſtanda hec fecerit: morte moriet̃. Sanguis eius in ipſo erit. Q̃d ſi genuerit filiũ: qui vidẽs oīa pctã pr̃is ſui q̃ fecit timuerit et nõ fecerit ſimile eis: iudicia mea fecerit / et in preceptis meis ambulauerit / hic nõ moriet̃ in iniq̃tate pr̃is ſui / ſed vita viuet. Pater eius q̃ calũniatus eſt et vi fecerit fratri: et malũ operatus eſt in medio populi ſui / ecce mortuꝰ eſt in iniq̃tate ſua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniq̃tatem pr̃is ſui? Videlicet qꝛ filius iudiciũ et iuſticiã operatꝰ eſt: oīa precepta mea cuſtodiuit et fecit illa / vita viuet ait dñs oīps. Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ſub vmbra alarũ tuarũ protege me. V. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videant equitatẽ. Sc̃d́m iohẽm. viij.

In illo tp̃e: Dicebat ieſus ad eos: qui crediderũt ei ex iudeis. Si vos manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis: et cognoſcetis veritatẽ / ⁊ veritas liberabit vos. Reſpõderũt ei iudei. Semen abrahe ſumus: et nemini ſeruiuimꝰ vnq̃. Quõ tu dicis: qꝛ liberi eritis? Rñdit eis ieſus. Amen amẽ dico vobis: qꝛ oīs qui facit pctm̃ / ſeruus eſt pcti. Seruus aũt nõ manet in domo in eternũ: filiꝰ aũt manet in eternũ. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ filij abrahe eſtis: ſed queritis me interficere / qꝛ ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrẽ meũ loquor: et vos q̃ vidiſtis apud patrẽ veſtrũ facitis. Rñderunt: ⁊ dixerũt ei. Pater noſter abrahã eſt. Dixit eis ieſus. Si filij abrahe eſtis: opa abrahe facite. Nũc autẽ q̃ritis me iterficere: hoīem qui veritatẽ locutꝰ ſum vobis: quã audiui a deo. Hoc abraham non fecit. Vos facitis opa pr̃is veſtri. Dixerũt itaqꝫ ei. Nos ex fornicatiõe non ſumus nati: vnũ patrẽ habemus deũ. Dixit ergo eis ieſus. Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiqꝫ me. Ego enĩ a deo proceſſi: et veni. Neqꝫ enĩ ex meipſo veni: ſꝫ ille me miſit. Quare loquelã meam nõ cognoſcitis? Qꝛ nõ poteſtis audire ſermonẽ meũ. Vos ex pr̃e dyabolo eſtis: et deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: ⁊ in veritate nõ ſtetit / qꝛ nõ eſt veritas in eo. Cũ loquit̃ mendaciũ: ex ꝓpriis loquitur / qꝛ mẽdax eſt et pater eiꝰ. Ego aũt qꝛ veritatẽ dico: non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico vobis: quare vos nõ creditis michi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. Offr. Immittit angelus dñi in circuitu timentiũ eũ ⁊ eripiet eos: guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs. V. Benedicã dñm in oĩ tp̃e / ſemꝑ laus eiꝰ in ore meo. Se. Sacrificia dñe q̃s propenſiu iſta nos ſaluent: q̄ medicinalibꝰ ſunt inſtituta ieiunijs. Per dn̄m

Cōio. Panis quem ego dedero caro mea eſt ꝓ ſeculi vita. Poſtcōmunio

Tuorū nos dn̄e largitate donorū: et tēporalibus attolle preſidijs / et renoua ſempiternis. Per dominū. Sup populuꝫ. Humiliate capita veſtrā deo. Or.

Da q̄s dn̄e populis xp̄ianis: et q̄ profitenᵗ agnoſcere: et celeſte munꝰ diligere qđ frequentant. P. Fē. vi. q̄ttuor tp̄ꝫ Offꝫ

De neceſſitatibus meis eripe me dn̄e vide humilitatē meā ⁊ laborē meū ⁊ dimitte oīa pctā mea. Ps. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubeſcā. Oremus. Flectamꝰ genua. Leuate. Or.

Eſto dn̄e propiciꝰ plebi tue et quā tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratꝰ auxilio. P. Lcō ezechiel. pphe. xviij

Hec dicit dn̄s deus: Aīa que peccauerit: ipſa morieᵗ. Filius non portabit iniquitatē patris: et pater non portabit iniquitatē filij Iuſticia iuſti ſup eū erit et ipietas impij erit ſuper eū. Si aūt impius egerit penitentiā: ab oibus peccatis ſuis q̄ operatꝰ eſt et cuſtodierit oīa precepta mea / ⁊ fecerit iudiciū et iuſticiā / vita viuet et non morieᵗ. Oim iniquitatū eius quas operatus eſt: nō recordabor In iuſticia ſua quā operatus eſt viuet Nunqđ voluntatꝭ mee eſt mors impij / dicit dn̄s deꝰ: et nō magis vt cōuertatᵗ a vijs ſuis et viuat? Si aūt auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua et fecerit iniq̄tatē ſcđm oēs abominatiōes quas operari ſolet impiꝰ / nūqđ viuet? Oīs iuſticie eius quas fecerat: non recordabunᵗ. In preuaricatione ſua qua preuaricatꝰ eſt: et in pctō ſuo qđ peccauit / in ipſis morietur. Et dixiſtis. Non eſt equa via domini. Audite ergo domus iſrael. Nunquid via mea non eſt equa: et nō magis vie veſtre praue ſunt? Cū eni auerterit ſe iuſtꝰ a iuſticia ſua et fecerit iniq̄tates: morieᵗ in eis In iuſticia ſua quā opatꝰ eſt: morieᵗ. Et cū auerterit ſe impius ab ipietate ſua quā opatus eſt / et fecerit iudiciū et iuſticiā: ipſe aīam ſuā viuificabit. Cōſiderans eni et auertēs ſe ab oibꝰ iniq̄tatibus ſuis quas operatus eſt: vita viuet et nō morieᵗ. Dicit dn̄s oīps. Gr. Saluū fac ſeruū tuuꝫ deus meus ſperantē in te. ℣. Auribus percipe dn̄e orationē meam. Tractus

Domine nō ſcđm peccata noſtra que fecimꝰ nos: neq̄ ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarū / cito anticipent nos miſericordie tue / q2 pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic nō fiat genu flectio cū dicitᵗ ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos / et ꝓpicius eſto pctis noſtris propter nomen tuū. Scđm iohēm. v

In illo tp̄e: Erat dies feſtus iudeorū: et aſcēdit ieſus hieroſolymā. Eſt aūt hieroſolymis probatica piſcina: q̄ cognominabatur hebraice bethſaida / quinq̄ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languētiū / cecorū / claudorū / aridorū / expectantiū aque motū. Angelus aūt dn̄i ſcđm tempus deſcendebat in piſcinā et mouebatᵗ aqua: et qui prior deſcendiſſet in piſcinā poſt motionē aque: ſanꝰ fiebat a quacūq̄ detinebatur infirmitate. Erat aūt quidā homo ſibi triginta et octo annos habēs in infirmitate ſua. Hunc cū vidiſſet ieſus iacentē et cognouiſſet qꝛ multū iā tēpus haberet: dixit ei. Uis ſan⁹ fieri? Reſpondit ei lāguidus. Dn̄e/hoīem non habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinā. Dū venio eni ego: ali⁹ ante me deſcēdit. Dixit ei ieſus Surge: tolle grabatū tuū/et ambula. Et ſtatī ſanus factus eſt hō ille: ⁊ ſuſtulit grabatum ſuū et ābulabat. Erat autē ſabbatū: in illa die. Dicebāt ergo iudei: illi q̄ ſanatus fuerat. Sabbatū eſt: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Reſpōdit eis. Qui me fecit ſanum: ille michi dixit. tolle grabatū tuū et ambula. Interrogauerūt ergo eū Quis eſt ille hō qui dixit tibi/tolle grabatū tuū ⁊ ambula? Is aūt qui ſanus fuerat effectus: neſciebat q̄s eſſet. Ieſus aūt declinauit a turba conſtituta in loco Poſtea inuenit eū ieſus in tēplo: et dixit illi. Ecce ſan⁹ factus es: iā noli peccare/ne deteri⁹ tibi aliq̄d cōtingat. Abijt ille hō et nūciauit iudeis qꝛ ieſus eſſet: q̄ fecit eū ſanū. Offr. Benedic aīa mea dn̄o/et noli obliuiſci oēs retributiones eius: ⁊ renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. ℣. Qui propiciatur oībus iniq̄tatibus tuis et redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in miſeratione et miſericordia. Secreta.

Suſcipe dn̄e q̄s munera noſtris oblata ſeruitijs: et tua propicius dona ſanctifica. Per dn̄m. Coīo. Erubeſcant et conturbent oēs inimici mei: auertantur retrorſū et erubeſcant valde velociter. Poſtcoīo.

Per huius dn̄e operationē myſterij/⁊ vicia noſtra purgentur: et iuſta deſideria compleantur. Per dominū. Sup populū. Humiliate capita veſtra deo. Or.

Exaudi nos miſericors deus et mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dominū.

¶ Sabbō quattuoꝛ tpm̃. Offiū.

Intret oratio mea in cōſpectu tuo: iclina aurē tuā ad precē meā dn̄e. Ps. Dn̄e deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Oēs orationes ſine Dominus vobiſcū dicunt: preter vltimā que eſt ante eplām. Et ad oēs orones dicit Orem⁹. ſilr et ad oīs orones dr Flecta⁹ ge. preterq̄ ad vltimā: et oēs lcōnes cū ſuis titulis legant.

Populū tuū q̄s dn̄e propicius reſpice: atq; ab eo flagella tue iracūdie clemēter auerte. Per. Or. Lcō libri deutronomij. xxvi.

In diebus illis: Locutus eſt moyſes ad dn̄m dicens. Reſpice dn̄e de ſanctuario tuo: et de excelſo celoꝝ habitaculo/et benedic populo tuo iſrael: ⁊ terre quā dediſti nob̄ ſicut iuraſti prib⁹ noſtris dare terrā lacte et melle manantē. Audi iſrael. Hodie dn̄s de⁹ tu⁹ precepit tibi vt facias mādāta eius atq; iudicia: et cuſtodias ⁊ impleas ex toto corde tuo/⁊ ex tota aīa tua. Dn̄m elegiſti hodie vt ſit tibi deus/et ābules in vijs ei⁹ vt cuſtodias cerimonias illius ⁊ mādata ei⁹ atq; iudicia: et obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris ſicut locutus eſt tibi: et cuſtodias oīa precepta eius/⁊ faciat te excelſiorē cunctis gentib⁹ quas creauit in laudē et nomē et gl'iam ſuā vt ſis populus ſāctus domini dei tui: ſicut locutus eſt tibi. Grad. Propicius eſto domine peccatis noſtris:

nequando dicant gẽtes vbi eſt deus eorum. ℣ Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter honoꝛem nominis tui domine libera nos. Non repetit̃ gr. Oꝛe⁹. Flecta⁹ genua Leuate. Oꝛ.

Deus qui nos per tempoꝛalia ducis ad eterna: pꝛetende miſericoꝛdiã tuam ad celeſtia pꝛomiſſa nitentibus: et quia tuũ eſt quod in te credimus/tuum ſit omne quod viuimus. Per dñm.

Lectio libꝛi deuteronomij. xi. ca.

In diebus illis: Dixit moyſes filijs iſrael. Si cuſtodieritis mandata que ego pꝛecipio vobis: et feceritis ea vt diligatis dominũ deum veſtrum/et ambuletis in omnibus vijs eius adherentes ei/diſperdet dñs oẽs gentes iſtas ante faciem veſtram / et poſſidebitis eas que maioꝛes et foꝛtioꝛes vobis ſunt. Omnis locus quẽ calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto et libano et flumine magno eufrate: vſqꝫ ad mare occidentale erunt termini veſtri/nullus ſtabit cõtra vos. Terroꝛem veſtrũ et foꝛmidinẽ dabit domin⁹ deus veſter: ſuper omneꝫ terrã quam calcaturi eſtis / ſicut locutus eſt vobis dominus deus veſter.. Grad. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi pꝛeces ſeruoꝛũ tuoꝛum. Oꝛemus Flectam⁹ genua Leuate. Oꝛatio.

Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: vt qui maloꝛũ noſtroꝛũ pondere pꝛemimur: percepta miſericoꝛdia libera tibi mente famulemur. Per dominũ noſtrũ ieſum.

Lectio libꝛi machabeoꝛum. ij. i. c.

In diebus illis: Orationem faciebant ſacerdotes: dũ offerrent ſacrificiũ ꝓ populo iſrael: ionatha inchoante / ceteris autẽ reſpondẽtibus ⁊ dicentibus. Benefaciat vobis deus: et meminerit teſtamenti ſui quod ad abraham/yſaac et iacob locut⁹ eſt ſeruoꝛum ſuoꝛũ fidelium. Et det vobis coꝛ omnibus vt colatis eum: et faciatis eius voluntatẽ/coꝛde magno et animo volenti. Adaperiat dominus coꝛ veſtrum in lege ſua et in pꝛeceptis ſuis: et faciat pacem. Exaudiat dñs oꝛationes veſtras et recõcilietur vobis: nec vos deſerat in tempoꝛe malo: dominus deus noſter. Grad. Conuertere domine aliquantulũ: et depꝛecare ſuper ſeruos tuos. ℣ Domine refugiũ factus es nobis: a generatione et pꝛogenie. Oꝛe⁹. Flecta⁹ genua Leuate. Oꝛa.

Adeſto queſumus domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiente mereamur/et inter pꝛoſpera humiles/⁊ inter aduerſa ſecuri. Per dominũ noſtrum ieſum chꝛiſtum filium.

Lectio libꝛi ſapientie. xxxvi. caꝑ.

Miſerere noſtri deus omnium et reſpice nos: et oſtende nobis lucem miſerationũ tuarum/et imitte timoꝛem tuum ſuper gentes que non exquiſierunt te, vt cognoſcant quia non eſt deus niſi tu/vt enarrent mirabilia tua. Alleua manũ tuam ſuper gẽtes alienas: vt videant potentiã tuam. Sicut enim in conſpectu eoꝛum ſanctificatus es in nobꝫ: ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis / vt cognoſcant te ſicut et nos cognouimus/qꝛ non eſt deus pꝛeter te domine. Innoua ſigna: ⁊ imuta mirabilia. Glorifica manum: et bꝛachium dextrum. Excita furoꝛem: et effunde irã. Extolle aduerſariũ: ⁊ afflige inimicū. Feſtina tēpus et memēto finis: vt enarrēt vniuerſa mirabilia tua dñe deus noſter. Gr. Saluū fac populū tuū dñe: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendētibus in lacum. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oro.

Actiones nr̄as q̄s dñe aſpirando preueni et adiuuādo proſequere: vt cuncta noſtra oratio a te ſemꝑ īcipiat: et ꝑ te cepta finiat. Per. Lcō danielis pphē. iij. c.

Angelus dñi deſcendit cum azaria et ſocijs ei⁹ in fornacem: et excuſſit flāmā ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē. Flāma aūt diffuſa eſt ſuꝑ fornacē cubitis q̄dragintanouē: ⁊ incēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis miniſtros regis q̄ eā incendebāt. Illos aūt oīno nō tetigit ignis neq; cōtriſtauit: nec quicq̄ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabāt et glīficabant: et bñdicebant deū in fornace dicētes. Benedictus es dñe deus patrū nr̄oꝝ et laudabilis et glioſus et ſuperaltatus in ſecła. Et benedictū nomen glie tue qđ eſt ſanctū: et laudabile et ſuperaltatū in oībus ſeculis. Bñdictus es in tēplo ſācto glie tue: ⁊ ſuꝑlaudabilis ⁊ ſuꝑglorioſus in ſecła. Bñdict⁹ es in throno regni tui: et ſuꝑlaudabilis et ſuperexaltat⁹ in ſecła. Bñdictus es ſuper ſceptrū regni diuinitatꝭ tue: et ſuꝑlaudabilis ⁊ ſuperaltatus in ſecula. Bñdict⁹ es qui intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin: et ſuperlaudabilis et ſuperaltat⁹ in ſecła Bñdict⁹ es q̄ ābulas ſuꝑ pēnas vētoꝝ ⁊ ſuꝑ vndas maris: ⁊ ſuꝑlaudabilis ⁊ ſuperaltat⁹ in ſecła. Duo clerici de ſcđa forma ī ſuppellicijs ad ḡdū chori dicāt tr.

Benedictus es in firmamēto celi et laudabilis et glioſus in ſecła. Chor⁹ idē. Clerici. ℣. Benedicite oīa opa dñi dño. bñdicite celi dño. bñdicite angeli dñi dño. Chor⁹ poſt vnūquodq; ℣. reſpōdeat. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Clerici ℣. Benedicite aque q̄ ſuꝑ celos ſunt dño. bñdicite oēs virtutes dñi dño. bñđ ſol ⁊ luna dño. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite ſtelle celi dño. beneđ ymber et ros dño. beneđ oīs ſpūs dei dño. Chor⁹. Hymnū. Clerici. ℣. Bñdicite ignis et eſtus dño. beneđ noctes et dies dño. beneđ tenebre et lumen domino. Chor⁹. Hymnū. Clerici. ℣ Bñdicite frigus ⁊ cauma dño. bñdicite pruina et niues dño. beneđ fulgura et nubes dño Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat terra dño. bñdicite mōtes et colles dño. beneđ oīa naſcentia terre dño. Cho. Hymnū. Clerici. ℣ Bñdicite maria ⁊ flumia dño. beneđ fontes dño beneđ cete et oīa que mouētur in aquis dño. Cho. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite volucres celi dño. beneđ beſtie et vniuerſa pecora dño. beneđ filij hoim dño. Chorus. Hymnū. Clerici. ℣. Bñdicat iſrael dño. bñdicite ſacerdotes dñi dño. beneđ ſerui dñi dño. Chor⁹. Hymnū. Clerici. ℣. Bñdicite ſpūs ⁊ aīe iuſtoꝝ dño. beneđ ſancti et humiles corde dño. Cho. Hymnū. Clerici. ℣. Benedicite anania/azaria/miſael dño. Chor⁹. Hymnū. Poſtea clerici recipiant tractū. Benedictus es in firmamento celi et pcantet a choro Sequit Dñs vobiſcū. et Orem⁹ Hic nō dicat Flectam⁹ ge. Le. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas ignīū/concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vicioꝝ. Per dominū. Hic dicunt̃ memorie cõſuete. ¶ Ad theſſalonicenſes. i. v

FRatres Rogamus vos corripite inquietos: cõſolamini puſillanimes / ſuſcipite infirmos / patientes eſtote ad oẽs. Uidete ne quis malū pꝛo malo alicui reddat: ſed ſemper qđ bonum eſt ſectamini inuicẽ et in oẽs. Sẽper gaudete: ſine itermiſſione oꝛate / in omibus gratias agite. Hec eſt eni voluntas dei in xp̄o ieſu: i oibus vobis. Spiritū nolite extinguere: ꝓphetias nolite ſpernere. Oia autẽ probate: quod bonū eſt tenete / ab omi ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe aūt deus pacis ſãctificet vos per oı̄a vt integer ſpiritus veſter et anima et corpꝰ ſine querela in aduentu dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſeruetur. Quo clerici de ſecunda forma in cappis nigris ad gradum choꝛi ſimul cantent̃ totum et integrum iſtum tractum.

LAudate dn̄m oẽs gentes: et collaudate eū oẽs populi. V. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia eius: et veritas domini manet in eternum. Secundū matheū. xvij.

IN illo tẽpoꝛe: Aſſūpſit ieſus petrū et iacobū et iohannẽ fratrẽ eius: et duxit illos in montem excelſū ſeoꝛſū / et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyſes et helyas: cū eo loquẽtes. Reſpõdens aūt petrus: dixit ad ieſum. Dn̄e: bonū eſt nos hic eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū / moyſi vnū / et helye vnū. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obūbꝛauit eos. Et ecce vox de nube: dicẽs. Hic eſt filius meꝰ dilectꝰ in quo michi bene ꝯplacui ipſū audite. Et audientes diſcipuli: ceciderunt in faciẽ ſuã / et timuerunt valde. Et acceſſit ieſus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos: neminẽ viderūt niſi ſolū ieſum. Et deſcẽdentibus illis de monte: pꝛecepit eis ieſus dicens. Nemini dixeritis viſionẽ donec filius homis a moꝛtuis reſurgat. Offr. Dn̄e deus ſalutis mee in die clamaui et nocte coꝛam te: intret oꝛatio mea in ꝯſpectu tuo dn̄e. V. Inclina aurẽ tuã ad pꝛecẽ meã dn̄e: longe feciſti notos meos a me: clamaui ad te domine tota die expãdi manꝰ meas ad te.

Secreta.

PReſentibus ſacrificijs q̄s dn̄e ieiunia noſtra ſanctifica: vt qđ obſeruantia noſtra pꝛofitetur extrinſecus: intriſecus operet̃. Per dominū. Cõio. Domine deus meus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me et eripe me. Poſtcõmunio.

QUos diuino dn̄e reficis myſterio perpetuo defende pꝛeſidio et quos imbuiſti celeſtibus inſtitutis: ſalutaribꝰ comitare ſolatiis. Per do. Si ep̄s defuerit: dicat̃ ſuper populū hec oꝛatio Oremꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛ.

FIdeles tuos dn̄e benedictio deſiderata confirmet: que eos et a tua volūtate nunq̄ faciat diſcrepare: et tuis ſemper idulgeat beneficijs gratulari. Per do. Tamen ſi ep̄s pꝛeſens fuerit ⁊ oꝛdines fecerit non dicet̃. ¶ Dn̄ica ſecunda quadꝛageſime. Officiū.

REminiſcere miſerationū tuarū dn̄e ⁊ mie tue que a ſeculo ſunt: ne vnq̄ dominent̃ nobis inimici noſtri libera nos deus iſrael.

et omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Oro.

DEus qui cōſpicis omni nos virtute deſtitui interius et exteriuſq; cuſtodi: vt ab oībus aduerſitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibꝰ mundemur in mente. Per dominum.

Ad theſſalonicenſes .i. iiij. caplo

FRatres: Rogamus vos et obſecramus in dño ieſu: vt quēadmodū accepiſtis a nobis q̄modo oporteat vos ambulare et placere deo/ſic ꝛ ābuletis vt abūdetis magis. Scitis ei q̄ precepta dederi vobis: per dñm ieſū. Hec eſt eni volūtas dei ſctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione/vt ſciat vnuſqſq; veſtrū/ſuum vas poſſidere in ſctificatione et honore. Non in paſſione deſiderij: ſicut ꝛ gentes q̄ ignorant deū Et ne qs ſupergrediat̄ neq; circūueniat in negocio fratrē ſuū: qm̄ vindex eſt dñs de his oībus q̄ prediximus vobis/ꝛ teſtificati ſumꝰ Non eni vocauit nos deꝰ in immūdiciā: ſed in ſāctificationē. In xp̄o ieſu: dño noſtro. Gr. Tribulatōes cordis mei dilatate ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me dñe. V. Uide humilitatē meam et laborē meū: et dimitte omnia peccata mea. Tractus.

DIxit dñs mulieri chananee: nō eſt bonū ſumere panē filiorū/et mittere canibus ad manducandū. V. At illa dixit. etiā dñe/nā et catelli edunt de micis que cadunt de menſa dñoꝝ ſuoꝝ V. Ait illi ieſus. o mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti. S. math. xv

IN illo tempore Egreſſus ieſus: receſſit in partes tyri et ſydonis Et ecce mulier chananea a finibus illis egreſſa: clamauit dicens ei. Miſerere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non reſpōdit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eiꝰ: rogabant eū dicētes. Dimitte eā: qꝛ clamat poſt nos Ipſe aūt reſpōdens: ait Non ſum miſſus: niſi ad oues que perierūt domꝰ iſrael At illa venit: et adorauit eū dicens. Dñe adiuua me. Qui reſpōdens ait. Non eſt bonū ſumere panē filiorū: et mittere canibꝰ. At illa dixit. Etiā dñe. Nā et catelli edunt de micis: que cadūt de menſa dñorum ſuorū. Tunc reſpōdēs ieſus: ait illi. O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius: ex illa hora Offer.

Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

ECcleſie tue dñe munera placatus aſſume: que et miſericors offerenda tribuiſti: ꝛ in noſtre ſalutis potenter efficis tranſire myſterium. Per. Prefatio quotidiana.

Cōio. Intellige clamorē meū/intēde voci orōnis mee rex meus et deus meꝰ quoniā ad te orabo domine. Poſtcōio.

COrporis et ſāguinis ſacroſācti domine q̄s gratia nos ſumpta viuificet: et quod myſticis actionibus pollicetur/eternis effectibus largiatur. Per dñm.

¶ Feria ſecunda Ad miſſā. Offm̄

REdime me dñe ꝛ miſerere mei: pes eni meus ſtetit in via recta in eccleſiis benedicā dominū. Ps. Iudica me dñe quoniā ego in innocētia mea ingreſſus ſum: et in dño ſperās nō infirmabor. Flectamꝰ ge. Le. Oro.

PReſta q̄s omnipotēs deus vt familia tua que ſe affligendo carnē ab alimentis abſtinet: ſectando iuſticiã a culpa ieiunet. Per. Lectio danielis ꝓphe. x.

IN diebus illis: Orauit daniel ad dñm dicens. Dñe deus noſter qui eduxiſti populũ tuum de terra egypti in manu forti: et feciſti tibi nomen ſecunduꝫ diem hanc. peccauimus/iniquitatẽ fecimus dñe in omnẽ iuſticiã tuam Auertatur obſecro ira tua et furor tuꝰ: a ciuitate tua hierlm/⁊ a mõte ſãcto tuo. Propter pctã eni nr̃a et iniquitates patrũ noſtrorum: hieruſalẽ et populus tuus in opprobriũ ſunt oibus per circuitũ noſtrum. Nunc ergo exaudi deꝰ noſter orõnẽ ſerui tui et preces eius: et oſtende faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuũ quod deſertũ eſt. Propter temetipſũ inclina deus meus aurem tuã et audi: aperi oculos tuos et vide deſolationẽ noſtrã et ciuitatẽ ſuper quã inuocatũ eſt nomen tuũ. Neqꝫ eni in iuſtificationibus noſtris proſternimꝰ preces ante faciẽ tuã: ſed in miſerationibus tuis multis Exaudi dñe: placare dñe/attende et fac. Ne moreris ꝓpter temetipſũ deꝰ meus: qꝛ nomen tuũ inuocatũ eſt ſup ciuitatẽ et ſup populũ tuũ/dñe deus noſter. Gr. Adiutor meꝰ et liberator meus eſto dñe ne tardaueris. ℣. Confundãtur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. Tractus.

DOmine nõ ſecundũ peccata noſtra que fecimus nos: neqꝫ ſcdm iniqtates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ cito anticipent nos miſericordie tue quia pauperes facti ſumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nominis tui domine libera nos/et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Scdm iohãnem. viij.c.

IN illo tempore Dixit ieſus turbis iudeorũ. Ego vado et queretꝭ me: et in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado: vos non poteſtis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet ſemetipſum: quia dicit/quo ego vado vos non poteſtis venire? Et dicebat eis Vos de deorſum eſtis ego de ſuperius ſum. Vos de mũdo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in pctĩs veſtris. Si eni nõ credideritis qꝛ ego ſum: moriemini in pctõ veſtro. Dicebãt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: ſed qui me miſit verax eſt. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia patrẽ eius dicebat deũ Dixit ergo eis ieſus. Cũ exaltaueritis filiũ hominis: tunc cognoſcetis quia ego ſum. Et a meipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pater/hec loquor. Et qui me miſit mecũ eſt: et non reliquid me ſolũ Quia ego que placita ſunt ei: facio ſemper. Offer. Benedicã dominũ qui tribuit michi intellectum: prouidebam deum in conſpectu meo ſemꝑ quoniam a dextris eſt michi ne cõmouear. ℣. Conſerua me dñe quoniã in te ſperaui: ego dixi deus meus es tu/dominꝰ pars hereditatis mee. Secreta.

HEc hoſtia q̄s domine placationis et laudis: tua nos propiciatione dignos efficiat. Per dñm noſtrum ieſum chriſtũ filium tuum qui tecum. Cõio. Domine dominus noſter ꝙ admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Poſtcõio.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per d. Sup pplm. Humilia. ca. ve. d. Or.

Adeſto ſupplicationib⁹ nr̃is omĩps deus: et quib⁹ fiduciam ſperande pietatis indulges: cõſuete mĩe tribue benign⁹ effectũ. Per d. ¶ Feria tercia. Officium.

Tibi dixit cor meũ queſiui vultũ tuũ / vultũ tuũ dñe requirã ne auertas faciẽ tuã a me. ℣. Dñs illuminatio mea: et ſalus mea quẽ timebo? Flectamus genua Leuate. Or.

Perfice q̃s dñe benignus in nobis obſeruãtie ſãcte ſubſidiũ: vt q̃ te auctore facienda cognouim⁹ / te operãte cõpleamus. Per d. Lectio libri regũ. iij. xvij.

In diebus illis: Fact⁹ eſt ſermo dñi ad helyã theſbitẽ dicens. Surge et vade in ſareptã ſidonioꝝ: et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue: vt paſcat te Surrexit helyas et abijt in ſareptã. Cũq; veniſſet ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligens duo ligna. Et vocauit eã: dixitq; ei Da michi paululũ aque in vaſe: vt bibã. Cũq; illa pergeret vt afferret: clamauit poſt tergũ eius dicens. Affer michi obſecro ⁊ buccellã panis: in manu tua Que reſpõdit Viuit dñs de⁹ tu⁹: qꝛ nõ habeo panẽ niſi q̃tũ pugillus capere poteſt farine i hydria / et paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illud michi et filio meo: vt comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: ſed vade et fac ſicut dixiſti. Verũtamẽ michi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panẽ paruulũ et affer ad me: tibi autem et filio tuo facies poſtea. Hec aũt dicit dñs deus iſrael: hydria farine nõ deficiet / nec lechitus olei minuet / vſq; in diem in qua datur⁹ eſt dñs pluuiã ſup faciẽ terre. Que abijt et fecit iuxta verbũ helye: et comedit ipſe et illa / et dom⁹ eius tota. Et ex illa die hydria farine nõ defecit: et lechitus olei nõ eſt imminutus iuxta verbũ dñi qđ locut⁹ fuerat in manu helye. Gr. Iacta cogitatũ tuũ in dño et ipſe te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi. S. mathe. xxiij.

In illo tẽpe Locutus eſt ieſus ad turbas: et ad diſcipulos ſuos dicens. Super cathedrã moyſi: ſederũt ſcribe et phariſei Oia ergo quecũq; dixerit vobis ſeruate et facite: ſcđm vero opa eoꝝ nolite facere. Dicũt eni: ⁊ nõ faciũt Alligant eni onera grauia et importabilia et impoſuũt in humeros hoim: digito autẽ ſuo nolunt ea mouere. Oia vero opera ſua faciunt: vt videant̃ ab hoibus. Dilatant eni philateria ſua: et magnificant fimbrias. Amant autẽ primos accubitus in cenis: et p̃mas cathedras in ſynagogis / ⁊ ſalutationes in foro / et vocari ab hoib⁹ rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi: vn⁹ eſt eni magiſter veſter / oẽs aũt vos fr̃es eſtis. Et patrẽ nolite vocare vobis ſup terrã Vn⁹ eſt eni pater veſter q̃ in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: qꝛ magiſter veſter vn⁹ eſt xp̃s. Qui maior eſt veſtrũ: erit miniſter vr̃. Qui aũt ſe exaltauerit humiliabit̃: ⁊ qui ſe humiliauerit / exaltabit̃. Offr. Miſererẽ michi dñe ſecũdũ magnã miſericordiã tuam dele dñe iniquitatẽ meã. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco:

et delictū meū cōtra me eſt ſemp. Sec

Sanctificationē tuā nobꝭ domine his miſterijs placatus operare: q̄ nos et a terrenis purget vicijs: et ad celeſtia dona ꝑducat. Per. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: letabor et exultabo in te pſallā nomini tuo altiſſime. Poſtcōmunio

Sit nobis dn̄e q̄s medicina mentis et corporis qđ de ſāncto altari tuo ꝑcepim⁹: vt nullis aduerſitatib⁹ fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. P. d. Sup ppłm Humil. ca. or.

Propiciare dn̄e ſupplicationibus noſtris: et aiaꝝ nr̄aꝝ medere languorib⁹: vt remiſſione percepta/in tua ſemꝑ bn̄dictione letemur. P. ¶ Fe. iiij. Offi.

Ne derelinquas me dn̄e deus meus ne diſcedas a me: intende in adiutoriū meū dn̄e virtus ſalutis mee. Ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neqꝫ i ira tua corripias me. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. or.

Populū tuū q̄s dn̄e ꝓpicius reſpice: et quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxijs quoqꝫ vicijs ceſſare concede. Per dn̄m. Lectio libri heſter. xiij

In diebus illis: Orauit heſter ad dn̄m dicēs. Dn̄e de⁹ rex omīps: in ditiōe tua cūcta ſunt poſita: et nō eſt qui tue poſſit reſiſtere volūtati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu eni dn̄e feciſti celū et terrā: et quicqđ celi ambitu cōtinet. Dn̄s oīm tu es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue Et nūc dn̄e rex regū deus abrahā miſerere ꝑplo tuo: qꝛ volūt nos inimici noſtri perdere et hereditatē tuā delere. Ne deſpicias partē tuā quā redemiſti de egipto: ſed exaudi deprecationē nr̄aꝫ et ꝓpicius eſto ſorti et funiculo hereditatis tue/et cōuerte luctū noſtrū in gaudiū vt viuentes laudemus nomen tuū. Et ne claudas ora canentiū te: dn̄e deus noſter. Gr. Saluū fac populū tuū dn̄e: et benedic hereditati tue. V. Ad te dn̄e clamabo deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendētibus in lacū. Tract⁹

De neceſſitatibus meis eripe me dn̄e vide humilitatē meā ⁊ laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. V. Ad te leuaui aīam meā deus meus in te cōfido nō erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei. V. Etenim vniuerſi qui te expectant non cōfundentur. confūdant oēs facientes vana. Scđm matheū. xx.

In illo tꝑe: Aſcendens ieſus hieroſolymā: aſſūpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis. Ecce aſcēdim⁹ hieroſolymā: et filius hoīs tradet principibus ſacerdotū et ſcribis: et condēnabunt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudendū: ⁊ flagellandū et crucifigendū. Et tercia die: reſurget. Tūc acceſſit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs ſuis: adorans ⁊ petēs aliqđ ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterā tuam/⁊ vnus ad ſiniſtrā in regno tuo. Reſpōdens aūt ieſus: dixit. Neſcitis qđ petatis. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum? Dicū ei. Poſſum⁹. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: ſedere aūt ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā non eſt meū dare vobis: ſꝫ quibus paratū eſt a pr̄e meo. Et audiētes decē: indignati ſunt de duobus fratrib⁹. Jeſus aūt vocauit eos ad ſe: et ait. Scitis qꝛ principes gentiū dn̄antur eoꝝ: et qui maiores ſunt poteſtatē exercēt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūqȝ voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et ꝗ voluerit inter vos pꝛim⁹ eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut filius hoīs non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. et dare aīam ſuā: in redēptionē pꝛo multis. Offer. Ad te dñe leuaui aīam meā deus meus in te cōfido non erubeſcā: neqȝ irrideāt me inimici mei: etenī vniuerſi qui te expectant non cōfundētur. Vˢ. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. Secreta.

Hoſtias dñe quas tibi offerimus ꝓpicius reſpice: et per hec ſacroſancta cōmercia/ vincula peccatoꝝ noſtroꝝ abſolue. Per d. Cōio. Juſtus dñs et iuſticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Poſtcōmunio

Proſit nobis dñe ꝗs myſterioꝝ frequētata perceptio: vt a vetuſtatis cōditiōe purgati: ad tue nouitatis incremēta tēdam⁹. Per. Sup pplm. Humilia. ca. Or.

Deus innocētie reſtitutoꝛ et amatoꝛ: dirige ad te tuoꝝ corda ſeruoꝝ: vt ſpūs tui feruore concepto: et in fide inueniantꝰ ſtabiles/ et in ope efficaces. Per do. i vnita. eiuſdē. ¶ Feria .v. Officiū

Deus in adiutoriū meū intende dñe ad adiuuandum me feſtina: confūdantur ꝛ reuereantꝰ inimici mei qui querūt aīam meā. Ps. Auertātur retrorſū et erubeſcāt: q volunt michi mala. Flectā. ge. Le. Or.

Preſta nobis ꝗs dñe auxiliū gratie tue: vt ieiuniis ꝛ orationibus cōuenienter intēti: liberemur ab hoſtibus mētis ꝛ coꝛpoꝛis. Per dominū noſtrū ieſum. Lectio hieremie pꝛophete .xvij. c.

In diebus illis: Locutus eſt hieremias pꝛopheta dicens. Maledict⁹ hō qui cōfidit in hoīe: et ponit carnē bꝛachium ſuū/ et a dño recedit coꝛ eius Erit enī quaſi miricē in deſerto: et nō videbit cū venerit bonū/ ſed habitabit in ſiccitate in deſerto/ in terra ſalſuginis et inhabitabili. Benedictus vir ꝗ cōfidit in dño: et erit dñs fiducia eius. Et erit quaſi lignū qđ tranſplātatꝰ ſup aquas: qđ ad humoꝛē mittit radices ſuas/ et non timebit cū venerit eſtus. Et erit foliū ei⁹ viride: et in tpe ſiccitatis non erit ſollicitū/ nec aliqñ deſinet facere fructū. Prauum eſt coꝛ hoīs et iſcrutabile/ ꝗs cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutās coꝛda ꝛ ꝓbans renes: qui do vnicuiqȝ iuxta viam ſuā/ et iuxta fructū adinuētionū ſuaꝝ. Dicit dñs omīps. Gr. Propicius eſto dñe peccatis nr̄is ne quādo dicant gentes vbi eſt de⁹ eoꝝ. Vˢ. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: et ꝓpter honoꝛē nois tui dñe libera nos. S. ioh. v.

In illo tpe Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Non poſſum ego a meipſo facere quicqȝ: ſed ſicut audio iudico. Et iudiciū meū iuſtū eſt: qꝛ non quero voluntatē meā/ ſed voluntatē eius qui miſit me. Si ego teſtimoniū ꝑhibeo de me ipſo: teſtimoniū meū non eſt verū. Alius eſt qui teſtimoniū ꝑhibet de me: et ſcio qꝛ verū eſt teſtimoniū eius qđ perhibet de me. Vos miſiſtis ad iohēm et teſtimoniū perhibuit veritati. Ego autē non ab hoīe teſtimoniū accipio: ſȝ hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs et lucēs: vos autē voluiſtis ad hoꝛā exultare ī luce ei⁹. Ego autē habeo teſtimoniū maius iohāne. Opa enī que dedit mi chi pater vt perficiā ea: ipſa opa que ego facio teſtimoniū phibēt de me/ q2 pater me miſit. Et q̄ miſit me pater: ipſe teſtimoniū perhibet de me. Neq3 vocē eius vnq̄ audiſtis: neq3 ſpeciē ei⁹ vidiſtis. Et verbū ei⁹ nō habetis in vobis manēs: q2 quē miſit ille/ huic vos nō creditis. Scrutamini ſcripturas in quib⁹ putatis vos vitā eternā habere: et ille ſunt q̄ teſtimonium perhibent de me. Et non vultis venire ad me: vt vitā eternā habeatis. Claritatē ab hoībus non accipio: ſed cognoui vos/ q2 dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noīe patris mei: et nō accepiſtis me. Si ali⁹ venerit in nomine ſuo: illū accipietis. Quomō vos poteſtis credere q̄ gloriā ab inuicē accipitis: ⁊ gl'iam q̄ a ſolo deo eſt nō queritis? Nolite putare q2 ego accuſatur⁹ ſum vos apud patrē: eſt qui accuſat vos moyſes in q̄ vos ſperatis. Si enī crederetis moyſi: crederetis forſitan et michi. De me enī ille ſcripſit. Si aūt illius litteris nō creditis: quō verbis meis credetis? Offer. Precat⁹ eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui et dixit. Precatus eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui et dixit: quare dñe iraſceris in populo tuo/ parce ire aīe tue/ memento abrahā yſaac et iacob/ quibus iuraſti dare terram fluentē lac et mel/ et placat⁹ fact⁹ eſt dñs de malignitate quā dixit facere pplo ſuo. V. Dixit dñs ad moyſē/ inueniſti gratiā in cōſpectu meo/ et ſcio te pre oībus. et feſtināſ moyſes inclinauit ſe in terrā et adorauit dicēs/ ſcio q2 miſericors es in milib⁹ auferēs iniq̄tatē ⁊ pctā.

Secrē. Deus qui oim ſacrificiorū varietate finita hoſtiam nunc offerimus ſingularē: adeſto votis tua inſpiratione cōceptis: vt in te ſperantiū et deſideris iubeas perfici: et peccata deleri. Per dñm. Cōio. Qui manducat meā carnē et bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo dicit dñs. Po⁹ cō.

Gratia tua nos dñe q̄s nō derelinquat: q̄ et ſacre nos deditos faciat ſuitutī: ⁊ tuā nob3 opē ſemp acquirat largitatis: et ab oībus tueaī aduerſis. Per do. Sup populū. Humiliate ca. ve. deo. Or.

Adeſto dñe famulis tuis: et perpetuā benignitatē largire poſcētibus: vt his qui te auctore et gubernatore gloriant: et congregata reſtaures/ et reſtaurata conſerues. Per dominū no.

¶ Feria ſexta. Ad miſſā. Officiū.

Ego autē cū iuſticia apparebo in cōſpectu tuo: ſaciabor dū manifeſtabitur gloria tua. Ps. Exaudi domine iuſticiā meam: intēde deprecationē meam. Gloria. Ore⁹. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Da q̄s omnipotens deus: vt ſacro nos purificante ieiunio: ſinceris mentibus ad ſancta ventura facias peruenire. Per dominū. Lectio libri geneſis xxxvij.

In diebus illis Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſōnium meū qd̄ vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: ⁊ quaſi conſurgere manipulū meū et ſtare: veſtroſq3 manipulos circūſtātes adorare manipulū meū. Reſponderūt fratres eius Nunquid rex noſter eris: aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomniorū atq3 ſermonū inuidie et odij fomitē miniſtrauit. Aliud quoq3 vidit ſomniū: quod narrās fratrib⁹ ait. Vidi per ſōniū quaſi ſolē ⁊ lunā: et ſtellas vndeci adorare me.

Quod cū patri ſuo et fratribꝫ retuliſſet: increpauit eū pater ſuus et dixit. Quid ſibi vult hoc ſōniū qđ vidiſti? Nū ego et mater tua et fratres tui: adorabim⁹ te ſup terram? Inuidebāt ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacit⁹ cōſiderabat. Cūq fratres illi⁹ in paſcēdis gregibus pr̄is morarent̄ in ſichem: dixit ad eū iſrael. Fratres tui paſcūt oues in ſichimis: veni mittā te ad eos. Quo reſpōdente preſto ſum: ait. Vade et vide ſi cūcta pſpera ſint erga fratres tuos et pecora: et renūcia michi quid agat̄. Miſſus de valle ebron: venit in ſichē. Inuenitq eū vir errantē in agro: et interrogauit eū qđ q̄reret. At ille reſpōdit. Fratres meos quero. Indica michi vbi paſcunt greges? Dixitq ei vir. Receſſerūt de loco iſto. Audiui aūt eos dicentes: eamus in dothaī. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: et inuenit eos in dothaī. Qui cū vidiſſent eū procul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerūt illū occidere/et mutuo loq̄bant̄. Ecce ſōniator venit. Venite occidam⁹ eū/et mittam⁹ in ciſternā veterā: dicemuſq fera peſſima deuorauit eū. Et tūc apparebit: qđ illi proſint ſōnia ſua. Audiēs aūt hec ruben: nitebatur liberare eū de manibus eorū. Et dicebat. Non interficiam⁹ aīam eius nec effūdamus ſanguinē: ſꝫ proiicite eū in ciſternā hanc q̄ eſt in ſolitudīe/manuſq vr̄as ſeruate inoxias. Hoc aūt dicebat volēs eripere eū de manibus eorū: et reddere patri ſuo. Gr. Ad dn̄m dū tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dn̄e libera aīam meā a labijs iniquis et a lingua doloſa. Tractus.

Domine nō ſecūdū peccata noſtra que fecimus nos: neq ſecūdum iniquitates noſtras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarū/cito anticipent nos miſericordie tue/q2 pauperes facti ſum⁹ nimis. Hic ad fiat genu flectio et dicit V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos/et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuū. matheū. xxi

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorū. Homo quidā erat paterfamilias qui plantauit vineā: et ſepē circūdedit ei. Et fodit in ea torcular et edificauit turrī: et locauit eā agricolis/et peregre pfectus eſt. Cum aūt tp̄s fructuū appropinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas/vt acciperēt fruct⁹ eius. Et agricole apprehēſis ſeruis eius: aliū ceciderūt/aliū occiderūt/aliū vero lapidauerunt. Iterū miſit alios ſeruos plures prioribus: et fecerūt illis ſimiliter. Nouiſſime aūt miſit ad eos filiū ſuū dicens. Verebuntur filiū meū. Agricole aūt videntes filiū: dixerūt intra ſe. Hic eſt heres: venite occidam⁹ eū/et habebimus hereditatē eius. Et apprehenſū eum: eiecerunt extra vineā/et occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: qđ faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male perdet: et vineā ſuā locabit alijs agricolis/qui reddāt ei fructū tp̄ibus ſuis. Dicit illis ieſus. Nunq̄ legiſtis in ſcripturis. Lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic fact⁹ eſt in caput anguli? A dn̄o factū eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis q2 auferet̄ a vobis regnū dei: et dabit̄ genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſup lapidē iſtū: cōfringetur

Super quē vero ceciderit: cōteret eū. Et cū audiſſent principes ſacerdotū ⁊ phariſei parabolas eius cognouerūt ꝙ de ipſis diceret. Et querentes eū tenere: timuerūt turbas. Qm̄ ſicut prophetā eū habebant. Offer. Dñe i auxiliū meū reſpice: confundantur et reuereantur qui querunt animā meā vt auferant eam. V. Auertantur retrorſū et erubeſcant qui cogitant michi mala. Secreta.

Haec in nobis ſacrificia dñe deus et actione permaneāt: ⁊ operatione firmentur. Per do. Cōio. Tu domine ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatione hac in eternū. Poſtcōio.

Haec nos domine q̄s accepto pignore ſalutis eterne ſic tendere congruenter: vt ad eā peruenire poſſimus. Per d. Sup ppl'm. Humiliate capita veſtra deo. Oro.

Da q̄s dñe populo tuo ſalutem mētis ⁊ corporis: vt bonis operibus inherēdo/tue ſemper virtutis merear protectione defēdi. Per do. ¶ Sabbato. Officiū.

Lex dñi irreprehēſibilis cōuertens aīas: teſtimoniū dñi fidele ſapientiā preſtans paruulis. Ps. Celi enarrant gl'iam dei: ⁊ opa manuū eius annūciat firmamētū. Flecta.

Da q̄s dñe noſtris effectū ieiunijs ſalutarē: vt caſtigatio carnis aſſūpta/ad noſtrarum vegetationē tranſeat aiarū. Per dñm. Lectio libri geneſis. xxvij. c.

In diebus illis: Dixit rebecca filio ſuo iacob. Audiui patrem tuū loquentē cū eſau fratre tuo: ⁊ dicentē ei. Affer michi de venatione tua et fac cibos vt comedā: et benedicā tibi corā dño/ante ꝗ moriar. Nūc ergo fili mi acquieſce cōſilijs meis: ⁊ pergēs ad gregem/affer michi duos hedos optimos/vt faciā ex eis eſcas pr̄i tuo/ quibus libenter veſcit. Quas cū intuleris et comederit: bñdicat tibi priuſꝗ moriat. Cui ille reſpondit. Noſti ꝙ eſau frater meus hō piloſus ſit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater me⁹ ⁊ ſenſerit: timeo ne putet ſibi me voluiſſe illudere/et idducat ſup me maledictionē pro bñdictiōe. Ad quē mater. In me ſit (ait) iſta maledictio fili mi: tm̄ audi vocē meā/et pergens affer q̄ dixi. Abijt et attulit: deditꝙ matri. Parauit illa cibos ſicut nouerat velle patrē illi⁹: et veſtibus eſau valde bonis quas apud ſe habebat domi/induit eū. Pelliculaſꝙ hedoꝝ circūdedit manib⁹: et colli nuda ꝓtexit. Deditꝙ pulmentū: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpōdit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitꝙ iacob. Ego ſum eſau p̄mogenit⁹ tu⁹: feci ſicut precepiſti michi. Surge/ſede ⁊ comede de venatione mea: vt bñdicat michi aīa tua. Ruſuſꝙ yſaac ad filiū ſuū. Quō (inquit) tā cito inuenire potuiſti fili mi? Qui rn̄dit. Voluntas dei fuit: vt cito michi occurreret qđ volebā. Dixitꝙ yſaac. Accede huc vt tangā te fili mi: et probē vtrū tu ſis fili⁹ meus eſau an nō. Acceſſit ille ad patrē: ⁊ palpato eo dixit yſaac. Vox quidem vox iacob eſt: ſed man⁹/man⁹ ſūt eſau. Et nō cognouit eū: q2 piloſe man⁹ ſimilitudinē maioris expreſſerāt. Bñdicens ergo illi ait. Tu es filius me⁹ eſau? Reſpōdit. Ego ſū. At ille. Affer (inquit) michi cibos de venatione tua fili mi: vt bñdicat tibi aīa mea. Quos cum oblatos cōdediſſet: obtulit ei etiā et vinū. Quo hauſto: dixit ad eū. Accede ad me: et da michi oſculū fili mi. Acceſſit: et oſculat⁹ eſt eū. Statimq; vt ſenſit veſtimentoꝝ illius fragrantiā: bñdicēs illi ait. Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de roꝛe celi et de pinguedine terre abūdantiā frumēti vini et olei: ⁊ ſeruiāt tibi populi/ ⁊ adoꝛēt te tribus. Eſto dñs fratrū tuoꝝ: ⁊ incuruent ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi ſit ille maledict⁹ et q̄ bñdixerit tibi benedictiōib⁹ repleaꝛ. Vix yſaac ſermonē impleuerat: et egreſſo iacob foꝛas/ venit eſau. Coctoſq; de venatiōe cibos intulit p̄ri dicēs. Surge pater mi et comede de venatiōe filij tui: vt bñdicat michi aīa tua. Dixitq; illi yſaac. Quis ei es tu? Qui reſpōdit. Ego ſū filius tuus p̄mogenitus eſau. Expauit yſaac ſtupoꝛe vehemēti: et vltra q̄ credi poteſt admirans ait. Quis igiꝛ ille eſt q̄ dudū captā venationē attulit michi: et comedi ex oībus priuſq̄ tu venires? Bñdixiq; illi: ⁊ erit benedictus. Auditis eſau ſermonibus patris: irrugijt clamoꝛe magno/ et cōſternat⁹ ait. Bñdic etiā ⁊ michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionē tuā. At ille ſubiūxit. Iuſte vocatū eſt nomen ei⁹ iacob: ſupplantauit enī me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nūc ſcdo ſurripuit benedictionē meam. Rurſumq; ad patrē Nunquid non reſeruaſti (ait) ⁊ michi benedictionē? Reſpōdit yſaac. Dñm tuū illū cōſtitui: et oēs fratres ſuos ſeruituti illi⁹ ſubiugaui. Frumēto ⁊ vino et oleo ſtabiliui eū: et tibi poſt hec fili mi vltra quid faciā? Cui eſau. Num vnam inquit tantū benedictionē habes pater? Michi q̄q; obſecro vt benedicas. Cūq; eiulatu magno fleret motus yſaac dixit ad eū. In pinguedine terre et in roꝛe celi deſuper: erit benedictio tua. Gr. Bonum eſt confiteri dño et pſallere nomini tuo altiſſime. V. Ad annūciandū mane miſericoꝛdiā tuam: et veritatē tuam per noctem.

Secundum lucam. xv.

In illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Homo quidā habuit duos filios: et dixit adoleſcētioꝛ ex illis patri. Pater da michi portionē ſubſtātie q̄ me cōtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiā. Et nō poſt multos dies cōgregatis oībus adoleſcētioꝛ filius p̄gre ꝓfectus eſt in regionē longinquā: ⁊ ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuā viuendo luxurioſe. Et poſtq̄ oīa conſūmaſſet: facta eſt fames valida in regione illa/ et ipſe cepit egere. Et abijt et adheſit vni ciuiū regionis illius: ⁊ miſit illū in villā ſuam/ vt paſceret poꝛcos. Et cupiebat implere ventrem ſuū de ſiliq̄s quas poꝛci mādu cabāt: et nemo illi dabat. In ſe aūt reuerſus: dixit. Quāti mercenarij in domo patris mei abūdāt panibus: ego aūt hic fame pereo. Surgā/ et ibo ad patrē meū: ⁊ dicā ei. Pater peccaui in celū ⁊ coꝛā te: iam non ſum dign⁹ vocari filius tuus/ fac me ſicut vnū ex mercēnarijs tuis. Et ſurgēs venit ad patrē ſuū. Cū aūt adhuc longe eſſet: vidit illū pater ipſius/ et miſericoꝛdia motus eſt. Et accurrēs cecidit ſupra collū eius: et oſculatus eſt eū. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celū et coꝛā te: iam non ſum dignus vocari fili⁹ tuus. Di xit aūt pater ad ſeruos ſuos. Cito pferte ſtolā primā et induite illū: et date anulū in manu ei⁹/ & calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū ſaginatū et occidite/ et māducemus et epulemur: qꝛ hic filius meus mortu⁹ erat et reuixit/ perierat et inuentus eſt. Et ceperūt epulari. Erat aūt fili⁹ ei⁹ ſenior in agro. Et cū veniret & appropinquaret domui: audiuit ſymphoniā et chorū. Et vocauit vnū de ſeruis: et interrogauit quid hec eſſent. Iſqꝫ dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tu⁹ vitulū ſaginatū/ qꝛ ſaluū illū recepit. Indignatus eſt aūt: et nolebat introire. Pater ergo illi⁹ egreſſus: cepit rogare illū. At ille reſpōdens: dixit prī ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: et nunꝗ̄ mādatū tuū preterii/ et nūꝗ̄ dediſti michi hedū vt cū amicis meis epularer. Sꝫ poſtꝗ̄ hic filius tu⁹ qui deuorauit ſubſtantiā ſuā cū meretricibus venit occidiſti illi vitulū ſaginatū. At ille dixit ei. Fili/ tu ſemp̄ mecū es et oīa mea tua ſunt. Epulari aūt et gaudē oportebat: qꝛ frater tu⁹ hic mortu⁹ fuerat & reuixit. Perierat: et inuētus eſt. Offer. Illumina oculos meos ne vnꝗ̄ obdormiā in morte: neqñ dicat inimic⁹ me⁹ preualui aduerſ⁹ eū. ℣ Vſqꝫquo dñe obliuiſceris me in finē: ꝗ̄diu ponā ꝯſilia ī aīa mea. Se.

Hiis ſacrificiis dñe ꝯcede placatus. vt qui ꝓpriis oramus abſolui delictis: nō grauemur externis. Per do. Cōio. Oportet te fili gaudere qꝛ frater tu⁹ mortu⁹ fuerat & reuixit: perierat et inuentus eſt. Po⁹cō.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia noſtri cordis infūdat: et ſui nos participes potenter efficiat. Per dñm. Sup populū. Humiliate capita ve. d. Or.

Familiā tuā q̄s dñe ꝯtinua pietate cuſtodi: vt que in ſola ſpe gratie celeſtis innitit/ celeſti etiā protectione muniat. P dñ.

¶ Dñica tercia ꝗ̄dragesime. Offiū

Oculi mei ſemp̄ ad dñm quia ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me et miſerere mei qm̄ vnicus & pauper ſum ego. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

Queſum⁹ oīps deus: vota humiliū reſpice: atqꝫ ad defenſionē noſtrā/ dexterā tue maieſtatis extende. Per do. Ad ephesios v.c.

Fratres Eſtote imitatores dei ſicut filii cariſſimi: et ambulate in dilectiōe ſicut et xp̄s dilexit nos: et tradidit ſemetipſū pro nobis oblationē et hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio aūt et omis imundicia/ aut auaricia/ nec nominet in vobis ſicut decet ſanctos: aut turpitudo/ aut ſtultiloquiū/ aut ſcurrilitas que ad rem nō pertinet/ ſed magis gratiarū actio. Hoc autē ſcitote intelligētes: qꝫ omis fornicator/ aut imundus/ aut auarus/ quod eſt ydolorū ſeruitus/ nō habet hereditatē in regno chriſti & dei. Nemo vos ſeducat: inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici: participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre: nūc autē lux in dño. Vt filii lucis ambulate. Fructus enī lucis eſt in oī bonitate et iuſticia et veritate. Gr. Exurge dñe nō preualeat homo: iudicent gētes in conſpectu tuo. ℣ In cōuertendo inimicū meū retrorſum: infirmabuntur et perient a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oclos meos: qui habitas in celis. ℣ Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ: in manibus dñoꝝ ſuoꝝ. ℣ Et ſicut oculi ancille: in manibus dñe ſue. ℣ Ita oculi noſtri ad dñm deū noſtrum donec miſereatur noſtri. ℣ Miſerere nobis dñe miſerere miſerere nobis. Secundum lucam. xi. c.

IN illo tp̄e: Erat ieſus eiiciens demoniū: et illud erat mutū. Et cū eieciſſet demoniū locutꝰ eſt mutꝰ: et admirate ſūt turbe. Quidā aūt ex eis: dixerunt. In beelzebub principe demonioꝝ: eiicit demonia. Et alij temptātes: ſignū de celo q̄rebant ab eo. Ipſe aūt vt vidit cogitatiões eoꝝ: dixit eis. Oē regnū in ſeipſū diuiſū deſolabit: et domꝰ ſupra domū cadet: Si autem et ſathanas in ſeipſū diuiſus eſt: quō ſtabit regnū ipſiꝰ/ qꝛ dicitis in beelzebub eiicere me demonia? Si aūt ego i beelzebub eiicio demonia: filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo et ipſi iudices vr̄i erūt. Porro ſi i digito dei eiicio demonia: ꝑfecto ꝑuenit in vos regnū dei. Cuz fortis armatus cuſtodit atriū ſuū: in pace ſunt ea q̄ poſſidet Si aūt fortior illo ſupueniēs vicerit eū: vniuerſa arma eius auferet in quibꝰ cōfidebat/ et ſpolia eius diſtribuet. Qui nō eſt mecū aduerſū me eſt Et qui nō colligit mecū: diſpargit. Cū imundꝰ ſpūs exierit ab hoie: ambulat per loca inaquoſa q̄rens requiē/ et nō inueniens dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā ſcopis mūdatā. Tūc vadit: et aſſumit ſeptē alios ſpiritꝰ ſecū neq̄ores ſe/ et igreſſi habitāt ibi. Et fiunt nouiſſima hois illiꝰ peiora prioribus. Factū eſt autē cū hec diceret/ extollēs vocē quedā mulier de turba/ dixit illi. Beatus venter q̄ te portauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiūt verbū dei: et cuſtodiunt illud. Offr. Iuſticie domini recte letificantes corda ⁊ dulciora ſuper mel et fauū: nam et ſeruus tuus cuſtodiet ea. Secreta.

SUſcipe q̄s dñe deuotoꝝ munera famuloꝝ: et tua diuina purifica ſeruientes pietate myſterijs: quibus etiā iuſtificas ignorātes. Per do. Cōio. Paſſer inuenit ſibi domū ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe, virtutū rex meus et deꝰ meus: bti qui hitant in domo tua in ſeculū ſcl'i laudabūt te. Poſtcō.

AB cunctis nos dñe reatibus et periculis ꝓpiciatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dominum

¶ Feria tercia. Ad miſſā. Officiū.

IN deo laudabo verbuꝫ in dño laudabo ſermonem in deo ſperaui: nō timebo qd faciat michi homo. Ps. Miſerere mei deus qm̄ cōculcauit me homo: tota die ipugnās tribulauit me. Flectamꝰ ge. Le. Oro.

COrdibus noſtris q̄s domie gratiā tuā benignꝰ infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus: ita ſenſus quoq3 nr̄os a noxijs retrahamus exceſſibus. Per do. Lectio libri regū. iiij. v. c.

IN diebꝰ illis: Naaman princeps militie regꝭ ſyrie: erat vir magnꝰ apud dñm ſuū ⁊ honoratus. Per illū enī dedit dñs ſalutem ſyrie. Erat aūt vir fortis ⁊ diues: ſed leproſus. Porro de ſyria egreſſi fuerāt latrūculi: ⁊ captiuā duxerāt de terra iſrael puellā paruulā q̄ erat in obſequio vxoris naaman. Que ait ad dñam ſuā. Vtinaam fuiſſet dñs meus ad prophetam q̄ eſt in ſamaria: ꝑfecto curaſſet eũ a lepra quã habet. Ingreſſ⁹ eſt itaq̧ naamã ad dñm ſuũ: ⁊ nũciauit et dicẽs. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella: de ṫra iſrael. Dixitq̧ ei rex ſyrie. Uade: ⁊ mittã litteras ad regẽ iſrael. Qui cũ ꝓfectus eſſet et tuliſſet ſecũ decẽ talẽta argẽti: et ſex milia aureos ⁊ decẽ mutatoria veſtimentoꝝ / detulit litteras ad regẽ iſrael in hec verba. Cũ acceperis epyſtolã hanc / ſcito q̄ miſerim ad te naamã ſeruũ meũ: vt cures eũ a lepra. Cũq̧ legiſſet rex iſrael litteras: ſcidit veſtimẽta ſua et ait. Numqđ deus ego ſũ vt occidere poſſi et viuificare: qꝛ iſte miſit ad me vt curẽ hominꝫ a lepra ſua. Aiaduertite ⁊ videte: quot occaſiones q̄rat aduerſũ me. Qđ cũ audiſſet helyſe⁹ vir dei ſcidiſſe videlicet regẽ iſrael veſtimenta ſua: miſit ad eũ dicẽs. Cur ſcidiſti veſtimẽta tua? Ueniat ad me: et ſciat ꝓphetã eſſe in iſrael. Uenit ergo naamã cũ eq̄s et currib⁹: et ſtetit ad oſtiũ domus helyſei. Miſitq̧ ad eũ helyſeus nũciũ dicẽs. Uade / et lauare ſepties in iordane: et recipiet ſanitatẽ caro tua / atq̧ mũdaberis. Iratusq̧ naamã recedebat dicẽs. Putabã q̄ egrederet̄ ad me: et ſtans inuocaret nomen dñi dei ſui / et tãgeret manu ſua locũ lepre / et curaret me. Numqđ nõ meliores ſunt abana et pharfar fluuij damaſci / oĩbus aq̄s iſrael vt lauer in eis et mũder? Cũ ergo vertiſſet ſe ⁊ abiret indignãs: acceſſerũt ad eũ ſerui ſui / et locuti ſũt ei. Pater / et ſi rem grandẽ dixiſſet tibi ꝓpheta: certe facere debueras. Quãtomagis qꝛ nunc dixit tibi / lauare et mũdaberis? Deſcẽdit et lauit in iordane ſepties iuxta ſermonẽ viri dei: et reſtituta eſt caro ei⁹ ſicut caro pueri paruuli / et mũdatus eſt a lepra. Reuerſusq̧ ad virũ dei cũ vniuerſo comitatu ſuo venit et ſtetit corã eo / et ait. Uere ſcio q̄ non ſit alius de⁹ in vniuerſa terra: niſi tantũ dñs deus iſrl̄.

Gr. Deus vitã meã nunciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu tuo. V⁹. Miſerere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tractus.

Domine nõ ſcđm peccata noſtra que fecim⁹ nos: neq̧ ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. V⁹ Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ / cito anticipent nos miſericordie tue / qꝛ pauperes facti ſum⁹ nimis. Hic non fiat genu flexio cũ dicit V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos / et ꝓpicius eſto pctĩs noſtris propter nomen tuũ. Scđm lucã iiij.

In illo tp̄e: Dixerunt phariſei ad ieſum. Quãta audiuimus facta in capharnaũ: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aũt. Amen dico vobis: qꝛ nemo ꝓpheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in dieb⁹ helye in iſrael quando clauſũ eſt celũ annis tribus ⁊ menſibus ſex: cuꝫ facta eſſet fames magna in oĩ terra. Et ad nullã illarũ miſſ⁹ eſt helyas: niſi in ſareptã ſydonie ad mulierẽ viduã. Et multi leproſi erant in iſrael ſub helyſeo ꝓpheta: et nemo eoꝝ mũdatus eſt niſi naamã ſyrus. Et repleti ſunt oẽs in ſynagoga ira: hec audiẽtes Et ſurrexerũt / et eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: et duxerũt illũ vſq̧ ad ſuperciliũ montis / ſuper quem ciuitas illorũ erat edificata: vt precipi pitarent eum. Ipſe autem tranſiens: per mediū illoꝛū ibat. Offer. Exaudi deus oꝛationē meam et ne deſpexeris depꝛecationē meam: intende in me et exaudi me. V. Conturbatus ſum a voce inimici et a tribulatione peccatoꝛis/et expectabam eum qui ſaluuꝫ me faceret. Secreta.

Munus quod tibi domine noſtre ſeruitutis offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per dominū. Cōio. Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cum auerterit dñs captiuitatem plebis ſue exultabit iacob et letabitur iſrael. Poſtcommunio.

Preſta queſumus omnipotens et miſericoꝛs deus: vt que oꝛe contigimus/pura mente capiamus. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vr̃a deo.

Subueniat nobis queſumus dñe miſericoꝛdia tua: vt ab iminentibus peccatoꝛū noſtroꝝ periculis te mereamur pꝛotegente eripi/te liberante ſaluari. Per dominū noſtrum ieſum.

Feria tercia. Ad miſſā Officiū.

Ego clamaui quoniā exaudiſti me deus: inclina aurē tuam et exaudi verba mea: cuſtodi me domine vt pupillam oculi ſub vmbꝛa alarum tuarū pꝛotege me. Ps. Exaudi domine iuſticiam meam: intēde depꝛecationē meam. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et miſericoꝛs deus: et continētie ſalutaris pꝛopicius nobis dona concede. Per dominū noſtrū.

Lectio libꝛi regum iiii. iiij. capl'.

In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad helyſeum pꝛophetam dicens. Seruus tuus vir meus moꝛtuus eſt; et tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditoꝛ venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiendū ſibi. Cui dixit helyſeus Quid vis vt faciam tibi? Dic michi qd habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicꝙ in domo mea: niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: et ingredere domū tuam/et claude oſtiuꝫ cum intrinſecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vaſa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier: et clauſit oſtiuꝫ ſuper ſe/et ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: et illa infundebat. Cumqꝫ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filium ſuum. Affer michi adhuc vas. Et ille reſpondit. Nō habeo. Stetitqꝫ oleum. Venit autem illa: et indicauit homini dei. Et ille. Vade (inquit) et vēde oleum: et redde creditoꝛi tuo. Tu autem et filij tui: viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis mūda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo. V. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo. Secundū matheū xviij.

In illo tempoꝛe: Reſpiciens ieſus in diſcipulos ſuos: dixit ſymoni petro Si peccauerit in te frater tuus: vade et coꝛripe eū inter te et ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuū. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos/vt in oꝛe duoꝛum/vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſie. Si autem eccleſiā non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunqꝫ alligaueritis ſuper terram: erũt ligata et in celo. Et quecunq; ſolueritis ſuper terram: erunt ſoluta et in celo. Iterum dico vobis/ quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã de omni re quãcunq; petierit: fiet illis a patre meo qui eſt in celis eſt Ubi enĩ ſũt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Domine/ quotiẽs peccabit in me frater meus: et dimittã ei vſq; ſepties? Dixit illi ieſus. Non dico tibi vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. Offer. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me non moriar ſed viuam et narrabo opera domini. V. In tribulatione inuocaui dominũ et exaudiuit me in latitudine quoniã dñs adiutor meus eſt. Sec.

PEr hec veniat queſum⁹ domine ſacramenta noſtre redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: et ad ſalutaria cũcta perducat. Per dñm. Cõio. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in monte ſãcto tuo: qui ingreditur ſine macula et operatur iuſticiam.

SAcris dñe myſterijs P⁹cõ. expiati: et veniã queſumus conſequamur et gratiam. Per dominũ noſtrum. Super populum Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

TUa nos dñe protectiõe defende: et ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum fi. tu. Qui.

Feria quarta. Ad miſſã. Offm.

EGo autem in dño ſperaui: exultabo et letabor in tua miſericordia quia reſpexiſti humilitatem meã. Ps. In te domine ſperaui non cõfundar in eternum: in iuſticia tua libera me. Gloria patri. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

PReſta nobis dñe: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vicijs abſtinentes: propiciationẽ tuã facilius impetremus. Per dominũ noſtrum ie.

Lectio libri exodi. xx. capitulo.

HEc dicit domin⁹ deus: Honora patrem tuum et matrẽ tuam: vt ſis longeuus ſuper terram: quam domin⁹ deus tuus dabit tibi. Non occides/ non mechaberis: non furtum facies/ non loqueris contra proximũ tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces domũ proximi tui/ nec deſiderabis vxorem eius: non ſeruũ/ non ancillam/ non bouem/ non aſinum/ nec omnia que illius ſũt. Cunctus autem populus audiebat voces/ et videbat lampades/ et ſonitum buccine/ montemq; fumigantẽ. Et perterriti ac pauore percuſſi: ſteterunt procul dicẽtes moyſi. Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: et terror illius eſſet in vobis et non peccaretis. Stetitq; populus delonge: moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; preterea dominus ad moyſem. Hec dices filijs iſrael. Vos vidiſtis q̃ de celo: locutus ſum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis ſuper illud olocauſta: et pacifica veſtra. Oues veſtras/ et boues: in oĩ loco in quo memõria fuerit nominis mei.

Grad. Miſerere michi domine quoniam infirmus ſum ſana me domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea et aīa mea turbata eſt valde. Tract⁹.

De neceſſitatibus meis eripe me domine vide humilitatē meam et laborem meū et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meā: deus meus in te cōfido non erubeſcam / neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenī vniuerſi qui te expectāt non cōfundētur: cōfundant̄ oēs facientes vana. Secundū matheum. xv

In illo tempore: Acceſſerunt ad ieſum ab hieroſolymis ſcribe et phariſei: dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enī lauant manus ſuas: cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens: ait illis. Quare et vos tranſgredimini mandatū dei: propter traditionem veſtram? Nam deus dixit. Honora patrē: et matrem. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis: quicūqꝫ dixerit patri vel matri munus quodcūqꝫ eſt ex me tibi proderit: et non honorificabit patrē ſuum et matrē ſuā: et irritum feciſtis mandatum dei propter traditionē veſtram. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis yſaias propheta / dicens. Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt a me Sine cauſa autem colunt me: docentes doctrinas ac mandata hominū. Et conuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore / hoc coinquinat hominē. Tunc accedentes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis quia phariſei audito hoc verbo / ſcandalizati ſunt. At ille reſpondens: ait. Omnis plantatio quaꝫ non plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt / duces cecorum. Cecus autem ſi ceco ducatuꝫ preſtet: ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem petrus: dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtam? At ille dixit. Adhuc et vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit et in ſeceſſum emittitur? Que autem procedūt de ore de corde exeunt: et ea coinquināt hominē. De corde enim exeunt cogitatiōes male: homicidia / adulteria / fornicationes / furta / falſa teſtimonia / blaſphemie. Hec ſunt: que coinquinant hominem Non lotis autē manibus manducare: non coinquinat hominem.

Offer. Domine fac mecū miſericordiā tuam propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os doloſi ſuper me apertum eſt.

Secreta. Suſcipe queſumus domine preces populi tui cū oblationibus hoſtiarum: et tua myſteria celebrantes / ab omnib⁹ nos defende periculis. Per dn̄m.

Cōmunio. Notas michi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine.

Poſtcommunio. Sanctificet nos queſum⁹ domine qua paſti ſumus menſa celeſtis: et a cunctis erroribus expiatos: ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per dn̄m.

Sup populum. Humiliate capita vr̄a deo.

Or̄. Concede queſumus om̄ipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis om̄ibus / ſecura tivt incente ſeruiamus. Per dominū

¶Feria quinta. Ad miſſā Offm.

Salus populi ego ſum dicit dominꝰ: de quacūqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos et ero illoꝝ dominus in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Gloria. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Concede queſumus omnipotens deus: vt ieiunioꝝ nobis ſancta deuotio: et purificationē tribuat/ et maieſtati tue nos reddat acceptos. Per dominum.

Lectio hieremie prophete. vij. c.

In diebus illis: Factus eſt ſermo domini ad me dicēs. Sta in porta domus dñi: et predica ibi verbum iſtud/ et dic. Audite verbū domini oēs iuda: qui ingredimini per portas has vt adoretis dominū. Hec dicit dñs exercituum: deus iſrael. Bonas facite vias veſtras et ſtudia veſtra: ꝫ habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: templū domini tēplum dñi/ tēplū domini eſt. Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras et ſtudia veſtra: ſi feceritis iudiciū inter virum et proximuꝫ eiꝰ. aduene et pupillo et vidue nō feceritis calūniam/ nec ſanguinē innocentē effuderitis in loco hoc: et poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcū in loco iſto in terra quā dedi patribus veſtris/ a ſeculo et in ſeculum. Dicit dñs: omnipotens. Grad. Oculi omnium in te ſperant domine: et tu das illis eſcā in tempore oportuno. V. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Secundū iohānem. vj.

In illo tempore: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Operamini non cibū qui perit ſed qui permanet in vitam eternā/ quaꝫ filius hominis dabit vobis. Hunc eniꝫ pater: ſignauit deus. Dixerūt ergo ad eum. Quid faciemꝰ vt operemur opera dei? Reſpondit ieſꝰ: et dixit eis. Hoc eſt opus dei: vt credatis in eū quē miſit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignū: vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manducauerūt māna in deſerto: ſicut ſcriptū eſt. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ieſus. Amen amen dico vobis: non moyſes dedit vobis panem de celo: ſed pater meꝰ dat vobis panē de celo verū. Panis enī dei eſt qui deſcendit de celo: ꝫ dat vitam mundo. Dixerūt ergo ad eū. Dñe/ ſemper da nobis hūc panem. Dixit autē eis ieſus Ego ſū panis vite. Qui venit ad me: nō eſuriet. Et qui credit in me: nō ſitiet vnqꝫ. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et ſuper irā inimicoꝝ meoꝝ extendes manū tuā: et ſaluū me fecit dextera tua. V. In quacunqꝫ die inuocauero te exaudi me dñe mlˀtiplicabis i anima mea virtutē tuam. Secreta.

Hac nos dñe queſumꝰ ad ſancta myſteria purificatis mētibus accedere: vt tibi ſemꝑ competens deferamus obſequiū Per dñm. Cōio. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigātur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcommunio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: et myſtico nos mundet effectu: et perpetua virtu ſe defendat. Per dñm. Super populum Humiliate capita ve. Oro.

Subiectum tibi populū que ſumus domine propiciatio celeſtis amplificet: ꝫ tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per do.

¶ Feria ſexta. Ad miſſam. Offi'm.

Fac mecum dñe ſignū in bonum vt videant qui me oderunt et confundantur quoniā tu domine adiuuiſti me et conſolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper ſum ego. Flectamus ge. Le. Oro.

Ieiunia noſtra q̄ſumus domine benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore/ ita a vicijs ieiunemus in mente. Per dominū

Lectio libri numeri. xx. capitulo.

In diebus illis Conuenerūt filij iſrael aduerſum moyſē et aaron: et verſi in ſeditionē dixerunt. Date nobis aquā vt bibamus. Ingreſſiq; moyſes et aaron dimiſſa multitudine ante tabernaculum federis: corruerunt proni in terram/ clamaueruntq; ad dñm/ atq; dixerunt. Dñe deus exaudi clamorē populi huius: et aperi eis theſaurū tuum fontem aque viue/ vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini: ſuper eos. Locutusq; eſt dñs ad moyſem dicens. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis/ et illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyſes virgam que erat in cōſpectu domini ſicut preceperat ei: cōgregata omni multitudine ante petram/ dixitq; eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Cumq; eleuaſſet moyſes manū percutiens virga bis ſilicē: egreſſe ſunt aque largiſſime/ ita vt populus biberet et iumenta. Dixitq; dominus ad moyſem et aaron Quia non credidiſtis michi vt ſanctificaretis me coram filijs iſrael: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis Hec eſt aqua contradictionis vbi iurgati ſunt filij iſrael contra dominū: ꝫ ſanctificatus eſt in eis. Grad. In deo ſperauit cor meum et adiutus ſum et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo deus meus: ne ſileas/ ne diſcedas a me. Tractus.

Domine non ſecundum peccata noſtra que fecimus nos: neq; ſecundū iniq̄tates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarū cito anticipent nos miſericordie tue quia pauperes facti ſumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nominis tui domine libera nos/ et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Secundū iohannē. iiij. c.

In illo tempore Venit ieſus in ciuitatē ſamarie que dicitur ſychar: iuxta predium quod dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons iacob Ieſus ergo fatigatus ex itinere: ſedebat ſic ſuper fontem. Hora autem erat: quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria: haurire aquam Dicit ei ieſus. Da michi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerēt. Dixit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudeus cum ſis: bibere a me poſcis que ſum mulier ſamaritana? Non eni coutuntur iudei ſamaritanis. Reſpōdit ieſus: et dixit ei. Si ſcires donū dei/et quis eſt qui dicit tibi da michi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo/et dediſſet tibi aquā viuam. Dixit ei mulier. Dñe/neq̃ in quo haurias habes et puteus alt⁹ eſt. Unde ergo habes aquā viuam? Nūquid tu maior es patre noſtro iacob qui dedit nobis puteum: et ipſe ex eo bibit et filij eius/et pecora ei⁹? Rñdit ieſus: et dixit ei. Oīs qui bibit ex aqua hac: ſitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei: non ſitiet in eternum. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier. Dñe da michi hanc aquaȝ vt non ſitiā: neq̃ veniam huc haurire? Dixit ei ieſus. Uade/voca virū tuum: et veni huc. Reſpondit ei mulier: et dixit. Non habeo virū. Dixit ei ieſus. Bene dixiſti qꝛ non habeo virum. Quinq̃ eni viros habuiſti: et nunc quē habes nō eſt tu⁹ vir. Hoc vere dixiſti. Dixit ei mulier. Dñe video qꝛ ꝓpheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis/qꝛ hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dixit ei ieſus. Mulier crede michi; qꝛ veniet hora quādo neq̃ in monte hoc/neq̃ in hieroſolymis adorabitis patrē. Uos adoratis quod neſcitis: nos adoramus qđ ſcimus/quia ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hora et nunc eſt: quādo veri adoratores adorabunt patrē in ſpiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus eſt deus/et eos qui adorant eum: in ſpiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio quia meſſias venit: qui dicitur chriſtus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omīa. Dixit ei ieſus. Ego ſum qui loquor tecum. Et continuo venerunt diſcipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamē dixit ei quid queris: aut qđ loqueris cum ea? Reliquid ergo hydriā ſuam mulier: ⁊ abijt in ciuitatem/et dixit illis hoībus. Uenite et videte hoīem: qui dixit michi omnia quecunq̃ feci. Nunqđ ipſe eſt chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eū. Interea rogabant eum diſcipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis ieſus. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quattuor menſes ſūt et meſſis venit? Ecce dico vobis leuate oculos veſtros et videte regiones: quia albe ſūt iam ad meſſem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in vitā eternam. Ut ⁊ qui ſeminat ſimul gaudeat: et qui metit. In hoc eni eſt verbum verū: quia alius eſt qui ſemīat/et alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere quod non laboraſtis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum ſamaritanorū: propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis/quia dixit michi omnia quecunq̃ feci.

Cum veniſſent ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonẽ eius: et mulieri dicebant/ quia iam non propter tuam loquelã credimus. Ipſi enim audiuimus et ſcimus: qꝛ hic eſt vere ſaluator mundi. Offer.

Intende voci orationis mee rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum/ et exaudi me. Secreta.

Reſpice domine propiciꝰ ad munera que ſacramus: vt et tibi grata ſint/ ⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per dominũ. Cõio.

Qui biberit aquam quã ego do dicit dominus ſamaritane: fiet in eo fõs aque ſalientis in vitam eternã. Poſtcõio.

Huius nos domine perceptio ſacramenti mundet a crimine: et ad celeſtia regna perducat. Per dominũ. Super populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

Preſta queſumus oĩpotens deus: vt qui in tua protectione confidimus/ cuncta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus. Per dominũ noſtrũ ieſum.

¶ Sabbato. Ad miſſam. Officiũ

Verba mea auribꝰ percipe domine intellige clamorem meũ: intende voci orationis mee Ps. Rex meus: et deus meus. Gloria.

Oremus Flectamꝰ genua Leuate

Preſta queſumus omnipotens deus: vt qui ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinent: ſectando iuſticiam a culpa ieiunent. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. q̃ t. Or.

Lectio danielis prophete. xiij. ca

In diebus illis: Erat vir in babilõe: ⁊ nomẽ eius ioachim Et accepit vxorem nomine ſuſannam filiam helchie: pulchram nimis/ et timentẽ deum. Parentes autem illius cum eſſent iuſti: erudierũt filiã ſuã ſecundũ legẽ moyſi. Erat autẽ ioachim diues valde: et erat ei pomeriũ vicinum domui ſue. Et ad ipſum confluebãt iudei: eo ꝙ eſſet honorabilior omniũ. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dñs: qꝛ egreſſa eſt iniquitas de babilone a ſenioribꝰ iudicibus qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domuꝫ ioachim: et veniebant ad eos oĩs qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertiſſet poſt meridiem: ingrediebatur ſuſanna ⁊ deambulabat in pomerio viri ſui Et videbant eam ſenes quotidie ingredientẽ et deambulantẽ: et exarſerunt in concupiſcentiã eiꝰ. Et auerterunt ſenſum/ et declinauerunt oculos ſuos vt non viderent celum: neqꝫ recordarentur iudiciorum iuſtorũ. Factum eſt autem cum obſeruarent diem aptuꝫ quando eam poſſent inuenire ſolam: ingreſſa eſt aliquando ſicut heri: et nudiuſtercius cũ duabus ſolis puellis/ voluitqꝫ lauari in pomerio. Eſtus quippe erat. Et non erat ibi quiſq̃: preter duos ſenes abſconditos/ contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et ſmigmata: ⁊ oſtia pomerij claudite/ vt lauer. Cum autem egreſſe eſſent puelle: ſurrexerunt duo ſenes/ et accurrerunt ad eam/ et dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt: et nemo nos videt. Quãobrem/ aſſentire nobis: ⁊ cōmiſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris / dicemꝰ teſtimoniū ꝯtra te: q̄ fuerit tecū iuuenis / ⁊ ob hāc cauſā emiſeris puellas a te. Ingemuit ſuſāna: et ait. Anguſtie michi ſunt vndiq̄. Si enī hoc egero moꝛs michi eſt: ſi aūt nō egero nō effugiā manꝰ veſtras. Sed meliꝰ michi eſt abſq̄ ope incidere in manus vr̄as: q̄ peccare in ꝯſpectu domini. Et exclamauit voce magna ſuſāna: exclamauerunt aūt et ſenes aduerſus eam. Cū autē audiſſent clamoꝛē in pomerio famili domus: irruerūt per poſticū vt viderent quidnā eſſet. Poſtq̄ aūt ſenes locuti ſūt: erubuerūt ſerui vehementer / qꝛ nunq̄ dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de ſuſāna. Et facta eſt dies craſtina. Cumq̄ veniſſet populꝰ ad virū eius ioachi: venerunt et duo pꝛeſbyteri pleni iniqua cogitatiōe aduerſus ſuſānā vt interficerēt eā. Et dixerunt coꝛā populo. Mittite ad ſuſannā filiā helchie vxoꝛē ioachi. Et ſtatim miſerunt. Et venit cū parētibus et filijs: et vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igit̄ ſui: et oēs qui nouerāt eā. Cōſurgentes aūt duo pꝛeſbyteri in medio populi: poſuerūt manus ſuas ſup caput eius. Que flens ſuſpexit ad celū. Erat aūt coꝛ eius fiduciā habēs in dn̄o. Et dixerūt pꝛeſbyteri. Cū deambularemus in pomerio ſoli: ingreſſa eſt hec cū duabus ſolis puellis et clauſit oſtia pomerij et dimiſit a ſe puellas. Venit itaq̄ ad eā adoleſcens q̄ erat abſcōditus: et cōcubuit cū ea. Poꝛro nos cū eſſemus in angulo pomerij videntes iniquitatē: cucurrimus ad eos ⁊ vidimꝰ eos pariter cōmiſceri. Et illū quidem nequiuimꝰ cōpꝛehendere: qꝛ foꝛtioꝛ nobis erat / ⁊ aperto oſtio exiliuit. Hanc aūt cū appꝛehēdiſſemus: īterrogauimꝰ quiſnā eſſet adoleſcēs / ⁊ noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumꝰ. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus ⁊ iudicibus populi: et condēnauerūt eā ad moꝛtē. Exclamauit aūt voce magna ſuſāna: ⁊ dixit. Deꝰ eterne qui abſconditoꝛū es cognitoꝛ: qui noſti oīa anteq̄ fiant / tu ſcis q̄m falſū cōtra me tulerūt teſtimoniū. Et ecce moꝛioꝛ cū nichil hoꝝ fecerī: q̄ iſti malicioſe ꝯpoſuerunt aduerſū me. Exaudiuit aūt dn̄s vocē eius. Cūq̄ duceret̄ ad moꝛtem: ſuſcitauit deus ſpm̄ pueri iunioꝛis cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdꝰ ego ſū a ſanguie huiꝰ. Et cōuerſus oīs pp̄ls ad eū: dixit. Quis eſt ſermo iſte / quē tu locutꝰ es? Qui cū ſtaret in medio eoꝝ: dixit. Sic fatui filij iſrael nō iudicantes / neq̄ qđ verū eſt cognoſcētes: condēnaſtis filiā iſrael. Reuertimini ad iudiciū: qꝛ falſū teſtimoniū locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo pp̄ls cū feſtinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicem pꝛocul. et dijudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnū de eis / et dixit ad eū. Inueterate dierū maloꝝ / nūc venerūt pcc̄ā tua q̄ operabaris pꝛiꝰ / iudicās iudicia iniuſta / inocētes oppꝛimēs et dimittēs noxios: dicente dn̄o. Innocentē et iuſtū: nō interficies. Nūc ergo ſi vidiſti eā: dic ſub qua arboꝛe videris eos colloquētes ſibi. Qui ait. Sub cino. Dixit aūt daniel. Recte mentitus es: in caput tuū. Ecce enī angelꝰ dn̄i accepta ſentētia ab eo: ſcīdet te mediū. Et āmoto eo: iuſſit veuēire alium/et dixit ei. Semen chanaā et nō iuda: ſpecies decepit te et cōcupiſcentia ſubuertit coꝛ tuū Sic faciebatis filiabꝰ iſrael: ⁊ ille timētes loq̄bant vobis. Sꝫ nō filia iuda ſuſtinuit iniquitatē veſtram. Nunc ergo dic michi: ſub q̄ arboꝛe ꝯpꝛehēderis eos loquētes ſibi. Qui ait. Sub pꝛino. Dixit autem ei daniel. Recte mētitus es ⁊ tu in caput tuū. Manet enī angelus dñi gladiū habens vt ſecet te mediū: et interficiat vos. Exclamauit itaq; oīs cetꝰ voce magna: et bñdixerūt deū qui ſaluat ſperātes in ſe. Et cōſurrexerūt aduerſus duos pꝛeſbyteros (Cōuicerat enī eos daniel ex oꝛe ſuo: falſū dixiſſe teſtimoniū) Feceruntq; eis ſicut i male egerāt aduerſus pꝛoximā: et interfecerūt eos. Et ſaluatus eſt ſāguis innoxius: in die illa Gr. Si ambulē in medio vmbꝛe moꝛtis non timebo mala qm̄ tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus ipſa me cōſolata ſunt S iohēm. viij

IN illo tp̄e Perrexit ieſus in montem oliueti: ⁊ diluculo iterū venit in templū. Et oīs populus venit ad eū: et ſedens docebat eos Adducūt aūt ſcribe ⁊ phariſei mulierē in adulterio depꝛehēſam: et ſtatuerūt eā in medio/⁊ dixerūt ei Magiſter: hec mulier modo depꝛehēſa eſt in adulterio. In lege aūt moyſes mandauit nobꝫ huiuſmodi lapidare. Tu ergo qd̄ dicis? Hoc aūt dicebāt tētātes eū vt poſſent accuſare eū. Ieſus autē inclinās ſe deoꝛſū: digito ſcribebat in terra. Cū aūt perſeuerarēt interrogātes eū: erexit ſe/et dixit eis. Qui ſine pc̄ō eſt veſtrū: pꝛimꝰ in illā lapidē mittat. Et iterū ſe inclinās: ſcribebat in terra. Audientes autē hec: vnus poſt vnum exibant/incipiētes a ſenioꝛibus. Et remanſit ſolus ieſus: et mulier in medio ſtans. Erigēs aūt ſe ieſus dixit ei. Mulier vbi ſūt qui te accuſabant? Nemo te condēnauit. Que dixit. Nemo dn̄e. Dixit autē ei ieſus. Nec ego te ꝯdēnabo. Vade: et iā amplꝰ noli peccare. Of. Greſſus meos dirige dn̄e ſcd̄m eloquiū tuū: vt nō dn̄etur mei oīs iniuſticia dn̄e. V. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat me: ⁊ intellectū dat paruulis. Secreta.

EFficiatur hec hoſtia q̄s dn̄e ſolennibus grata ieiunijs: et vt tibi fiat acceptioꝛ/purificatis mentibus īmolet. Per dn̄o. Cōio. Nemo te condēnauit mulier. nemo domine. nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare. Poſtcōio.

QUeſumus oīps deus: vt inter eius mēbꝛa numeremur: cuius coꝛpoꝛi cōicauimus et ſanguini ieſu xp̄i filij tui dn̄i nr̄i Qui tecū Sup populū. Humiliate ca. Oro.

PRetende dn̄e fidelibus tuis dexterā celeſtꝫ auxilij: vt te toto coꝛde perq̄rant/et q̄ digne poſtulant ꝯſequi mereantur. P dn̄.

¶ Dn̄ica media q̄dꝛageſime off.

LEtare hieruſalē et conuentū facite oēs qui diligitꝫ dn̄m: Gaudete cū leticia qui i triſticia fuiſtis: vt exultetis et ſaciemini ab vberibus cōſolationis veſtre. Ps. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domū domini ibimus. Oratio.

COncede q̄s omīps deus/vt qui ex merito nr̄e actionꝫ affligimur: tue grē ꝯſolatione reſpiremus. P dn̄. Ad galathas iiij.c

FRatres Scriptū eſt: quoniam abrahā duos filios habuit. Vnū de ancilla: et vnū de li bera. Sed qui de ancilla: scḋm carnem natus est. Qui aũt de libera: ꝑ repromissionẽ. que sũt per allegoriã dicta. Hec enĩ sũt duo testamẽta. Unũ quidẽ in mõte syna in seruitutẽ generãs: q̄ est agar. Syna enĩ mons est in arabia: qui cõiunctus est ei q̄ nunc est hierl̄m: et seruit cũ filijs suis. Illa aũt q̄ sursũ est hierl̄m libera est: que est mater nostra. Scriptũ est enĩ. Letare sterilis q̄ non paris: erumpe et clama que non parturis / qȝ multi filij deserte magis q̄ꝫ eius que habet virũ. Nos autẽ fratres: scḋm ysaac ꝓmissionis filij sumus. Sȝ quomodo tunc qui scḋm carnem natus fuerat perseqūbatur eũ qui secundũ spm̄: ita et nunc. Sed q̄d dicit scriptura? Eijce ancillã et filium eius. Non enĩ heres erit filiꝰ ancille: cum filio libere. Itaqȝ fratres / non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate: xp̄s nos liberauit. Gr. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domũ dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Tractus.

Qui ꝯfidunt in dño sicut mõs syon non cõmouebit in eternũ q̄ habitat in hierl̄m. ℣. Mõtes in circuitu eius: et dñs in circuitu ꝑpl'i sui ex hoc nũc et vsqȝ in seculum. Secundũ iohannẽ. vi.

In illo tp̄e: Abiit iesus trãs mare galilee: q̄d est tyberiadis. Et seq̄bat eũ multitudo magna: qȝ videbant signa q̄ faciebat sup his q̄ infirmabant. Subiit ergo in montẽ iesus: et ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt proximũ pascha: dies festus iudeoꝝ. Cũ subleuasset ergo oculos iesus et vidisset qȝ multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippũ. Unde ememus panes vt mãducent hi? Hoc autẽ dicebat: tentans eum. Ipse enĩ sciebat: quid esset facturus. Respõdit ei philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes non sufficiunt eis: vt vnusq̄sqȝ modicũ q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic qui habet quinqȝ panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec quid sũt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite hoĩes discũbere. Erat autẽ fenũ multũ: in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinqȝ milia. Accepit ergo iesus panes: et cũ gratias egisset: distribuit discũbentibus. Similiter et ex piscibus: q̄ꝫtũ volebant. Ut aũt impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerũt fragmẽta: ne pereant. Collegerũt ergo et impleuerunt duodecim cophinos fragmentoꝝ: ex quinqȝ panibꝰ ordeaceis q̄ superfuerũt his q̄ mãducauerãt. Illi ergo hoĩes cũ vidissent q̄d iesꝰ fecerat signũ: dicebant. Qȝ hic est vere ꝓpheta: qui venturꝰ est in mundũ. Off. Laudate dñm qȝ benignus est: psallite nomini eius qm̄ suauis est: oĩa q̄cũqȝ voluit fecit in celo et in t̄ra. Sec.

Annue nobis q̄s dñe: vt et diuinis semꝑ solennitatibus occupemur: et mysterijs sacris mẽte pariter congruamur et corpore. Per dñ. Prefatio quotidiana. Cõis. Hierusalem que edificatur vt ciuitas / cuius participatio eius in idipsuz: illuc enĩ ascenderũt tribus tribus dñi ad cõfitendũ nomini tuo domĩe. Postcõis.

Da nobis q̄sumꝰ misericors deus: vt sancta tua quibus incessãter explemur: sinceris tractemus obsequijs / et fideli semꝑ mente sumamus. Per dñm nr̄m.

¶ Feria sc̄da. Ad missã. Officiũ.

DEus in noīe tuo ſaluū
me fac ⁊ in virtute tua
iudica me: deus exaudi
orationē meā. Ps. Quō
alieni inſurrexerūt aduerſū me: et for-
tes queſierūt aīam meā. Flecta⁹. Or.

PReſta q̄s oīps deus: vt ob-
ſeruationes ſacras annua
deuotione recolētes: et corpore ti
bi placeamus et mente. Per domi
num. Lectio libri regum. iij. iij. c.

IN diebus illis Venerūt due
mulieres meretrices ad re-
gem ſalomonē: ſteterūtq̄ corā eo.
Quarū vna ait. Obſecro mi dn̄e
ego et mulier hec habitabam⁹ in
domo vna: et peperi apud eā in
cubiculo. Tercia vero die poſtq̄
ego peperi: peperit et hec. Et era-
mus ſimul: null⁹q̄ ali⁹ i domo no
biſcū / exceptꝭ nobis duab⁹. Mor
tuus eſt aūt filius mulieris hui⁹
nocte: dormiens quippe oppreſſit
eū. Et cōſurgēs intēpeſte noctis
ſilentio: tulit filiū meū de latere
meo ancille tue dormiētis / et col-
locauit in ſinu ſuo Suū aūt filiū
qui erat mortuus: poſuit in ſinu
meo. Cūq̄ ſurrexiſſē mane vt da
rem lac filio meo: apparuit mor-
tuus. Quē diligenti⁹ intuēs cla-
ra luce: deprehendi non eſſe meū
quē genuerā. Reſpōditq̄ altera mu
lier. Nō eſt ita vt dicis: ſed fili⁹ tu
us mortuus eſt / meus autē viuit.
E cōtrario illa dicebat. Mentiris
Filius q̄ppe meus viuit: et filius
tuus mortu⁹ eſt. Atq̄ in hunc mo
dū: contēdebāt corā rege. Tūc rex
ait. Hec dicit. Filius me⁹ viuit: ⁊
filius tu⁹ mortuus eſt. Et iſta re-
ſpōdit. nō. ſed filius tuus mortu⁹
eſt: me⁹ aūt viuit. Dixit ergo rex
Afferte michi gladiū. Cūq̄ attu
liſſent gladiū corā rege: ait. Diui
dite infantē viuū in duas parte
et date dimidiā partē vni / ⁊ dim
diā partē alteri. Dixit aūt mulie
cui⁹ filius erat viu⁹: ad regē (Cō
mota ſunt q̄ppe viſcera ei⁹: ſuper
filio ſuo.) Obſecro dn̄e / date illi i
fantē viuū: ⁊ nolite interficere e
E cōtrario illa dicebat Nec michi
nec tibi ſit: ſed diuidat. Reſpon
dit rex: et ait. Date huic infante
viuū: et non occidat. Hec eſt en
mater ei⁹ Audiuit itaq̄ oīs iſrael
iudiciū q̄d iudicaſſet rex: ⁊ timue
runt regē. Videntes ſapientiā de
eſſe in eo: ad faciēdū iudiciū. Gr.
Eſto michi in deū protectorē et in locum
refugij vt ſaluū me facias. V. Deus i
te ſperaui dn̄e nō cōfūdar in eternū. Tr.

DOmine nō ſcd̄m peccata noſtra
que fecim⁹ nos: neq̄ ſecundū in
quitates noſtras retribuas nobis. V.
Dn̄e ne memineris iniquitatū noſtra
rum antiquarū / cito anticipent nos m
ſericordie tue / q2 pauperes facti ſum
nimis. Hic [illegible]
dicit. V. Adiuua nos deus ſalutar n
ſter: et propter gloriā nominis tui dn̄
libera nos / et ꝓpicius eſto pctīs noſtri
propter nomen tuum. S. ioh. ij.

IN illo tēpore: Prope erat pa
ſcha iudeorū: ⁊ aſcēdit' ieſus
hieroſolymā. Et inuenit in tēplo
vendentes oues et boues et colū
bas. et nūmularios ſedentes. Et
cū feciſſet quaſi flagellū de funi
culis: oēs eiecit de tēplo. Oues ſ
q̄ et boues: et nūmulariorū effu
dit es / et mēſas ſubuertit. Et his
qui colūbas vendebāt: dixit. Au
ferte iſta hinc: et nolite facere do
mū patris mei domū negociatio
nis. Recordati vero ſunt diſcipu
li eius: q2 ſcriptū eſt. Zelus dom⁹
tue comedit me. Reſpōderūt ergo
iudei: et dixerūt ei. Quod ſignū

pſtendis nobis: q2 hec facis? Reſpōdit ieſus: et dixit eis. Soluite templū hoc: et in tribus diebꝰ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et ſex annis edificatū eſt templū hoc: ꝛ tu in tribꝰ diebus excitabis illud? Ille autē dicebat: de tēplo corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis: recordati ſunt diſcipuli eius q2 hoc dicebat/ et crediderūt ſcripture ꝛ ſermoni quē dixit ieſus. Cū aūt eēt hieroſolymis in paſcha in die feſto: multi crediderūt in noīe eius videntes ſigna eiꝰ q̄ faciebat. Ipſe aūt ieſus nō credebat ſemetipſuꝫ eis: eo ꝙ ipſe noſſet oēs/ ꝛ q2 opus ei non erat vt quis teſtimoniū phiberet de hoīe. Ipſe enī ſciebat: qd eſſet in hoīe. Offer. Iubilate deo oīs terra. iubilate deo oīs terra ſeruite dn̄o in leticia: intrate in aſpectu eius in exultatione q2 dn̄s ipſe eſt deus. V. Ipſe fecit nos et non ipſi nos: nos aūt populus eius et oues paſcue eius. Secre.

Talis dn̄e q̄s operare myſterijs: vt hec tibi munera dignis mentibus offeramꝰ. P. Cōio. Ab occultis meis mūda me dn̄e: et ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcō.

Quos diuinis dn̄e reficis ſacramentis tuis q̄s ſuſtenta preſidijs: et quos beneficijs temporalibus refoues: paſce perpetuis. Per d. Sup pplm. Humil. or.

Deprecationē noſtrā q̄s domine benignꝰ exaudi: ꝛ quibus ſupplicandi p̄ſtas affectū: tribue defenſionis auxiliū. Per d.

¶ Feria tercia. Ad miſſā. Offm.

Exaudi deus orationem meā et ne deſpexeris deprecationē meā: intēde i me et exaudi me. Ps. Cōtriſtatus ſum in exercitatiōe mea: ꝛ cōturbatꝰ ſū a voce inimici. Flectamꝰ ge.

Sacre nobis q̄s dn̄e obſeruationis ieiunia: et pie cōuerſationis augmentū/ et tue ꝓpiciationis continuū preſtent auxiliū. Per dn̄. Lectio libri exodi. xxxij. c.

In diebus illis: Locutus eſt dn̄s ad moyſē dicens. Deſcēde de monte q2 peccauit ppl's tuꝰ quē eduxiſti de terra egypti. Receſſerunt cito de via: quā oſtēdiſti eis. Feceruntq; ſibi vitulū conflatilē et adorauerūt: atq; immolantes ei hoſtias dixerunt. Iſti ſunt dij tui iſrael: qui te eduxerunt de terra egypti. Rurſumq; ait dn̄s ad moyſem. Cerno ꝙ populus iſte dure ceruicis ſit: dimitte me vt iraſcatur furor meꝰ contra eos/ et delē eos: faciāq; te in gentem magnā. Moyſes aūt orabat dn̄m deū ſuum dicens. Cur dn̄e iraſcit furor tuus contra ppl'm tuū quē eduxiſti de terra egypti: in fortitudine magna et in manu robuſta? Ne q̄ſo dicant egyptij: callide eduxit eos vt interficeret in montibus/ et deleret eos de t̄ra. Quieſcat ira tua et eſto placabilis ſup nequicia populi tui. Recordare abrahā/ yſaac et iſrael ſeruoꝝ tuorū: q̄bus iuraſti per temetipſū dicens. Multiplicabo ſemen veſtrū ſicut ſtellas celi: ꝛ vniuerſā terrā hanc de qua locutus ſum dabo ſemini veſtro/ et poſſidebitis eā ſemp. Placatus q; eſt dn̄s ne faceret malū: qd locutus fuerat aduerſus populū ſuum. Et miſertus eſt ppl'o ſuo: dn̄s deꝰ noſter. Gr. Exurge dn̄e fer opē nobis: et libera nos ꝓpter nomen tuū. V. Deus auribus nr̄is audiuimus patres noſtri annūciauerūt nobis: opꝰ qd operatus es in diebus eoꝝ/ et in diebꝰ antiquis. Secundū iohannem. vij.

In illo tp̄e Jam die feſto mediante aſcēdit ieſus in templū:et docebat. Et mirabant̄ iudei:dicētes. Quō hic litteras ſcit cū non didicerit? Reſpōdit eis ieſus et dixit. Mea doctrina nō eſt mea:ſʒ ei⁹ q̄ miſit me. Si q̄s voluerit volūtatē ei⁹ facē: cognoſcet de doctrina:vtrū ex deo ſit an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquit̄:gloriā ꝓpriā querit. Qui autē q̄rit gloriā eius q̄ miſit illū:hic verax eſt/⁊ iniuſticia in illo nō eſt. Nōne moyſes dedit vobis legē:⁊ nemo ex vobis facit legē? Quid me q̄ritis interficere? Rn̄dit ei turba:et dixit. Demoniū hēs. Quis te q̄rit interficere? Reſpōdit ieſ⁹: et dixit eis. Unū opus feci:et oēs miramini. Propt̄ea moyſes dedit vobis circūciſionē/nō qꝛ ex moyſe eſt ſed ex p̄ribus. et in ſabbato circūciditis hoiem. Si circūciſionē accipit hō in ſabbato vt nō ſoluat̄ lex moyſi:michi indignamini qꝛ totū hoiem ſanū feci in ſabbato. Nolite iudicare ſcd̄m faciē: ſʒ iuſtū iudiciū iudicate. Dicebant aūt quidā:ex hieroſolymis. Nōne hic eſt quē querūt interficere? Ecce palā loquit̄:et nichil ei dicunt? Nunq̄d vere cognouerūt p̄ncipes qꝛ hic eſt xp̄s? Sed hūc ſcim⁹ vnde ſit. Xp̄s aūt cū venerit:nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docēs in tēplo ieſ⁹:⁊ dicēs. Et me ſcitis:⁊ vnde ſim ſcitis/⁊ a meipſo nō veni ſed eſt verus q̄ miſit me quem vos neſcitis. Ego aūt ſcio eū: Et ſi dixero qꝛ neſcio eū:ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eū:qꝛ ab ipſo ſum/et ipſe me miſit. Querebant ergo eū apprehēdere:et nemo miſit in illū man⁹/qꝛ nondū venerat hora eius. De turba aūt: multi crediderūt in eū. Offr. Expectans expectaui dn̄m et reſpexit me: et exaudiuit dep̄catiōnē meā ⁊ immiſit in os meū cāticū nouū hymnū deo nr̄o. V. Statuit ſupra petrā pedes meos:⁊ direxit greſſus meos. Secreta.

Fidelium tuorū dn̄e q̄s hoſtias ꝓpicius intuere: vt qd̄ oblatū eſt per obſequiū/et deuotoꝝ vota famuloꝝ/tua potius ꝓpiciatiōe firmet̄. P. Cō. Letabimur in ſalutari tuo ⁊ i noīe dn̄i dei nr̄i magnificabimur.

P⁹cō. Proſit nob̄ q̄s dn̄e ſacer cibus pot⁹ꝗ ſalutaris: et q̄ tp̄alē vitam muniat ⁊ preſtet eternā. P. Sup pp̄lm. Humil. or.

Miſerere q̄s dn̄e populo tuo et ꝯtinuis tribulationibus laborantē: propici⁹ reſpirare cōcede. Per.

Fe. quarta. Officiū.

Dum ſanctificatus fuero in vobis cōgregabo vos de vniuerſis terris et effundā ſup vos aquā mundā: et mūdabimini ab oibus inq̄namentis veſtris:⁊ dabo vobis ſpm̄ nouū. Ps. Benedicā dn̄m in oi tp̄e: ſemꝑ laus eius in ore meo. Sequitur oro ſine: Dn̄s vobiſcū ſʒ tm̄ cū Orem⁹ et Fle. ge. Or.

Deus q̄ et iuſtis premia meritorū et pctōribus per ieiuniū veniā prebes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reat⁹ noſtri confeſſio/indulgentiā valeat percipere delictorum. Per dn̄m nr̄m.

Lectio ezechielis ꝓphete. xxxvi. c.

Hec dicit dn̄s deus Sanctificabo nomē meū magnū: vt ſciant gentes qꝛ ego dn̄s cū ſctificatus fuero in vobis coram eis. Tollā quippe vos de gentibus: et ꝯgregabo vos de vniuerſis terris:et adducā vos in terrā veſtrā. Et effundā ſuper vos aquā mun dam:et mūdabimini ab oībus inquinamentis veſtris/⁊ ab vniuerſis ydolis veſtris mundabo vos Et dabo vobis coꝛ nouū:et ſpiritum nouū ponā in medio veſtri. Et auferā coꝛ lapideū de carne veſtra:et dabo vobis coꝛ carneū/et ſpūm meū ponā in medio vr̄i. Et faciā vt in preceptis meis ambuletis:et iudicia mea cuſtodiatis ⁊ operemini. Et habitabitis i terra:quā dedi patribus veſtris. Et eritis michi in pp̄lm:⁊ ego ero vobis in deū/dicit dn̄s oīps. Gr̄. Venite filij audite me: timoꝛē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini et facies veſtre non confūdentur. Nō repetatur grad. ſed ſequat Dn̄s vobiſcū. et Flectam' ge. Le. Oro.

Preſta q̄s omipotēs deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant:ipſa quoq; deuotio ſācta letificet: vt terrenis affectib' mitigatis:facilius celeſtia capiam'. Per dn̄m. Hic dicunt memoꝛie cō ſuete. Lectio yſaye pphete. i.cap.

Hec dicit dn̄s deus:Lauamini mūdi eſtote:auferte malum cogitationū veſtrarū ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe:diſcite bn̄facere. Querite iudiciū/ſubuenite oppreſſo/iudicate pupillo/defēdite viduā/et venite et arguite me dicit dn̄s Si fuerint pctā veſtra vt coccinū: quaſi nix dealbabunt. Et ſi fuerint rubꝛa quaſi vermiculus:velut lana alba erūt. Si volueritis et audieritis me:bona terre comedetis. Dicit dn̄s oīps. Gr̄. Beata gens cuius eſt dn̄s de' eoꝛū ppl's quē elegit dn̄s in hereditatē ſibi. ℣. Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oꝛis eius omis virtus eoꝛum. Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me dn̄e vide humilitatē meā et laboꝛē meū et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus in te cfido non erubeſcā/neq; irrideāt me inimici mei. ℣. Etenī vniuerſi qui te expectāt non cōfundētur:cōfundant oēs facientes vana. Secundū iohannem ix.

In illo tp̄e Preteriens ieſus vidit hoīem cecū a natiuitate. Et interrogauerūt eū diſcipuli ſui. Rabbi:q̄s peccauit hic aut parentes eius:vt cecus naſceret? Reſpōdit ieſus Neq; hic peccauit neq; parentes eius:ſed vt manifeſtentur opa dei in illo. Me opoꝛtet operari opa ei' qui miſit me: donec dies eſt. Venit nox quādo nemo poteſt operari. Quādiu in mūdo ſum:lux ſum mūdi. Hoc cū dixiſſet:expuit in terrā et fecit lutum ex ſputo/⁊ liniuit lutū ſuper oculos eius/et dixit ei. Vade ⁊ laua in natatoꝛia ſyloe:quod interpretat miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit et venit vidēs. Itaq; vicini ⁊ qui viderant eū prius qꝛ mēdicus erat:dicebant. Nōne hic eſt qui ſedebat:et mēdicabat? Alij dicebāt qꝛ hic eſt. Alij aūt nequaq̄:ſed ſimilis eſt ei'. Ille vero dicebat:qꝛ ego ſum. Dicebant ergo ei. Quō aperti ſunt oculi tui? Rn̄dit Ille hō qui dicit ieſus lutū fecit:et vnxit ocl'os meos/et dixit michi Vade ad natatoꝛiā ſyloe:et laua. Et abij:et laui/et video. Dixerūt ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducūt eum ad phariſeos:qui cecus fuerat. Erat autē ſabbatū quādo lutum fecit ieſus:et aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabant eum phariſei:quomodo vidiſſet? Ille aūt dixit eis Lutū poſuit michi ſup oculos:⁊ laui/⁊ video. Dicebant ergo ex phariſeis quidam

Non eſt hic hō a deo: qui ſabbatū nō cuſtodit. Alij aūt dicebāt Quō poteſt homo pctōꝛ hec ſigna facere? Et ſciſma erat iter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu qd dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit qꝛ ꝓpheta eſt. Nō crediderūt ergo iudei de eo/ qꝛ cec⁹ fuiſſet ⁊ vidiſſet: donec vocauerūt parentes eius qui viderat. Et iterrogauerunt eos: dicētes. Hic eſt fili⁹ veſter: quē vos dicitis qꝛ cecus natus eſt? Quō ergo nūc videt? Reſponderūt eis parētes eius: et dixerūt. Scimus qꝛ hic eſt fili⁹ noſter: ⁊ qꝛ cecus nat⁹ eſt. Quomodo aūt nunc videat neſcim⁹: aut quiſ eius aperuit oculos/ nos neſcim⁹ Ipſū iterrogate: etatē habet Ipſe de ſe loquaꝛ. Hec dixerūt parentes eius: qm̄ timebāt iudeos. Iā eni cōſpirauerāt iudei/ vt ſi qs eū ꝯfiteretꝛ eē xp̄m: extra ſynagogā fieret. Propterea parētes ei⁹ dixerunt: qꝛ etatē habet/ ipſū interrogate Vocauerūt ergo rurſū hoīez qui fuerat cecus: et dixerūt ei Da gloriā deo. Nos ſcimus qꝛ hic homo pctōꝛ eſt. Dixit ergo ille. Si pctōꝛ eſt neſcio: vnū ſcio. qꝛ cecus cū eēm modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: quō aperuit tibi oculos? Reſpōdit eis. Dixi vobis iā: et audiſtis. Quid iterū vultis audire? Nunqd et vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: et dixerūt. Tu diſcipulus illi⁹ ſis: nos aūt moyſi diſcipuli ſumus Nos ſcim⁹ qꝛ moyſi locut⁹ eſt deus: hunc aūt neſcimus vnde ſit. Rn̄dit ille hō: et dixit eis. In hoc eni mirabile eſt/ qꝛ vos neſcitis vnde ſit: et aperuit oculos meos. Scim⁹ aūt: qꝛ pctōres deus non audit. Sed ſi qs dei cultoꝛ eſt/ et voluntatē eius facit: hunc exaudit. A ſeculo nō eſt auditū: qꝛ aperuit qs oculos ceci nati Niſi eſſet hic a deo: nō poterat facere quicq̄. Rn̄derūt et dixerunt ei. In pctīs natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerūt eū foꝛas. Audiuit ieſus qꝛ eiecerūt eum foras: et cū iueniſſet eū dixit ei. Tu credis in filiū dei? Rn̄dit ille: ⁊ dixit. Quis eſt dn̄e: vt credā in eum Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum et qui loquitꝛ tecū/ ipſe eſt. At ille ait. Credo dn̄e. Et pꝛocidēs adorauit eum. Offr. Benedicite gentes dn̄m deū noſtrū ⁊ obaudite vocē laudis eius qui poſuit aīam meā ad vitā et nō dedit cōmoueri pedes meos: benedictus dn̄s qui nō amouit depꝛecationē meā ⁊ miam ſuā a me. ℣ Jubilate deo oīs t̄ra pſalmū dicite noī ei⁹ date gl'az laudi ei⁹

Supplices te rogam⁹ oīps Sē deus: vt his ſacrificijs pctā noſtra mūdentꝛ: qꝛ tūc verā nobis tribuis et mentis ⁊ coꝛpoꝛis ſanitatē. Per dn̄. Cōio. Lutū fecit ex ſputo dn̄s et liniuit oculos meos: et abij/ et laui/ et vidi/ et credidi deo. Poſtcōio.

Sacramenta q̄ ſūpſimus dn̄e deus noſter: et ſpūalib⁹ nos inſtruāt alimentis/ ⁊ coꝛpoꝛalib⁹ tueantꝛ auxilijs Per dn̄m. Super populū Humiliate capi. ve. Oro.

Pateant aures mīe tue domine precibus ſupplicantiū: et vt petentibus deſiderata cōcedas: fac eos q̄ tibi placita ſunt poſtulare. Per. ¶ Feria. v. Officiū.

Letetur coꝛ querentiū dn̄m: querite dn̄m ⁊ cōfirmamini/ querite faciem eius ſemꝑ. ps. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomen eius: annūciate inter gentes opera ei⁹. Oremus. Flecta⁹ genua Leuate. Or

Preſta q̃s oĩs deꝰ: vt quos ieiunia votiua caſtigāt: ipſa quoqꝫ deuotio ſancta letificet. vt terrenis affectibus mitigatis facilius celeſtia capiamꝰ. Per dominū. Lectio libꝛi regum. iiij. iiij

IN diebus illis: Venit mulier ſunamitꝭ ad helyſeū pꝛophetā: in montē carmeli. Cūqꝫ vidiſſet eā vir dei de contra ait ad giezi puerū ſuū. Ecce ſunamitis illa. Vade ergo in occurſū eius: et dic ei. Recte ne agitꝛ circa te: et circa virum tuū / et circa filiuꝫ tuū? Que reſpōdit. Recte. Cūqꝫ veniſſet ad virū dei in montē: appꝛehēdit pedes eius. Et acceſſit giezi: vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eā: aīma eni eius in amaritudine poſita eſt / et dn̄s celauit a me / et nō indicauit michi. Que dixit illi. Nunqđ petiui filium a dn̄o meo? Nūquid nō dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi Accinge lūbos tuos: ⁊ tolle baculū meū ī manu tua / et vade Si occurrerit tibi homo: non ſalutes eum. Et ſi ſalutauerit te quiſpiā / non reſpondeas illi: et pones baculū meū ſuper faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dn̄s / et viuit aīa tua: nō dimittā te. Surrexit ergo: et ſecutus eſt eā. Giezi aūt pꝛeceſſerat ante eos: ⁊ poſuerat baculū ſuꝑ faciē pueri / et nō erat vox neqꝫ ſenſus. Reuerſusqꝫ eſt giezi in occurſū eius: et nūciauit ei dicēs. Non ſurrexit puer Ingreſſus eſt ergo helyſeus domū: et ecce puer moꝛtuus iacebat in lectulo eiꝰ. Ingreſſusqꝫ clauſit oſtium ſuꝑ ſe et ſuper puerū: ⁊ oꝛauit ad dn̄m. Et aſcēdit et icubuit ſuper puerū: poſuitqꝫ os ſuū ſuper os eius / ⁊ oculos ſuos ſuꝑ oculos eius / et manus ſuas ſuper manꝰ eius / et incuruauit ſe ſuper eū / et calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus: deābulauit in domo ſemel huc et illuc. Et aſcēdit et incubuit ſuꝑ puerū: et oſcitauit puer ſepties / aperuitqꝫ oculos ſuos At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca ſunamitē hanc. Que vocata: ingreſſa eſt ad eū. Cui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa / et coꝛruit ad pedes eius: et adoꝛauit ſuper terram. Tulitqꝫ filiū ſuū: et egreſſa eſt. Helyſeus vero reuerſus eſt in galgala. Gr. Reſpice dn̄e in teſtamētum tuū: et aīas pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in finē. V. Exurge dn̄e et iudica cauſā meā: meōꝛ eſto oppꝛobꝛij ſeruorum tuoꝛum Secundū iohannē. v

IN illo tp̄e: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Pater meus vſqꝫ modo operatꝛ: et ego opoꝛ. Pꝛopterea ergo magis q̃rebant eum iudei interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatū / ſed et patrē ſuum dicebat deū / equalē ſe faciens deo. Rn̄dit itaqꝫ ieſus: et dixit eis Amen amē dico vobis: nō poteſt filius a ſe facere quicq̄ / niſi qđ viderit patrē facientē. Quecūqꝫ eni ille fecerit: hec et filius ſimiliter facit Pater eni diligit filiū: ⁊ oīa demōſtrat ei q̄ ipſe facit / et maiora his demonſtrabit ei oꝑa / vt et vos miremini Sicut eni pater ſuſcitat moꝛtuos et viuificat: ſic et filius q̃s vult viuificat. Neqꝫ eni pater iudicat quēq̄: ſed oē iudicium dedit filio / vt omēs honoꝛificent filiū ſicut honoꝛificant pꝛem Qui nō honoꝛificat filiū: nō honoꝛificat patrē q̇ miſit illū Amen amen dico vobis: qꝛ qui verbum meū audit et credit ei q̇ miſit me / habet vitā eternā. Et in iudiciū non veniet: ſed tranſiet a morte ī vitam. Amen amē dico vobis: qꝛ venit hora et nūc eſt quādo mortui audiēt vocē filij dei/et qui audierint viuēt. Sicut enī pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit et filio vitā habere in ſemetipſo. Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere: qꝛ filius homīs eſt. Nolite mirari hoc: qꝛ venit hora in qua oēs qui in monumētis ſunt: audiēt vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt: in reſurrectionē vite. Qui vero mala egerūt: in reſurrectionē iudicij. Offe. Dñe ad adiuuandū me feſtina: confundātur oēs aduerſum me qui cogitant michi mala. ℣. Expectans expectaui dominū: et reſpexit me de lacu miſerie et de luto fecis. Secrē.

Purifica nos miſericors deꝰ: vt eccl'e tue preces que tibi grate ſunt pia munera deferētes fiāt expiatis mētibꝰ gratiores. P. Cō. Dñe memorabor iuſticie tue ſoliꝰ deus docuiſti me a iuuētute mea ⁊ vſqꝫ ī ſenectā ⁊ ſeniū deꝰ ne dereliq̄s me. Pꝰ cō.

Celeſtia dona capiētibꝰ q̄s dñe nō ad iudiciū peruenire patiaris: q̄ tuis fidelibꝰ ad remedia ꝓuidiſti. P. Sup ppl'z. Humil. or.

Populi tui deus īſtitutor et rector/pctā quibus īpugnatur expelle: vt ſemper tibi placitꝰ et tuo munimine ſit ſecurus. P d.

Feria ſexta. Ad miſſam. Offm̄.

Meditatio cordis mei ī cōſpectu tuo ſemꝑ dñe adiutor meus et redēptor meus. ℣. Celi enarrant gloriā dei: et opa manuū eius annunciat firmamentū. Flecta. ge. Or.

Deus qui ineffabilibus mūdū renouas ſacramētis: preſta q̄s: vt eccleſia tua eternis ꝓficiat inſtitutis: et tēporalibus nō deſtituatur auxilijs. Per dñm.

Lectio libri regum. iij. vij. capo.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matriſfamilias: et erat languor fortiſſimus/ita vt nō remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad helyam. Quid michi et tibi vir dei? Ingreſſus es ad me vt rememorarent̄ iniquitates mee: et interficeres filiū meū? Et ait ad eā helyas. Da michi filium tuū. Tulitqꝫ eū de ſinu illiꝰ: ⁊ portauit eū in cenaculū vbi ipſe manebat. Et poſuit eū ſuꝑ lectū ſuū: et clamauit ad dñm/et dixit. Dñe deus meꝰ etiā ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ ſuſtentor afflixiſti/vt interficeres filiū eius? Et expandit ſe atqꝫ menſus eſt ſuꝑ puerū tribus vicibꝰ: clamauitqꝫ ad dñm et ait. Dñe deus meꝰ reuertatur oro aīa pueri huiꝰ: in viſcera eiꝰ. Exaudiuit aūt dñs vocē helye: ⁊ reuerſa eſt aīa pueri intra eū: et reuixit. Tulitqꝫ helyas puerū: et depoſuit eū de cenaculo in inferiorem domū/⁊ tradidit illū matri ſue et ait illi. En viuit filius tuꝰ. Dixitqꝫ mulier ad helyā. Nunc in iſto cognoui qm̄ vir dei es tu: et verbū dñi in ore tuo verū eſt. Gr. Bonū eſt confidere in dño: q̄ confidere in homie. ℣. Bonū eſt ſperare in dño: q̄ ſperare in principibus. Tractus.

Domine nō ſcđm peccata noſtra que fecimꝰ nos: neqꝫ ſcđm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarū/cito anticipent nos miſericordie tue/qꝛ pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic nō fiat genu flexio cū dicit ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriā nominis tui dñe libera nos/et ꝓpicius eſto pctis noſtris propter nomen tuū. S. iohannē. xi.

In illo tẽpoꝛe: Erat quidã languens lazarus a bethania: de caſtello marie et marthe ſoꝛoꝛũ eius. Maria aũt erat q̃ vnxit dñm vnguẽto: ⁊ exterſit pedes eius capillis ſuis: cuiꝰ frater lazarus infirmabat᷑. Miſerũt ergo ſoꝛoꝛes eius: ad eũ dicẽtes. Dñe ecce quẽ amas: infirmat᷑. Audiens aũt ieſꝰ: dixit eis. Infirmitas hec nõ eſt ad moꝛtẽ: ſed ꝓ glia dei/ vt glificet᷑ filius dei per eam. Diligebat aũt ieſus marthã ⁊ ſoꝛoꝛẽ eiꝰ mariã et lazarũ. Ut ergo audiuit qꝛ infirmabat᷑: tunc quidẽ manſit in eodẽ loco duobus diebꝰ. Deinde poſt hec: dixit diſcipulis ſuis. Eamꝰ in iudeã iterũ. Dicũt ei diſcipuli. Rabbi/ nũc querebãt te iudei lapidare: et iterũ vadis illuc? Reſpondit ieſus. Nõne duodecĩ ſunt hoꝛe diei? Si q̃s ambulauerit in die nõ offendit: qꝛ lucẽ huiꝰ mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte offendit: qꝛ lux nõ eſt in eo. Hec ait: et poſt hec dixit eis Lazarus amicꝰ noſter doꝛmit: ſed vado vt a ſõno excitem eũ. Dixerunt ergo diſcipuli eiꝰ. Dñe ſi doꝛmit: ſaluus erit. Dixerat aũt ieſus de moꝛte eiꝰ: illi aũt putauerũt qꝛ de doꝛmitione ſõni diceret. Tunc ergo dixit eis ieſus manifeſte Lazarus moꝛtuus eſt: et gaudeo pꝛopter vos/ vt credatis qm̃ non erã ibi. ſed eamꝰ ad eũ Dixit ergo thomas qui dicit᷑ didimꝰ: ad cõdiſcipulos. Eamꝰ ⁊ nos: et moꝛiamur cũ eo. Uenit itaq; ieſus: et iuenit eũ quattuoꝛ dies iã in monumẽto habẽtẽ. Erat aũt bethania iuxta hieroſolymã: q̃ſi ſtadijs quidecim. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã et mariã: vt cõſolarent᷑ eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit qꝛ ieſus venit: occurrit illi. Maria aũt: domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſum Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus nõ fuiſſet moꝛtuus. Sed ⁊ nunc ſcio: qꝛ quecũq; popoſcerꝭ a deo/ dabit tibi deus. Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectiõe: in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio: ⁊ vita. Qui credit in me etiã ſi moꝛtuus fuerit: viuet. Et oĩs qui viuit et credit in me: non moꝛiet᷑ in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiq; domĩe Ego credidi qꝛ tu es xp̃s filiꝰ dei viui: q̃ in hũc mundũ veniſti. Et cum hec dixiſſet: abijt et vocauit mariã ſoꝛoꝛẽ ſuam ſilentio dicẽs. Magiſter adeſt: et vocat te. Illa vt audiuit: ſurrexit cito/ et venit ad eũ. Nondũ eñi venerat ieſus ĩ caſtellũ: ſed erat adhuc in loco illo/ vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erãt cũ ea in domo ⁊ cõſolabant᷑ eã cũ vidiſſent mariã qꝛ cito ſurrexit et exijt: ſecuti ſũt eam dicentes/ qꝛ vadit ad monumentũ vt ploꝛet ibi. Maria ergo cũ veniſſet vbi erat ieſus: videns eum cecidit ad pedes eius/ ⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic: nõ eſſet moꝛtuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit eam ploꝛantẽ: et iudeos qui venerant cum ea ploꝛantes/ infremuit ſpũ et turbauit ſemetipſũ/ et dixit Ubi poſuiſtis eũ? Dicunt ei. Dñe: veni et vide. Et lachꝛymatus eſt ieſus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eũ Quidã aũt ex ipſis dixerũt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt hic non moꝛeret᷑ Ieſus ergo rurſũ fremens in ſemetipſo: venit ad monumentum

Erat aũt ſpelũca: ⁊ lapis ſuppoſitus erat ei. Ait ieſus. Tollite lapidẽ. Dixit ei martha: ſoroꝛ eius qui moꝛtuꝰ fuerat. Dñe/ iã fetet: quatriduanus eni eſt. Dixit ei ieſus. Nonne dixi tibi quia ſi credideris: videbis gloꝛiã dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Jeſus autẽ eleuatis ſurſũ oculis in celũ: dixit. Pater gr̃as ago tibi: quoniã audiſti me Ego aũt ſciebã qꝛ ſemper me audis: ſed ꝓpter pp̃lm qui circũſtat dixi/ vt credant qꝛ tu me miſiſti. Hec cũ dixiſſet: voce magna clamauit. Lazare veni foꝛas. Et ſtatim ꝓdijt q̃ fuerat moꝛtuꝰ: ligatꝰ pedes et manus inſtitis et facies illiꝰ ſudario erat ligata Dicit eis ieſus. Soluite eum: et ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariã et marthã et viderant q̃ fecit ieſus: crediderũt in eũ. Offer. Populũ humilẽ ſaluũ facies dñe ⁊ oculos ſuperboꝝ humiliabis qm̃ q̃s deus pꝛeter te dñe? V. Clamoꝛ meꝰ in ꝯſpectu eiꝰ itroiuit in aures eiꝰ. Sẽ.

MUnera nos domine queſumus oblata purificent: et te nobis faciant iugiter eſſe placatũ. Per dñm. Cõio. Videns dñs flentes ſoꝛoꝛes lazari ad monumentũ lachꝛymatus eſt coꝛã iudeis et clamabat: lazare veni foꝛas. et pꝛodijt ligatꝰ manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus moꝛtuus. Poſtcõio.

HEc nos q̃s dñe participatio ſacramenti: et a pꝛopꝛijs reatibus indeſinenter expediat: et ab oĩbus tueaꝛ aduerſis. Per dñm. Sup pp̃lm. Humiliate capita. Or.

DA q̃s oĩps deus: vt qui infirmitatis noſtre cõſcij de tua pietate confidimus: ſub tua pꝛotectione ſemper gaudeamus. P d.

¶ Sabbato. Ad miſſam. Officiũ

SItientes venite ad aq̃s dicit dñs: ⁊ qui non habetis pꝛeciũ venite ⁊ bibite cũ leticia. Ps. Attendite pp̃le meꝰ legẽ meã: inclinate aurẽ vr̃am in verba oꝛis mei. Flecta. Oro.

FIat q̃s dñe per gratiã tuã fructuoſus noſtre deuotionis affectus: qꝛ tunc nobis pꝛoderunt ſuſcepta ieiunia/ ſi tue ſint placita voluntati. Per dominuꝫ. Lectio yſaie pꝛophete. xlix. capl.

HEc dicit dñs deus: In tẽpoꝛe placito exaudiui te: et in die ſalutis auxiliatꝰ ſum tui. Et ſeruaui te/ et dedi te in fedus populi vt ſuſcitares terrã et poſſideres hereditates diſſipatas: vt diceres his qui vincti ſunt exite/ et his q̃ in tenebꝛis reuelamini. Super vias paſcenꝛ: et in oĩbus planis paſcue eoꝝ. Non eſurient neq; ſitient: et nõ percutiet eos eſtus et ſol: qꝛ miſeratoꝛ eoꝝ reget eos et ad fontes aquarũ potabit eos. Et ponã oẽs montes meos in viam: ⁊ ſemitte mee exaltabunꝛ. Ecce iſti de longe venient: et ecce illi ab aq̃lone et mari/ et iſti de t̃ra auſtrali. Laudate celi et exultet terra: iubilate montes laudẽ qꝛ cõſolatus eſt dñs populũ ſuũ/ et pauperũ ſuoꝝ miſerebiꝛ. Et dixit ſyõ Dereliquit me dñs: et dñs oblitꝰ eſt mei. Nũq̃d obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuũ: vt non miſereaꝛ filio vteri ſui? Et ſi oblita fuerit: ego tamen nõ obliuiſcar tui. dicit dñs oĩps. Gr. Tibi dñe derelictus eſt pauper/ pupillo tu eris adiutoꝛ. V. Vt quid dñe receſſiſti lõge deſpicis in opoꝛtunitatibus in tribulatione: dũ ſuꝑbit ĩpius incẽdiꝛ pauper. S. ioh̃em. viij.

c. At ipſe reſpōdens: ait. ✠ Qui intingit mecū manū in paropſide: hic me tradet. Fili⁹ quidē hoīs vadit: ſicut ſcriptū eſt de illo. Ve aūt hoī illi: ꝑ quē filius hoīs tradet᷑. Bonū erat ei: ſi nat⁹ nō fuiſſet hō ille. c. Rn̄dens aūt iudas q̄ tradidit eū: dixit. s. Nunqđ ego ſū rabbi? c. Ait illi. ✠ Tu dixiſti. c. Cenātibus aūt eis: accepit ieſus panē et bn̄dixit ac fregit/ deditq; diſcipulis ſuis et ait. ✠ Accipite et comedite: hoc eſt corp⁹ meū. c. Et accipiēs calicē grās egit: et dedit illis dicēs ✠ Bibite ex hoc oēs. Hic eſt enī ſanguis me⁹ noui teſtamēti: q̄ pro multis effūdet᷑ in remiſſionē peccatoꝝ. Dico aūt vobis: nō bibā amodo de hoc genimine vitis vſq; in diē illū cū illud bibā vobiſcū nouū in regno pr̄is mei. c. Et hymno dicto: exierūt in montē oliueti. Tūc dixit illis ieſus. ✠ Oēs vos ſcandalū patiemini in me: in iſta nocte. Scriptū eſt enī. Percutiā paſtoꝛē: et diſpergētur oues gregis. Poſtq̄ aūt reſurrexero: precedā vos ī galileā. c. Rn̄dēs aūt petr⁹: ait illi. s. Et ſi oēs ſcādalizati fuerit in te: ego nūq̄ ſcādalizaboꝛ. c. Ait illi ieſus. ✠ Amē dico tibi: q2 in hac nocte āteq̄ gallus cātet: ter me negabis. c. Ait illi petr⁹. s. Etiā ſi oportuerit me mori tecū: nō te negabo. c. Similiter et oēs diſcipuli dixerūt. Tūc venit ieſus cū illis in villā q̄ dicit᷑ gethſemani: ⁊ dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic: donec vadā illuc ⁊ orē. c. Et aſſūpto petro et duob⁹ filijs zebedei: cepit cōtriſtari et meſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt aīa mea: vſq; ad mortē. Suſtinete hic: et vigilate mecū. c. Et progreſſus puſillū: ꝓcidit in faciē ſu tem orans ⁊ dicẽs. ✠ Mi pater: ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte Ueruntamen nõ ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu. c. Et venit ad diſcipulos et inuenit eos dormiẽtes. Et dixit petro. ✠ Sic. Non potuiſtis vna hora vigilare mecũ. Uigilate et orate: vt nõ intretis in tẽtationẽ Spũs quidẽ promptus eſt: caro autem infirma. c. Iterũ ſecũdo abijt: ⁊ orauit dicẽs. ✠ Pater mi ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bibã illũ: fiat volũtas tua. c. Et venit iterũ: et inuenit eos dormiẽtes. Erant eni oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis iteruz abijt: et orauit tercio eundẽ ſermonẽ dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: et dixit illis. ✠ Dormite iam: et requieſcite. Ecce appropinquabit hora: et filius hoīs tradetur in manus pctõꝝ. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. c. Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vnus de duodecim venit/ et cum eo turba multa cũ gladijs et fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotũ et ſenioribꝰ populi. Qui autẽ tradidit eũ: dedit illis ſignum dicens. s. Quẽcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eũ. c. Et confeſtim accedẽs ad ieſum: dixit. s. Aue rabbi. c. Et oſculatꝰ eſt eum. Dixitq; illi ieſus. ✠ Amice: ad quid veniſti? c. Tunc acceſſerunt ⁊ manus iniecerũt in ieſũ: et tenuerũt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cuz ieſu: extendens manũ exemit gladiũ ſuũ: et percutiẽs ſeruũ principis ſacerdotũ amputauit auriculã eius. Tunc ait illi ieſus. ✠ Conuerte gladiũ tuũ in locum ſuũ. Oẽs eni qui acceperint gladiũ: gladio peribunt An putas qꝛ non poſſum rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit michi modo pluſq̃ duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur ſcripture? Quia ſic oportet fieri. c. In illa hora: dixit ieſus turbis. ✠ Tanq̃ ad latronem exiſtis cũ gladijs et fuſtibus cõprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: et nõ me tenuiſtis. c. Hoc autẽ totũ factuz eſt: vt adimplerẽtur ſcripture prophetarũ. Tunc diſcipuli oẽs: relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes ieſum/ duxerũt ad cayphã principẽ ſacerdotũ: vbi ſcribe et ſeniores cõuenerant. Petrus autẽ ſequebatur eũ alonge: vſq; in atriũ principis ſacerdotũ. Et ingreſſus intro: ſedebat cũ miniſtris vt videret finẽ. Principes autẽ ſacerdotũ et oĩs conſiliũ querebant falſũ teſtimoniũ contra ieſũ: vt eũ morti traderent. Et non inuenerunt: cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autẽ venerunt duo falſi teſtes: et dixerũt. s. Hic dicit Poſſum deſtruere templũ dei: et poſt triduũ reedificare illud. c. Et ſurgẽs princeps ſacerdotuz: ait illi. s. Nichil reſpondes ad ea que iſti aduerſuz te teſtificantur? c. Ieſus autẽ tacebat. Et princeps ſacerdotũ: ait illi. s. Adiuro te per deum viuũ: vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei viui. c. Dicit illi ieſus ✠ Tu dixiſti. Ueruntamen dico vobis: amodo videbitis filiũ hoīs ſedentẽ a dextris virtutis dei/ et venientẽ in nubibus celi. c. Tunc prĩces ſacerdotũ ſcidit veſtimẽta ſua dicẽs. s. Blaſphemauit Quid adhuc egemꝰ teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur? c. At illi reſpondẽtes dixerunt. s. Reus eſt mortis. c. Tũc expuerũt in faciẽ eiꝰ: et colaphis eum ceciderūt. Alij aūt palmas in faciē ei dederūt: dicentes. s. Prophetiza nobis xp̄e: q̄s eſt qui te percuſſit? c. Petr⁹ aūt ſedebat foris in atrio: et acceſſit ad eū vna ancilla dicens. s. Et tu cū ieſu galileo eras. c. At ille negauit corā om̄ibus dicēs. s. Neſcio quid dicis. c. Exeūte autē illo ianuā: vidit eū alia ancilla/ et ait his qui erāt ibi. s. Et hic cū ieſu nazareno erat. c. Et iterū negauit cū iuramento: qꝛ non noui hoīem. Et poſt puſillum acceſſerūt qui ſtabāt: et dixerunt petro. s. Uere et tu ex illis es nā et loquela tua manifeſtū te facit. c. Tūc cepit deteſtari et iurare qꝛ nō nouiſſet hoīem. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordatus eſt petr⁹ verbi ieſu qd̄ dixerat: priuſq̄ gallus cātet/ ter me negabis. Et egreſſus foras: fleuit amare. Mane aūt facto: cōſiliū inierunt oēs principes ſacerdotū et ſeniores populi aduerſus ieſū/ vt eum morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: et tradiderūt poncio pylato preſidi. Tunc vidēs iudas qui eū tradidit qꝛ dānatus eſſet: penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū et ſenioribus dicēs. s. Peccaui tradēns ſanguinē iuſtū. c. At illi dixerunt. s. Quid ad nos? Tu videris. c. Et proiectis argenteis in tēplo receſſit: et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes aūt ſacerdotū acceptis argēteis: dixerūt. s. Nō licet mittere eos ī corbanā: qꝛ preciū ſanguinis eſt. c. Conſilio aūt inito/ emerūt ex eis agrū figuli: in ſepulturā peregrinorū. Propt̄ hoc vocatus eſt ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſanguis vſq3 in hodiernū diē. Tunc īpletū eſt qd̄ dictū eſt per hieremiā ꝓphetā dicentē. Et acceperūt triginta argēteos preciū appreciati: quē appreciauerūt a filijs iſrael/ et dederūt eos in agrū figuli ſicut conſtituit michi dn̄s. Jeſus aūt ſtetit āte preſidē. Et interrogauit eū preſes dicēs. s. Tu es rex iudeorū? c. Dicit illi ieſus. ✝ Tu dicis. c. Et cū accuſaret a principib⁹ ſacerdotū et ſenioribus: nichil reſpōdit. Tunc dixit illi pylat⁹. s. Non audis quāta aduerſū te dicūt teſtimonia? c. Et nō reſpōdit ei ad vllū verbū: ita vt miraret preſes vehemēter. Per diē aūt ſolennē cōſueuerat preſes dimittere pp̄lo vnum vinctū quē voluiſſent. Habebat aūt tūc vnū vinctū inſignē q̄ dicebat barrabas. Congregatis ergo illis: dixit pylatus. s. Quē vultis dimittā vobis: barrabā/ an ieſū qui dicitur xp̄s? c. Sciebat eni qꝛ per inuidiā tradidiſſent eum. Sedente aūt illo pro tribunali: miſit ad eū vxor eius dicēs. s. Nichil tibi et iuſto illi. Multa eni paſſa ſum hodie per viſū: propter eū. c. Principes aūt ſacerdotū et ſeniores perſuaſerūt populis vt peterēt barrabā: ieſū vero perderēt. Reſpondēs aūt preſes: ait illis. s. Quem vultis de duobus dimitti? c. At illi dixerūt. s. Barrabam. c. Dixit illis pylatus. s. Quid igitur faciam de ieſu: qui dicit xp̄s? c. Dicunt om̄s. s. Crucifigatur. c. Ait illis preſes. s. Quid eni mali fecit? c. At illi magis clamabant dicentes. s. Crucifigatur. c. Uidēs aūt pylatus qꝛ nichil ꝓficeret ſꝫ magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus ſuas corā populo dicens. s. Innocēs ego ſum a ſanguine iuſti huius: vos vide ſitis. c. Et reſpondēs vniuerſus populus: dixit. s. Sanguis eius ſup nos: ⁊ ſuper filios noſtros. c. Tūc dimiſit illis barrabā: ieſum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigerēt. Tunc milites preſidis ſuſcipiētes ieſū in pretoriū: congregauerūt ad eum vniuerſā cohortē. Et exuentes eū: clamidem coccineā circūdederūt ei. Et plectentes coronā de ſpinis poſuerūt ſuper caput eius: et arūdinē in dextera eius. Et genu flexo ante eū illudebant ei dicentes. s. Aue rex iudeorū. c. Et expuētes in eū: acceperunt arundinē et percutiebant caput eius. Et poſtq̄ illuſerūt ei/ exuerunt eū clamide: et induerūt eū veſtimentis eius: et duxerunt eū vt crucifigerēt. Exeuntes aūt inuenerūt hoīem cyreneū noīe ſymonē: hunc angariauerūt vt tolleret crucē eius. Et venerūt in locum qui dicit golgotha: qd̄ eſt caluarie loc⁹. Et dederunt ei vinū bibere: cū felle mixtū. Et cū guſtaſſet: noluit bibere. Poſtq̄ aūt crucifixerunt eū: diuiſerunt veſtimēta eius ſortē mittentes: vt adimpleretur quod dictū eſt per pphetam dicentē. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam miſerūt ſortē. Et ſedentes ſeruabant eū. Et impoſuerūt ſuper caput eius cauſā ipſius ſcriptam Hic eſt ieſus rex iudeorū. Tūc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus a dextris/et vnus a ſiniſtris. Pretereuntes aūt blaſphemabāt eū: mouentes capita ſua et dicentes. s. Vah qui deſtruis templū dei: et in triduo illud reedificas. Salua temetipſum. Si filius dei es: deſcende de cruce. c. Similiter et principes ſacerdotū illudētes ei cū ſcribis et ſenioribus: dicebāt. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſū nō poteſt ſaluū facere? Si rex iſrael eſt: deſcendat nūc de cruce/⁊ credim⁹ ei. Confidit in deo: liberet nūc eū ſi vult. Dixit enī: qꝛ fili⁹ dei ſū. c. Idipſū aūt et latrones qui crucifixi erant cū eo: improperabant ei. A ſexta autem hora/tenebre facte ſunt ſuper vniuerſā terrā: vſqꝫ ad horā nonā. Et circa horā nonā: clamauit ieſus voce magna dicens. ✠ Hely. hely. lamazabathani. c. Hoc eſt. ✠ Deus me⁹. deus meus vt qd̄ dereliquiſti me? c. Quidā autē illic ſtantes et audiētes: dicebant. s. Helyā vocat iſte. c. Et cōtinuo currēs vn⁹ ex eis acceptā ſpongiā impleuit aceto: et impoſuit arundini/et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebāt. s. Sine: videamus an veniat helyas liberās eū. c. Ieſus aūt iterū clamās voce magna: emiſit ſpiritū. Hic inclinet ſe dyacon⁹ vel pſternet verſus orientem et dicat puati Pater nr̄. Aue maria. et In ma⁹ tuas do. Deinde ſurgat et poſtea reliquū paſſiōis legat. c. Et ecce velū templi ſciſſū eſt in duas partes: a ſūmo vſqꝫ deorſum. Et terra mota eſt: et petre ſciſſe ſunt/et monumēta aperta ſunt/et multa corpora ſanctorū qui dormierāt ſurrexerūt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionē eius: venerunt in ſanctā ciuitatē/et apparuerunt multis. Centurio autē et qui cū eo erant cuſtodientes ieſū: viſo terremotu et his que fiebāt timuerunt valde dicētes. s. Vere fili⁹ dei erat iſte. c. Erant aūt ibi mulieres multe a lōge q̄ ſecute erant ieſū a galilea miniſtrātes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi: ⁊

ioſeph mater/et mater filioꝝ zebedei. Cum autē ſero factū eſſet: venit quidā homo dives ab arimathia noīe ioſeph/qui et ipſe diſcipulus erat ieſu. Hic acceſſit ad pylatū: et petijt corpus ieſu. Tūc pylatus iuſſit reddi corp⁹. Et accepto corpore ioſeph involuit illud in ſyndone munda: et poſuit illud in monumēto ſuo novo qđ exciderat in petra Et advolvit ſaxum magnū ad oſtiū monumēti: et abijt. Erāt autē ibi maria magdalene et altera maria ſedētes contra ſepulchꝛū. Euāgelia vero ī fine oīm paſſionū etiā ī die paraſceues alta voce legant more duplicis feſti. Oēs autē paſſiōes ſupradicto modo legant ſcđm vſū ſar. Tū in die paſceue nō dr̄ Dñs vo. et ſine titulo incipiat evangeliū

Altera autē die q̄ eſt poſt paraſceuē: cōvenerunt principes ſacerdotū et pharisei ad pylatum dicētes. Dñe recordati ſum⁹ q2 ſeductor ille dixit adhuc vivēs: poſt tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝛū vſq3 in diē terciū: ne forte veniāt diſcipuli eius et furent eū. & dicant plebi ſurrexit a mortuis. Et erit noviſſimus error: peior priore. Ait illis pylatus. Habetis cuſtodiā. Ite: cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autē abeūtes munierunt ſepulchꝛū: ſignantes lapidē/cum cuſtodib⁹. Offr. Improperiū expectavit cor meū et miſeriā et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaret et non fuit: cōſolantē me quęſivi & nō inveni: et dederunt in eſcam meā fel: et in ſiti mea potaverunt me aceto. Secreta.

Tibi deus pater oīps īmaculati agni paſchale offerim⁹ olocauſtū: cuius nos ſanguine ab exterminatoris vaſtatiōe ſalvatos ad terram q̄s tue repromiſſionis inducas. Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Pater ſi nō pōt hic calix trāſire niſi bibā illū: fiat voluntas tua. Poſtcō.

Fideles tuos q̄s domine deus benignus intēde: vt ſue redemptionis initia recolētes quoꝝ munere ſunt refecti/eoꝝ pficiant incrementis. Per dominū noſtrum.

¶ Feria ſecunda. Ad miſſā Offm.

Iudica dñe nocentes me expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutū et exurge in adiutoriū meū dñe virtus ſalutiſ mee. Ps. Effunde frameā et concludē adverſus eos: qui perſequuntur me. Nō dr̄ vlterius. Flectam⁹ genua. Le. Oro.

Da q̄s oīps deus: vt qui ī tot adverſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente unigeniti filij tui paſſiōe reſpirem⁹. Qui tecū. Lectio yſaie pphe. l. ca.

In diebus illis: Dixit yſaias Dñs deus me⁹ aperuit michi aurē: ego autē non cōtradico/ retrorſū non abij. Corpus meū dedi percutiētib⁹: et genas meas vellentibus. Faciē meā non averti ab increpātibus: & cōſpuentib⁹ in me. Dñs deus auxiliator me⁹: et ideo nō ſum ꝯfuſus. Ideo poſui faciē meā vt petram durīſſimā & ſcio qm̄ non cōfundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me: q̄s cōtradicit michi? Stemus ſimul. Quis eſt adverſarius me⁹: accedat ad me? Ecce dñs deus auxiliator me⁹ Quis eſt qui ꝯdēnet me? Ecce oēs quaſi veſtimentū cōterent: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deū: audiēs vocē ſervi ſui? Quis ambulavit in tenebris: & nō eſt lumen ei? Speret in noīe dñi: et innitatur ſup dñm deū ſuum. Gr.

Exurge dñe ⁊ intẽde iudicio meo deus meus: et dñs meꝰ in cauſã meã. ℣. Effunde frameã ⁊ conclude aduerſus eos qui me perſequuntur. Tractus.

Domine nõ ſcḋm peccata noſtra que fecimꝰ nos: neq; ſcḋm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ / cito anticipent nos miſericoꝛdie tue / qꝛ pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic non flat genuflexio cũ dicit ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et pꝛopter gloꝛiã nominis tui dñe libera nos / et ꝓpicius eſto pctis noſtris pꝛopter nomen tuũ. Scḋz ioħem. xij.

Ante ſex dies paſche venit ieſus bethaniã vbi fuerat lazarus moꝛtuus: quẽ ſuſcitauit ieſus. Fecerũt autẽ ei cenã ibi: et martha miniſtrabat. Lazarus vero erat vnus ex diſcũbentibus cũ eo. Maria ergo accepit libꝛã vnguenti nardi piſtici pꝛecioſi: ⁊ vnxit pedes ieſu / et extersit capillis ſuis pedes eius / et domus impleta eſt ex odoꝛe vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius iudas ſcariothis: qui erat eũ traditurꝰ Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecentis denarijs: et datum eſt egenis? Dixit autẽ hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed qꝛ fur erat et loculos habens / ea que mittebant poꝛtabat. Dixit ergo ieſus. Sinite illã: vt in diem ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes eni ſemꝑ habetis vobiſcũ: me aũt non ſẽper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis qꝛ illic eſſet: et venerunt non ꝓpter ieſum tantũ / ſed vt lazarũ viderent quem ſuſcitauit a moꝛtuis. Cogitauerũt aũt pꝛicipes ſacerdotũ vt et lazarũ interficerent. qꝛ multi pꝛopter illũ abibant ex iudeis et credebant in ieſũ. In craſtinum autẽ turba multa que venerat ad diem feſtũ: cũ audiſſent quia venit ieſus hieroſolymã: acceperunt ramos palmarũ et pꝛoceſſerunt obuiã ei / et clamabant. Oſãna: bñdictꝰ qui venit in noĩe dñi rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellum: et ſedit ſuꝑ eũ ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuus venit tibi mãſuetus / ſedens ſuꝑ pullũ aſine. Hec nõ cognouerunt diſcipuli eiꝰ pꝛimũ: ſed quãdo glꝛificatus eſt ieſus / tunc recoꝛdati ſunt qꝛ hec erãt ſcripta de eo et hec fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo perhibebat turba que erat cũ eo quando lazarũ vocauit de monumẽto: et ſuſcitauit eũ a moꝛtuis. Pꝛopterea et obuiam venit ei turba: qꝛ audierant eũ feciſſe hoc ſignũ. Pharisei ergo dixerũt ad ſemetipſos. Videte qꝛ nichil pꝛoficimꝰ. Ecce mundus totus: poſt eũ abijt. Erant aũt quidã gentiles ex his qui aſcenderãt: vt adoꝛarent in die feſto. Hi ergo acceſſerũt ad philippũ qui erat a bethſaida galilee: et rogabãt eũ dicẽtes. Dñe: volumus ieſum videre. Venit philippus: et dixit andꝛee. Andꝛeas rurſũ ⁊ philippus: dixerunt ieſu. Ieſus aũt reſpõdit eis dicens. Venit hoꝛa: vt clarificetur filius hoĩs. Amen amen dico vobis: niſi granũ frumẽti cadens in terrã moꝛtuũ fuerit / ipſũ ſolũ manet. Si autẽ moꝛtuũ fuerit: multum fructũ affert. Qui amat animã ſuam in hoc mundo: in vitam eternam cuſtodit eam. Si quis michi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis michi miniſtrauerit: honoꝛificabit eũ pater meus.

Nunc aĩa mea turbata eſt. Et qđ dicā? Pat̃/ſaluifica me ex hac hora. Sed ꝑpterea veni in horā hāc Pater/clarifica nomē tuū Venit ergo vox de celo: dicēs. Et clarificaui: et iterū clarificabo. Turba autē que ſtabat et audierat: dicebat tonitruū factū eſſe. Alij autē dicebant: angelus ei locut⁹ eſt. Reſpondit ieſus: et dixit. Non ꝓpter me hec vox venit: ſed propter vos Nūc iudiciū eſt mūdi: nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra: oīa traham ad meipſū Hoc aūt dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: q2 xp̄s manet in eternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū hominis? Quis eſt iſte filius hoīs? Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicū lumē: in vobis eſt. Ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehendant. Et qui ambulat ī tenebris: neſcit quo vadat. Dū lucē habetis credite in lucē: vt filij lucis ſitis Hec locutus eſt ieſus et abijt: et abſcōdit ſe ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi: doce me facere voluntatē tuā/quia deus me⁹ es tu. ℣ Exaudi me in tua iuſticia: et ne intres in iudiciū cū ſeruo tuo dñe. Secr.

Ipſa maieſtati tue dñe fideles populos cōmendet oblatio: q̄ per filiū tuū dñm noſtrū ieſum xp̄m reconciliauit inimicos. Qui te. Cōio. Erubeſcant et reuereantur ſimul q̄ gratulant̄ malis meis: induant̄ pudore et reuerētia qui maligna loquūtur aduerſum me. Poſtcōio.

Satiati munere ſalutari tuā dñe miām depcamur: vt hoc eodē ſacramēto quo nos temporaliter vegetas: efficias vite eterne participes. Per dñm. Super populum. Humiliate capi. ve. Oro.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ad beneficia recolenda quibus nos inſtaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dñ. ¶ Feria tercia. Offi.

Nos autē gloriari oportet in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i: in quo eſt ſal⁹ vita et reſurrectio noſtra/ per quē ſaluati ⁊ liberati ſumus Ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuīet vultū ſuū ſuper nos/ ⁊ miſereatur noſtri. Flectamus ge. Oro.

Omīps ſempiterne de⁹: da nobis ita dominice paſſiōis ſacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. P eūdē Lectio hieremie prophete. xj.ca.

In diebus illis: Dixit hieremias. Dñe demonſtraſti michi et ego cognoui: tu oſtendiſti michi ſtudia eorū. Et ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimā: et non cognoui quia cogitauerūt ſuper me conſilia dicentes. Mittamus lignū in panē eius: et eradamus eum de terra viuentiū/ et nomen eius non memoretur amplius. Tu autē domie ſabaoth qui iudicas iuſte: et probas renes et corda/ videam queſo vltionem tuā ex eis. Tibi eni reuelaui cauſā meam: dñe deus meus Grad. Ego autem dum michi moleſti eſſent induebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio aīam meā: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertetur. ℣. Iudica dñe nocentes me/expugna impugnātes me: apprehende arma et ſcutum et exurge in adiutorium michi. Sequit̃ paſſio tum Dñs vobiſcū. Paſſio dñi noſtri ieſu chriſti: ſcdm marcum. xiiij. Nō dicat̃ Gl'a tibi dñe.

IN illo tẽpore: Erat paſcha et azima poſt biduũ. Et q̄rebant ſũmi ſacerdotes et ſcribe: quomodo ieſũ dolo tenerẽt et occiderent. Dicebãt aũt. s. Non in die feſto. c. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ eſſet ieſus bethanie in domo ſymonis leproſi: et recumberet: venit mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti nardi ſpicati precioſi / et fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erant aũt q̄dã indigne ferẽtes intra ſemetipſos: et dicentes. s. Ut q̄d perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentũ iſtud venũdari pluſq̄ trecẽtis denarijs: et dari pauperibus. c. Et fremebãt in eã. Jeſus autẽ dixit. ✝ Sinite eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opus operata eſt in me. Semp enĩ pauperes habetis vobiſcũ: et cũ volueritis poteſtis illis benefacere / me autẽ nõ ſemper habebitis. Q̄d habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meũ in ſepulturã. Amen dico vobis: vbicũq̄ p̄dicatũ fuerit euangeliũ iſtud in vniuerſo mundo: et quod fecit hec narrabit in memoriam eius. c. Et iudas ſcariothis vn⁹ de duodecĩ abijt ad ſũmos ſacerdotes: vt p̄deret eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt: et p̄miſerũt ei pecuniã ſe daturos. Et q̄rebat quomodo illũ oportune traderet. Et primo die azimorũ quãdo paſcha imolabant: dicũt ei diſcipuli. s. Quo vis eam⁹: et parem⁹ tibi vt manduces paſcha? c. Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: et dixit eis. ✝ Ite in ciuitatẽ: et occurret vobis homo lagenã aque baiulãs ſequimini eũ. Et quocũq̄ introierit: dicite dominus domus qꝛ magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea: vbi paſcha cũ diſcipulis meis mãducẽ? Et ipſe vobis demonſtrabit cenaculũ grande ſtratũ: et illic parate nobis. c. Et abierũt diſcipuli eius et venerũt in ciuitatẽ: et inuenerũt ſicut dixerat illis / et parauerunt paſcha. Veſpere aũt facto: venit cũ duodecĩ. Et diſcũbẽtibus eis et mãducantibus: ait ieſus. ✝ Amen dico vobis: qꝛ vnus ex vobis me tradet qui mãducat mecũ. c. At illi ceperũt contriſtari et dicere ei ſingulatĩ. s. Nũquid ego? Qui ait illis. ✝ Un⁹ ex duodecĩ: qui intingit mecũ manũ in cathino. Et filius quidẽ hoĩs vadit: ſicut ſcriptũ eſt de eo. Ve aũt hoĩ illi: per quẽ filius hoĩs tradetur. Bonũ erat ei: ſi nõ eſſet nat⁹ homo ille. c. Et mãducantib⁹ illis: accepit ieſus panẽ / et bñdicẽs fregit et dedit eis et ait. ✝ Sumite: hoc eſt corpus meũ. c. Et accepto calice: grãs agẽs dedit eis Et biberũt ex illo oẽs. Et ait illis ✝ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundet. Amen dico vobis: q̄ iã non bibã de genimine vitis / vſq̄ in diẽ illũ cũ illud bibã nouũ in regno dei. c. Et hymno dicto: exierũt in montem oliuarũ. Et ait eis ieſus. ✝ Oẽs vos ſcandalizabimini in me in nocte iſta: qꝛ ſcriptũ eſt. Percutiã paſtorẽ: et diſpergẽt oues. Sed poſtq̄ reſurrexero: precedã vos in galileã. c. Petrus aũt ait illi. s. Et ſi oẽs ſcãdalizati fuerint: ſꝫ nõ ego. c. Et ait illi ieſus. ✝ Amen dico tibi: qꝛ tu hodie ĩ nocte hac priuſq̄ gallus bis vocẽ dederit: ter me es negatur⁹. c. At ille ãplius loquebat. s. Et ſi oportuerit me ſimul cõmori tibi: non te negabo. c. Similiter aũt et oẽs dicebãt. Et veniunt in p̄rediū cui nom̄ē gethſemani: et ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic: donec orē. c. Et aſſumit petrū et iacobū et iohannē ſecū: ⁊ cepit pauere et tedere. Et ait illis ✠ Triſtis eſt aīa mea: vſq; ad mortē. Suſtinete hic: et vigilate. c. Et cū proceſſiſſet paululū/ p̄cidit ſup̄ terrā: ⁊ orabat ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora. Et dixit. ✠ Abba pater: oīa tibi poſſibilia ſunt/ trāffer calicē hunc a me. Sȝ non qđ ego volo: ſed qđ tu. c. Et venit: et inuenit eos dormiētes. Et ait petro. ✠ Symon dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare mecū? Vigilate et orate: vt nō intretis ī tentationē. Spūs quidē p̄ptus eſt: caro aūt infirma. c. Et iteruȝ abiens orauit eundē ſermonē dicens. Et reuerſus denuo: inuenit eos dormientes. Erant eni oculi coꝝ grauati: et ignorabant qđ reſponderēt ei. Et venit tercio: et ait illis. ✠ Dormite iam: et requieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hoīs in manus pctōꝝ. Surgite eamus: ecce q̄ me tradet prope eſt. c. Et adhuc eo loquēte venit iudas ſcarioth vnus ex duodeci: et cū eo turba multa cū gladijs et lignis/ a ſūmis ſacerdotibus et ſenioribus et ſcribis. Dederat aūt traditor eis ſignū dicens s. Quēcūq; oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eū/ ⁊ ducite caute. c. Et cū veniſſet: ſtatī accedēs ad eū ait s. Rabbi. c. Et oſculat⁹ eſt eū. At illi man⁹ iniecerunt in ieſū: et tenuerūt eū. Vnus aūt de circūſtātibus educēs gladiū percuſſit ſeruum ſūmi ſacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et reſpondēs ieſus: ait illis. ✠ Tanq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs et lignis cōprehendere me. Quotidie erā apud vos in templo docens: et non me tenuiſtis. Sed vt impleant̄ ſcripture. c. Tunc diſcipuli eius relinquentes eū: oēs fugerunt. Adoleſcens aūt quidā ſequebat̄ eū amictus ſyndone ſup̄ nudo: et tenuerūt eū. At ille reiecta ſyndone: nudus p̄fugit ab eis. Et adduxerūt ieſū: ad ſūmū ſacerdotē: et cōuenerunt oēs ſacerdotes et ſcribe ⁊ ſeniores. Petrus aūt a longe ſecut⁹ eſt eū: vſq; intro in atriū ſūmi ſacerdotis. Et ſedebat cū miniſtris et calefaciebat ſe ad ignē. Sūmi vero ſacerdotes ⁊ oē cōſiliū querebāt aduerſus ieſū teſtimoniū/ vt eū morti traderēt: nec inueniebāt. Multi eni falſū teſtimoniū dicebant aduerſus eū: et cōuenientia teſtimonia nō erāt. Et quidā ſurgentes falſū teſtimoniū ferebāt aduerſus eū: dicētes. s. Quoniā nos audiuimus eū dicentē. Ego diſſoluā templū hoc manufactū: et poſt triduū aliud non manufactū edificabo. c. Et non erat cōueniens: teſtimoniū illoꝝ. Et exurgens ſūmus ſacerdos in mediū: interrogauit ieſū dicens. s. Non reſpondes quicq̄ ad ea q̄ tibi obijciuntur ab his? c. Ille aūt tacebat: et nichil reſpōdit. Rurſū ſūm⁹ ſacerdos interrogabat eū: ⁊ dixit ei s. Tu es xp̄s filius dei benedicti? c. Jeſus aūt dixit illi. ✠ Ego ſū. Et videbitis filiū hoīs ſedentē a dextris virtutis dei: et venientē cū nubibus celi. c. Summus aūt ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua: ait. s. Quid adhuc deſideram⁹ teſtes? Audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videt̄? c. Qui oēs condēnauerūt eū: reū eſſe mortis. Et ceperūt quidā cōſpuere in eū: et velare faciē eius / et colaphis eū cedere / et diceret ei. s.Prophetiza. c.Et miniſtri alapis eū cedebant. Et cū eēt petrus ī atrio deorſū: venit vna ex ancillis ſūmi ſacerdotꝭ. Et cū vidiſſet petrū calefacientē ſe: aſpiciens illū ait. s.Et tu cū ieſu nazareno eras? c.At ille negauit: dicēs s.Neqꝫ ſcio: neqꝫ noui qd dicas. c.Et exijt foras ante atriū: et gallꝰ cātauit. Rurſū aūt cū vidiſſet illū alia ancilla: cepit dicere circūſtantibus: qꝛ hic ex illis eſt. At ille iterū negauit. Et poſt puſillū rurſꝰ qui aſtabāt: dicebāt petro. s.Vere ex illis es: nā et galileꝰ es. c.Ille aūt cepit anathematizare et iurare: qꝛ neſcio hoiem iſtū quē dicitis. Et ſtatī iterꝫ gallus cātauit. Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi qd dixerāt ei ieſus: ꝓuſq̄ gallus cantet bis / ter me negabis. Et cepit flere. Et cōfeſtī mane cōſiliū facientes ſūmi ſacerdotes cū ſenioribus et ſcribis et vniuerſo ꝯſilio vīciētes ieſū duxerūt: et tradiderūt pylato. Et iterrogauit eū pylatus. s.Tu es rex iudeoꝝ? c.At ille reſpōdens: ait illi. ✠ Tu dicis. c.Et accuſabāt eū ſūmi ſacerdotes ī multis. Pylatꝰ aūt rurſū iterrogauit eū dicens s.Nō reſpōdes quicq̄? Vide in quātis te accuſāt. c.Ieſꝰ aūt āplius nichil rñdit: ita vt miraret pylatꝰ. Per diē aūt feſtū dimittere ſolebat illis vnū ex vinctꝭ quēcūqꝫ petiſſent. Erat autē qui dicebat barrabas q eſt ſeditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homicidiū. Et cuꝫ aſcendiſſet turba: cepit rogare ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pylatꝰ aūt reſpōdit eis: et dixit. s.Vultis dimittā vobis regē iudeoꝝ? c.Sciebat eniꝙ per inuidiā tradidiſſent eū ſūmi ſacerdotes. Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbā: vt magis barrabā dimitteret eis. Pylatꝰ aūt iterū reſpōdēs: ait illis. s.Quid ergo vultis faciā regi iudeoꝝ? c.At illi iterū clamauerūt. s.Crucifige euꝫ. c.Pylatꝰ vo dicebat eis. s.Quid enī mali fecit? c.At illi magis clamabāt. s.Crucifige eū. c.Pylatꝰ aūt volēs poplo ſatiſfacere dimiſit illis barrabā: ⁊ tradidit eis ieſum flagellis ceſū vt crucifigeret. Milites aūt duxerūt eū intro in atriū pretorij et cōuocāt totā cohortē: ⁊ induūt eū purpura / ⁊ imponūt ei plectētes ſpineā coronā et ceperūt ſalutare euꝫ dicētes. s.Aue rex iudeorū. c.Et percutiebāt caput eiꝰ arūdine / et cōſpuebant eū / et ponentes genua adorabant eum. Et poſtq̄ illuſerunt ei: exuerunt illum purpura: et induerūt eum veſtimentis ſuis / et educunt illū vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntē quēpiā ſymonē cyrenenm venientam de villa patrē alexādri et ruffi vt tolleret crucē eius. Et perducunt illum in golgotha locū: quod eſt iterpretatū caluarie locus. Et dabant ei bibere myrratū vinum / et non accepit. Et crucifigētes eum diuiſerunt veſtimenta eius: mittentes ſortē ſuper eis / quid quis tolleret. Erat aūt hora tercia: et crucifixerunt eū. Et erat titulus cauſe eiꝰ inſcriptꝰ: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigunt duos latrones: vnū a dextris ⁊ aliū a ſiniſtris eiꝰ. Et adipleta eſt ſcriptura: q̄ dicit. Et cū iniqs reputatꝰ eſt. Et pretereūtes blaſphemabāt eū mouētes capita ſua: et dicētes. s.Vah qui deſtruis templū dei: et in tribus diebus reedificas. Saluum fac temetipſū deſcēdēs de cruce. c. Similiter et ſūmi ſacerdotes illudētes ad alterutrū cū ſcribis: dicebāt. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſū nō pōt ſaluū facere. Xp̄s rex iſrael deſcendat nūc de cruce: vt videamus et credamus. c. Et qui cū eo crucifixi erāt: cōuiciabant ei. Et facta hora ſexta: tenebre facte ſūt per totā terrā/ vſq; in horā nonā. Et hora nona: exclamauit ieſꝰ voce magna dicēs. ✠ Heloy heloy: lamazabathani. c. Quod eſt interp̄tatū. ✠ Deus meꝰ/ deus meꝰ: vt quid dereliquiſti me. c. Et quidā de circūſtantibus audientes: dicebant. s. Ecce helyā vocat. c. Currens autē vnꝰ et implens ſpongiā aceto circūponensq; calamo: potum dabat ei dicēs. s. Sinite. videamus ſi veniat helyas: ad deponendū eū. c. Jeſus autē emiſſa voce magna: expirauit. Hic fiat genuflexio dicēdo Pater noſter. Aue maria. In manꝰ. c. Et velū tēpli ſciſſū eſt in duo: a ſūmo vſq; deorſum. Uidēs autē centurio qui ex aduerſo ſtabat q2 ſic clamās expiraſſet: ait. s. Uere hō hic filiꝰ dei erat. c. Erant autē et mulieres de longe aſpiciētes: inter quas erat maria magdalene/ et maria iacobi minoris/ et ioſeph mater et ſalome. Et cū eſſet in galilea ſequebant eū et miniſtrabant ei: et alie multe que ſimul cum eo aſcenderant hieroſolymā. Euangelium.

Et cū iam ſero factū eſſet q2 erat paraſceue quod eſt ante ſabbatū: venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio qui et ipſe erat expectans regnū dei. Et audacter introiuit ad pylatū: et petiit corpus ieſu. Pylatus autē mirabatur: ſi iam obiiſſet. Et accerſi-
to centurione: interrogauit eū
iā mortuus eſſet. Et cū cognou
ſet a cēturione: donauit corpꝰ io
ſeph. Joſeph autē mercatus ſyn
nē/ et deponēs eū inuoluit ſyn
ne: et poſuit eū in monumēto
erat exciſū de petra. Et aduol
lapidē: ad oſtiū monumēti. Of
Cuſtodi me dñe de manu pctōris: et
hominibus iniquis eripe me dñe. V. Qui
gitauerūt ſupplātare greſſus meos
abſconderūt ſuperbi laqueū mihi.

Dicate tibi plebis domi
oblationes ſctifica: vt a
terne vetuſtatis cōuerſatione mū
dati: celeſtis vite p̄ceptibus in
nemur. Per. Cōio. Aduerſū me
exercebant qui ſedebant in porta: et in
pſallebant qui bibebant vinū. ego ve
orōnē meā ad te dñe: beneplaciti
deus in multitudine miſe tue. Poſtc

Repleti dñe ſacri muneris gra
tia ſupplices exoramus: vt
que guſtu corporeo dulci veneratione contingimus/ dulciora me
tibus ſentiamꝰ. Per do. Sup po
pulum. Humiliate capita ve. Or

Tua nos miſericordia deꝰ:
et ab omni ſurreptione vetu
ſtatis expurget: et capaces ſancte
nouitatis efficiat. Per dominum

Feria tercia. Ad miſſā. Officiū.

In nomie dñi omne genu
flectatur/ celeſtiū/ terre
ſtriū/ et infernorū: q2 d
minus factus eſt obedi
ens vſq; ad mortē: mortē aūt cru
cis. ideo dñs ieſus xp̄s in gloria
dei patris. Ps. Dñe exaudi oratio
meā: et clamor meus ad te veniat. Ne
quaſ oro ſine Dñs vobiſcū
tim cū Oremꝰ et Flectamꝰ. Or

Preſta q̄s oīps deus: vt qui
noſtris exceſſibus inceſſan
ter affligimur: per vnigeniti tu

passionem liberemur. Qui tecum vi. Lectio ysaie prophete. lxij. et lxiij.

Hec dicit dñs deus Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiã: et ppugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: et de gẽtibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: et oia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus redemptionis mee venit. Circumspexi: et non erat auxiliator: quesiui/et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachium meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos in indignatione mea: et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum dñi recordabor. Laudem dñi annunciabo: super omnibus que reddidit nobis dñs de⁹ noster. Gr. Ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor: velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi et non est substantia. Sequatur Dñs vobiscum. Oremus. Flectam⁹ ge. Le. Or.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis ei⁹ gratiam consequamur. Per eund. Hic dicatur memorie sincere. Lectio ysaie prophe liij.

In diebus illis Dixit ysaias Dñe quis credidit auditui nostro: et brachium dñi cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitienti/et nõ est species ei neque decor. Et vidimus eum et nõ erat aspect⁹: et desiderauim⁹ eum despectum et nouissimum virorum virum dolorum et scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius et despect⁹: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauim⁹ eum quasi leprosum: et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sum⁹. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit/et dñs posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit: et nõ aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet/et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublat⁹ est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum et dabit impios pro sepultura/et diuitem pro morte sua/eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dñs voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longeuum: et voluntas dñi in manu ei⁹ dirigetur/pro eo quod tradidit in mortem animam suam. et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit. Et pro transgressoribus rogauit: vt nõ perirent. Dicit dñs omnipotens.

Chor⁹ alternatim dicat tractum: ita

q̄ vbi ſtans cantẽ chor⁹ et illa parte ſtare tenẽt alia parte chori interim ſedente: et ſic pertranſeat totus tractus a choro quādocūq̄ dī tractus a choro in ſtallis a ſeptuageſima vſq̄ ad paſcha. Tractus.

Domine exaudi orationē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. V. Ne auertas faciē tuā a me: in quacunq̄ die tribulor inclina ad me aurē tuā. V. In quacūq̄ die inuocauero te: velociter exaudi me. V. Q͡z defecerūt ſicut fum⁹ dies mei: et oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. V. Percuſſus ſum ſicut fenū ⁊ aruit cor meū: q͡z oblitus ſū mādūcare panem meū. V. Tu exurgens dn̄e miſereberis ſyon: q͡z venit tēpus miſerendi ei⁹.

Sequatur paſſio cū Dn̄s vobiſcum. Paſſio domini noſtri ieſu chriſti: ſecundum lucam. xxij. ca.

In illo tēpore: c. Appropinquabat autē dies feſtus azimorū: qui dicit̃ paſcha. Et querebant pricipes ſacerdotū ⁊ ſcribe: quō ieſū interficerēt. Timebant vero plebē. Intrauit autē ſathanas in iudā qui cognominabat̃ ſcarioth vnū de duodeci: et abijt ⁊ locutus eſt cū principib⁹ ſacerdotū et magiſtratib⁹ quēadmodū illū traderet eis. Et gauiſi ſunt: et pacti ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopondit. Et querebat oportunitatē: vt traderet illū ſine turbis. Venit autē dies azimorū: in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit petrū et iohannē dicens. ✠ Euntes parate nobis paſcha: vt mādūcemus. c. At illi dixerūt. S. Vbi vis paremus? c. Et dixit ad eos ✠ Ecce introeūtib⁹ vobis in ciuitatē occurret vobis hō quidā āphorā aq̄ portans: ſequimini eū in domū in quā intrat/ et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſoriū: vbi paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe vobi oſtēdet cenaculū magnū ſtratū ⁊ ibi parate. c. Euntes autē inuenerū ſicut dixit illis: et parauerūt paſcha. Et cū facta eſſet hora diſcubuit: et duodeci apli cū eo. Et ai illis. ✠ Deſiderio deſideraui ho paſcha mādūcare vobiſcū: anteq̄ patiar. Dico enī vobis: q͡z ex ho nō mādūcabo illud donec ipleat regno dei. c. Et accepto calice: gratias egit et dixit. ✠ Accipite et diuidite inter vos. Dico enī vobis: q̄ nō bibā de generatione vitis/ donec regnū dei veniat. c. Et accepto pane gr̄as egit et fregit: et dedit eis dicēs. ✠ Hoc eſt corp⁹ meum: qđ ꝓ vobis dat̃. Hoc facite in meā cōmemorationē. c. Similiter ⁊ calicē: poſtq̄ cenauit dicēs. ✠ Hic calix nouū teſtamētū in ſanguine meo: qđ ꝓ vobis fūdet̃. Veruntamē ecce man⁹ tradētis me: mecū eſt in mēſa. Et quidē fili⁹ hoīs ſcd̄m q̄ diffinitū eſt vadit. Veruntamē ve homini illi: per quē tradet̃. c. Et ipſi ceperūt querere inter ſe: quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autē ⁊ cōtentio inter eos: quis eorū videret̃ eſſe maior. Dixit autē eis. ✠ Reges gentiū dn̄antur eorū: ⁊ qui poteſtatē habent ſup eos benefici vocant̃. Vos autē nō ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor. Et qui preceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nā quis maior eſt/ qui recūbit/ an qui miniſtrat? Nōne qui recūbit? Ego autē in medio veſtrū ſū: ſicut qui miniſtrat. Vos autē eſtis qui permāſiſtis mecū in temptationib⁹ meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater me⁹ regnū: vt edatis et bibatis ſup menſā meā in regno meo. ⁊ ſedeatis ſup thronos duodeci iudi entes duodecī trib⁹ israel. c. Ait autē dñs symoni. ✠ Symon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū. Ego aūt rogaui pro te: vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquādo ꝯuersus: cōfirma fratres tuos. c. Qui dixit ei. s. Dñe tecū parat⁹ sum et in carcerē et in mortē ire. c. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: nō cantabit hodie gall⁹ donec ter abneges nosse me. c. Et dixit eis. ✠ Quādo misi vos sine sacculo et pera et calciamētis: nūquid aliqđ defuit vobis? c. At illi dixerunt. s. Nichil. c. Dixit ergo eis. ✠ Sed nūc qui habet sacculū tollat similiter et perā. Et qui nō habet vendat tunicā suā: et emat gladiū. Dico eñ vobis: qm̄ adhuc hoc qđ scriptū est oportet impleri in me. Et cū iniqs deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. c. At illi dixerūt. s. Dñe ecce gladij duo hic. c. At ille dixit eis. ✠ Satis est. c. Et egressus: ibat scdm cōsuetudinē in montē oliuarū. Secuti sunt aūt illū: et discipuli. Et cū peruenisset ad locū: dixit illis. ✠ Orate: ne intretis in tētationē. c. Et ipe auuls⁹ ꝫ ab eis: quātū iactus est lapidis. Et positis genibus: orabat dicēs. ✠ Pater: si vis transfer calicē istū a me. Verūtamen nō mea volūtas: sed tua fiat. c. Apparuit aūt illi angelus de celo: cōfortans eū. Et fact⁹ in agonia: prolixius orabat. Et fact⁹ est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Et cū surrexisset ab oratiōe et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite: orate/ ne intretis in temptationē. c. Adhuc eo loquēte ecce turba: et qui vocabat᷑ iudas vnus de duodecī antecedebat eos. Et appropiquauit iesu: vt oscularet᷑ eū. Jesus auteꝫ dixit illi. ✠ Juda: osculo filiū hominis tradis? c. Vidētes autē hi qui circa ipsū erāt qđ futuꝝ erat: dixerunt ei. s. Dñe: si percutimus in gladio? c. Et percussit vnus ex illis seruū principis sacerdotū: et amputauit auriculā eius dexterā. Respōdēs aūt iesus ait. ✠ Sinite vsq; huc. c. Et cū tetigisset auriculā eius: sanauit eū. Dixit aūt iesus ad eos qui venerāt ad se principes sacerdotū: et magistrat⁹ tēpli et seniores. ✠ Quasi ad latronē existis cū gladijs et fustib⁹: cū quotidie vobiscū fuerī in tēplo/ non extēdistis manus in me. Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrarū. c. Cōprehēdētes aūt eū duxerūt ad domū prīcipis sacerdotū. Petr⁹ vero: seq̄bat᷑ eū a longe. Accēso aūt igne ī medio atrij/ et circūsedētib⁹ illis: erat petr⁹ ī medio eoꝝ. Quē cū vidisset ancilla q̄dā sedentē ad lumen et eū fuisset intuita: dixit. s. Et hic cū illo erat. c. At ille negauit eū dicēs. s. Mulier nō noui illū. c. Et post pusillum: ali⁹ videns eū dixit. s. Et tu de illis es. c. Petrus vero ait. s. O hō nō sum. c. Et interuallo facto quasi hore vni⁹: ali⁹ quidā affirmabat dicēs. s. Vere ꝫ hic cū illo erat: nā et galile⁹ ꝫ. c. Et ait petr⁹. s. Hō nescio q̄đ dicis. c. Et ꝯtinuo adhuc eo loquēte: cātauit gallus. Et cōuersus dñs: respexit petrū. Et recordat⁹ est petr⁹ verbi dñi sicut dixerat: qr p̄usq̄ gallus cātet/ ter me negabis. Et egressus foras petr⁹ fleuit amare. Et viri q̄ tenebāt illū: illudebāt ei cedētes. Et velauerūt eū: et percutiebāt faciem eius/et interrogauerūt eū dicentes. s. Prophetiza: quis est qui te percussit? c. Et alia multa blasphemantes: dicebant in eū. Et vt factus est dies / cōuenerūt seniores plebisq̄ p̄ncipes sacerdotū et scribe: et duxerūt illū in consiliū suū dicentes. s. Si tu es xp̄s dic nobꝫ. c. Et ait illis. ✠ Si vobis dixero nō credetꝫ michi. Si aūt ꝛ interrogauero: nō rn̄debitis michi neq̄ dimittetis. Ex hoc aūt erit fili⁹ hominis sedēs a dextris virtutꝫ dei. c. Dixerūt aūt oēs. s. Tu ergo es filius dei? c. Qui ait. ✠ Uos dicitis: qꝛ ego sum. c. At illi dixerūt. s. Quid adhuc desideramus testimoniū? Ipsi eni audiuim⁹ de ore eius. c. Et surgēs ois multitudo eoꝝ: duxerūt illū ad pylatū. Ceperunt aūt accusare illū dicentes. s. Hūc inuenim⁹ subuertentē gentē nr̄am: ꝛ p̄hibentē tributa dari cesari/et dicentē se xp̄m regē esse. c. Pylatus aūt interrogauit eū dicens. s. Tu es rex iudeoꝝ? c. At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. c. Ait aūt pylat⁹ ad principes sacerdotū: et turbas. s. Nichil inuenio cause in hoc hoīe. c. At illi inualescebant dicētes. s. Cōmouit populū docēs per vniuersā iudeā: incipiens a galilea vsq̄ huc. c. Pylat⁹ aūt audiēs galileā: interrogauit si hō galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de herodis potestate esset/remisit eū ad herodē: q̄ et ipse hierosolymis erat illis dieb⁹. Herodes autē viso iesu: gauisus est valde. Erat eni cupiēs ex multo tp̄e videre eū: eo ꝙ audiret multa de eo/et sperabat signū aliqd̄ videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū multis sermonibus. At ip̄e nichil illi respōdebat. Stabant aūt principes sacerdotū et scribe: constanter accusātes eū. Spreuit aūt illū herodes cū exercitu suo: et illusit indutū veste alba/et remisit ad pylatū. Et facti sunt amici herodes et pylatus in ip̄a die: nā antea inimici erāt ad inuicē. Pylat⁹ aūt ꝯuocatis p̄ncipib⁹ sacerdotū et magistratib⁹ et plebe: dixit ad illos. s. Obtulistꝫ michi hūc hoiē quasi auertentē pp̄lm: et ecce ego corā vobis interrogās/nullā causam inuenio in hoīe isto/ex his in quibus eū accusatis. Sed neq̄ herodes. Nā remisi vos ad illū: et ecce nichil dignū morte actū est ei. Emendatū ergo illū dimittā. c. Necesse aūt habebat dimittē eis per diē festū vnum. Exclamauit aūt simul vniuersa turba: dicēs. s. Tolle hūc: ꝛ dimitte nobis barrabā. c. Qui erat ꝓpter seditionē quandā factā in ciuitate et homicidiū missus in carcerē. Iterū autem pylatus locut⁹ est ad eos: volens dimittere iesū. At illi succlamabant dicētes. s. Crucifige. crucifige eū. c. Ille autē tercio dixit ad illos. s. Quid enim mali fecit iste? Nullā causā mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū: et dimittā. c. At illi instabāt vocibus magnis postulātes vt crucifigeret: ꝛ inualescebāt voces eoꝝ. Et pylatus adiudicauit fieri petitionem eoꝝ. Dimisit aūt illis eū qui propter homicidiū et seditionē miss⁹ fuerat in carcerē quē petebāt: iesum vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cū ducerēt eū apprehēderunt symonē quēdā cyrenensē venientem de villa: et iposuerūt illi crucem portare post iesū. Sequebat aūt illū turba multa populi ꝛ mulierū: q̄ plangebant et lamentabā tur eū. Cōuerſus aūt ad illas ieſus dixit. ✠ Filie hieruſalē nolite flere ſuper me: ſed ſup vo ſipſas flere/et ſup filios veſtros. Qm̄ ecce venient dies: in quibus dicent. Beate ſteriles et ventres qui non genuerunt: et vbera q̄ non lactauerūt. Tūc incipiēt dicere montibus cadite ſup nos: et collib⁹ operite nos. Qr ſi in viridi ligno hec faciūt: in arido qd fiet? c. Ducebātur aūt et alij duo neq̄ cū eo: vt interficerētur. Et poſtq̄ venerūt in locū qui vocat caluarie: ibi crucifixerūt eū. Et latrones: vnū a dextris et alterum a ſiniſtris. Jeſus aūt dicebat ✠ Pater dimitte illis non enī ſciunt qd faciūt. c. Diuidentes vero veſtimēta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat ppl's expectans: et deridebāt illū principes cū eis dicentes. s. Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluū faciat ſi hic eſt xp̄s dei electus. c. Illudebāt autē ei et milites accedētes: et acetū offerentes illi dicentes. s. Si tu es rex iudeoꝝ: ſaluum te fac. c. Erat aūt et ſuperſcriptio ſcripta ſup illū litteris grecis et latinis et hebraicis. Hic eſt rex iudeoꝝ. Unus aūt de his qui pēdebant latronibus: blaſphemabat eū dicēs. s. Si tu es xp̄s: ſaluū fac temetipſū et nos. c. Rńdens aūt alter: increpabat eū dicēs. s. Neq̄ tu times deū: q̄ in eadē dānatione es. Et nos qdē iuſte. Nam digna factiſ recipim⁹: hic vero nichil mali geſſit. c. Et dicebat ad ieſū. s. Dñe memento mei: cum veneris in regnū tuū. c. Et dixit illi ieſus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. c. Erat aūt fere hora ſexta: et tenebre facte ſūt in vniuerſa terra: vſq̄ in horā nonā. Et obſcurat⁹ eſt ſol: et velū templi ſciſſū eſt mediū. Et cū dixerit dyacon⁹ Uelū tēpli ſciſſū eſt. Uelū ante altare cadere permittat. Et clamans voce magna ieſus: ait. ✠ Pater/in man⁹ tuas commendo ſpm̄ meū. c. Et hec dicens: expirauit. Hic fiat genuflexio dicēdo. Pater noſter. Aue. In man⁹ tuas. c. Uidēs aūt centurio qd factū fuerat: glificauit deū dicēs. s. Uere hic hō iuſt⁹ erat. c. Et oēs turba eoꝝ qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud/et videbant que fiebant: percutiētes pectora ſua reuertebant. Stabant aūt oēs noti eius alonge: et mulieres que ſecute erant eum a galilea hec videntes. Euangelium

Et ecce vir nomīe ioſeph qui erat decurio vir bon⁹ et iuſtus: hic nō cōſenſerat conſilio et actibus eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee/qui expectabat et ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatū: et petijt corpus ieſu. Et depoſitū inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumento exciſo: in quo nondū q̄ſq̄ poſitus fuerat. Offr̄. Dñe exaudi orationē meā: et clamor meus ad te perueniat. Ꝟ. Ne auertas faciē tuā a me: ne auertas faciē tuā a me. Secrē

Suſcipe q̄s dñe munus oblatum/et dignanter opare: vt qd paſſiōis filij tui dñi noſtri myſterio gerim⁹/pijs affectibus cōſequamur. Per eūd. Cōio. Potuz meū cū fletu tēperabā qz eleuans alliſiſti me et ego ſicut fenū arui: tu aūt domine in eternū permanes: tu exurgens miſereberis ſyon: quia venit tempus miſerendi eius. Poſtcōio.

Largire ſenſib⁹ nr̄is oīps deus: vt per tēporalē filij tui mortē quā myſteria veneranda teſtant' vitam nobis dediſſe perpetuā cōfi‑

damus. Per eundē. Super populum. Humiliate capita ve. Oro.

REſpice qs dñe ſuper hāc familiā tuā pro qua dñs noſter ieſus xp̄s nō dubitauit manibus tradi nocētiū: et crucis ſubire tormentū. Qui tecū viuit et re.

¶ Feria. v. in cena dñi. In pˀmis fiat recōciliatio penitēn. hoc modo. Nona cantata pergat excellēter ſacerdos ad oſtiū eccleſie occidē indutˀ veſtibˀ ſacerd. in cappa ſerica rubea cū duobus dyaco. albꝫ cū amictibus idutis abſqꝫ ſubdy. et ſine cruce per mediū chori precedēte vexillo cilicino. ſintqꝫ preſentes in atrio eccꝉie qui reconciliandi ſunt. Et ſi ep̄s adeſt principalis archid. ex parte penitent. ſcilicet extra oſtium eccleſie in cappa ſerica legat hanc lectionem.

ADeſto venerabilis pontifex tēpus acceptū dies ꝓpiciationis diuine ꝙ ſalutis humane: qua mors interitū ꝙ vita accepit eterna principiū: qū in vinea dñi ſabaoth ſic nouorꝫ palmitū plantatio facienda eſt: vt purget execratio vetuſtatis. Quāuis enī a diuitijs bonitatis dei nichil tēpis vacet: nūc tñ ꝙ largior eſt per indulgentiā remiſſio pctōꝝ: et copioſior per gratiā aſſūptio renaſcētiū. Augemus regenerādis: creſcimus reuerſis. Lauāt aque lauāt lachrime. Inde eſt gaudiū de aſſūptione vocatoꝝ: hinc leticia de abſolutione penitentiū. Inde eſt ꝙ ſupplices tui poſtea ꝙ in varias formas criminū neglectu mādatorū celeſtiū et morū ꝓbabiliū trāgreſſione ceciderūt: humiliati itaqꝫ proſtrati ꝓphetica ad deum voce clamant dicētes. Peccauimˀ cū patribus noſtris: iniuſte egimus/ iniquitatē fecimˀ. Miſerere nobis dñe vocem angelicā nō fruſtratoria aure capiētes: beati qui lugent/ qm̄ ipſi cōſolabunt. Manducauerūt ſicut ſcriptū eſt panem doloris: lachrymis ſtratū rigauerūt/ cor ſuū luctu/ corpus ieiunijs afflixerūt/ vt aīarū reciperēt quā perdiderāt ſanitatē. Vnicū eſt itaqꝫ penitentie ſuffragiū: qđ et ſingulis prodeſt/ et oībus in ꝯmune ſuccurrit. Redintegra ergo in eis apoſtolice pontifex quicquid dyabolo ſuadēte: ſeuiente/ ſcindēte corruptū eſt: et orationū tuarū patrocinātibus meritis per diuine recōciliatōis gratiā fac hoīes ꝓximos deo: vt qui antea in ſuis peruerſitatibus diſplicebant: nūc iā placere ſe dño in regione viuorū deuicto mortis ſue auctore gratulētur. Que lectō non legat ep̄o abſēte. Finita lectiōe incipiat epyſcopus añ. Venite venite infra predictū oſtiū conuerſus ad borialē ſignū faciēdo cum manu quaſi vocādo. Deīde dyaconˀ ex parte penitēn. ſcilꝫ extra oſtiū dicat Flectamˀ genua. Aliˀ dyaconˀ ex parte ep̄i dicat Leuate ꝙ ita fiat tribus vicibˀ. Ita tñ ꝙ poſt terciā repetitionē ante nō dī Flectamus ge. ſed chorus ꝓſequat totā añ. cato et īcipiēte Filij audite me timorē dñi docebo vos. ps. Benedicā. totˀ ps dī cū Gloria patri. Et poſt vnūquēqꝫ verſū repetat a. Dum pſalmˀ canitur a choro cū a. ſemꝑ manuati penitētes ab aliquo p̄b̄ro de choro habitu nō mutato reddant ſacerdoti executori officij: et ab ipſo reſtituant eccꝉe gremio. Tamen ſi ep̄s preſēs fuerit: penitētes a preſbytero reddantur archidyacono: et ab ipſo reddant ep̄o: et ab ep̄o reddantur eccꝉie gremio. Quibˀ expletis: proceſſio more ſolito in chorū redeat. Deinde ꝓſternāt ſe oēs et dicāt clerici in choro ſeptē pſos penitētiales cū **Gloria patri** et **Sicut erat.** Sacerdos vero cū ſuis miniſtris dicat p ſe ſeptē pſos cū **Gloria pa.** et **Sicut erat.** et añ **Ne reminiſcaris. cū Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater noſter.** ante altare ſicut in die cinerū ꝑnotatū eſt. Deīde erigens ſe ſacerdos conuerſus ad auſtralē corā dextro cornu altaris ſine nota dicat. **Et ne nos in. Sed libera. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. Deus meus ſperātes in te. Conuertere dn̄e vſqꝫquo. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Mitte eis dn̄e auxiliū de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Adiuua nos deus ſalutaris noſter. Et ꝓpter gloriā nōis tui dn̄e libera nos et propicius eſto pctīs noſtris ꝓpter nomen tuū. Dn̄e exaudi orationē meam Et clamor. Dn̄s vo. Et cū. Oremꝰ.** Orō.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: et me qui etiaꝫ mīa tua p̄mus īdigeo clemēter exaudi: ꝫ quē nō electiōe meriti ſed dono grē tue ꝯſtituiſti opis huiꝰ miniſtrū da fiduciā tui muneris exequēdi / tu ipſe in nr̄o miſterio qd̄ tue pietatis eſt operare. Per xp̄ꝫ

Et dicūt oēs orōnes et terminētur ſub tono lectiōis: et oēs orōnes cū **Oremus.** Nō dicit **Dn̄s vobiſcū** niſi ante p̄mā orōnē tm̄. Alia orō

Deus humani generis benigniſſime conditor: et miſericordiſſime reformator / qui hominē inuidia dyaboli ab eternitate deiectū vnici filij tui ſanguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenꝰ mori deſideras: et qui non derelinqs deuios / aſſume correctos: moueāt pietatē tuā queſumus dn̄e horū famulorū tuorum lachrymoſa ſuſpiria tu eorum medere vulneribus: tu iacentibus manū porrige ſalutarē: ne eccleſia tua aliquā ſui corporis portiōe vaſtetē: ne grex tuus detrimentū ſuſtineat: ne de familie tue dāno inimicus exultet. ne renatos lauacro ſalutari mors ſc̄da poſſideat. Tibi ergo dn̄e ſupplices preces et cordis fletū effundimus: tu parce cōfitentibus / vt ſic in hac mortalitate pctā ſua te adiuuāte defleāt / quatenus ī tremendi iudicij die ſententiā eterne damnationis euadant. et neſciāt piiſſime pater quod terret in tenebris / quod ſtridet in flāmis: atqꝫ ab erroris ſui via ad iter reuerſi iuſticie: nequaq̄ vltra vulneribus ſauciētur: ſed itegrū ſit eis atqꝫ perpetuū / et qd̄ grā tua ꝯtulit: qd̄ mīa reformauit. Per eūd. Orō.

Domine ſancte pater oīps eterne deꝰ: qui vulnera nr̄a curare dignatus es: te ſupplices rogamus ac petimꝰ nos hūiles tui ſacerdotes: vt precibꝰ noſtris aurem tue pietatis inclinare digneris: atqꝫ ad penitentiā confeſſiōe mouearis: remittaſqꝫ oīa crimina et peccata vniuerſa cōdones: deſqꝫ his famulis tuis dn̄e pro ſupplicijs veniam / pro merore leticiā pro morte vitam. vt qui ad tantam ſpem celeſtis apicis deuoluti ſunt: de tua miſericordia confidētes / ad bona pacifici hōis tui atqꝫ ad celeſtia dona peruenire mereanẗ. Per x. Hic nō dr̄ **Oremꝰ.** ſꝫ ſacerd. ad pplm ꝯuerſꝰ manu extēſa ſine nota dicat abſolutionē.

Abſoluimus vos vice beati petri apl'oꝝ principis: cui collata eſt a domino poteſtas ligandi atqꝫ ſoluendi: et q̄tū ad vos pertinet

accuſatio⁊ ad nos remiſſio: ſit vobis oīp̄s deus vita et ſalus: ⁊ oīm pctōꝝ veſtroꝝ pius indultoꝛ. Qui viuit et regnat cū deo pa. ꝛc. Et ſic ſurgāt oēs a pſtratōe oſculātes formulas vel terrā ſacerdote dicēte Qui viuit et ſi ep̄s adeſt dicat benedictionē. Deinde incipiat miſſa ſolēniter ſine regimie choꝛi. Offm̄.

NOs autē gloꝛiari opoꝛtet in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i: in quo eſt ſal⁹ vita et reſurrectio noſtra / per quē ſaluati ⁊ liberati ſumus Ps. Deus miſereat̄ noſtri et benedicat nobis: illuīet vultū ſuū ſuper nos / ⁊ miſereatur nr̄i. Si ep̄s celebret dr̄ Gloria p̄ri. et ſiue ep̄s celebret ſiue nō dicit̄ cātus de Conditoꝛ Kyrie el abſq̄ v̄ſib⁹. Si ep̄s celebret dicit̄ Gl'a in excel. aliter nō. Sequat̄ Oremus. ſine Flectamus. Oro.

DEus a quo et iudas pditoꝛ reatus ſui penā et confeſſionis ſue latro pꝛemiū ſūpſit: cōcede nobis tue ꝓpiciationis effectū vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dñ⁹ noſter diuerſa vtriſq̄ intulit ſtipēdia meritoꝛū: ita nobis ablato vetuſtatis erroꝛe reſurrectiōis ſue gratiā largiat̄. Qui te. Ad corinthios. i. xi. ca.

FRatres: Cōuenientib⁹ vobis in vnū iam nō eſt dñicā cenā manducare Vnuſquiſq̄ enī ſuā cenā p̄ſumit ad manducādū. Et ali⁹ quidē eſurit: alius aūt ebꝛius eſt Nunquid domos nō habetis ad manducandū et bibendū? Aut eccleſiā dei ↄtēnitis: et confūditis eos qui non habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enī accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs ieſus in qua nocte tradebatur accepit panē / et gr̄as agēs fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc eſt coꝛpus meū: quod ꝓ vobis tradet̄. Hoc facite: in meā cōmemoꝛationē. Similiter et calicem: poſtq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū teſtamentū eſt: in meo ſanguie. Hoc facite quotienſcūq̄ bibetis: in meā cōmemoꝛationē. Quotienſcūq̄ enī manducabitis panē hunc et calicē bibetis: moꝛtem dñi annūciabitis donec veniat. Itaq̄ quicūq̄ manducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne: reus erit coꝛpoꝛis et ſanguis dñi. Pꝛobet autē ſeipſū homo: et ſic de pane illo edat / ⁊ de calice bibat. Qui enī manducat et bibit indigne: iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit / non diiudicans coꝛpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: ⁊ doꝛmiūt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicarem⁹: nō vtiq̄ iudicaremur. Dum iudicamur aūt a dño coꝛripimur: vt nō cū hoc mundo dānemur. Hec pꝛedicta ep̄la legat̄ in pulpito: ⁊ ibidē cantet̄ gr̄. a duob⁹ clericis in ſuperpelliceis. Gr. Xp̄s factus eſt pꝛo nobis obediēs vſq̄ ad moꝛtē: moꝛtem autē crucis. V. Pꝛopter qḋ et deus exaltauit illū / ⁊ dedit illi nomen quod eſt ſuper oē nomen. Repetat̄ grad. niſi ep̄s celebret. Euāg. legat̄ i pulpito moꝛe dñicali. Sc̄d. iohem. xiij.

ANte diem feſtum paſche ſciens ieſus q2 venit hoꝛa ei⁹ vt tranſeat de hoc mundo ad patrem: cū dilexiſſet ſuos qui erant in mūdo in finē dilexit eos. Et cena facta cū dyabolus iā miſiſſet in coꝛ vt traderet eū iudas ſymōis ſcariothis: ſciēs q2 oīa dedit ei pater in manus et quia a deo exiuit et ad deum vadit. ſurgit a cena / et ponit veſtimenta ſua. Et cū ac cepiſſet lintheum: pꝛecīxit ſe. Deinde miſit aquā in peluī: et cepit lauare pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ: et extergere lintheo quo erat pꝛecinctus. Uenit ergo ad ſymonem petrum. Et dixit ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? Reſpōdit ieſ⁹ et dixit ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies aūt poſtea. Dixit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternū. Reſpōdit ei ieſus Si non lauero te: non habebis partē mecū. Dixit ei ſymō petrus. Dn̄e nō tantū pedes meos: ſed et manus et caput. Dixit ei ieſus. Qui lotus eſt nō indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis: ſed nō oēs. Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eū: ꝓpterea dixit non eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit veſtimenta ſua: et cū recubuiſſet iterū dixit eis. Scitis q̄d fecerī vobis? Uos vocatis me magiſter et dn̄e: et bene dicitis Sum etenī. Si ergo ego laui pedes veſtros dn̄s et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes Exēplū enī dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ꝛ vos faciatis. Sine **Credo.** Si eṗs celebꝛauerit/ legat hoc euāgeliū moꝛe duplicis feſti cū **Credo.** Offr. **Dextera domini fecit virtutē: dextera dn̄i exaltauit me: non moꝛiar ſed viuā et narrabo opa dn̄i.** Ponāt a ſubdyacono tres hoſtie ad ↄſecrandū/ quarū due reſeruent in craſtinū vna ad pcipiēdū a ſacerdote. reliqua vt ponat cū cruce ī ſepulchꝛo

Ipſe tibi q̄s dn̄e ſancte Sec. pater oṗs eterne deus: ſacrificiū noſtrū reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemoꝛationē hoc fieri hodierna traditione monſtrauit ieſus xp̄s dn̄s noſter. **Qui te.** Pꝛefatio quotid. Hac die **Sanct⁹.** ſolēniter cātet: lꝫ eṗs defuerit. Infra canonem **Cōicantes.** et **Hanc igitur.** et **Qui pꝛidie.** et dr̄ tā a ſacerd. q̄ ab eṗo. Tres pueri ante olei ↄſecrationē ſimul cantēt hūc hymnū in ſuppellicꝫ **O redēptoꝛ.** Chorus idē repetat poſt vnūquēq; vſū. Hac die nō dr̄ **Agnus.** nec pax detur: niſi eṗs celebꝛauerit: tūc enī dicit **Agn⁹ dei.** ſolēniter moꝛe duplicis feſti: ꝛ ſacri criſmatis ampula ꝓ pace deoſculet. Cōio. **Dn̄s ieſus poſtq̄ cenauit cū diſcipulis ſuis lauit pedes eoꝝ ꝛ ait illis: Scitis quid fecerī vobis ego dn̄s et magiſter/ exemplū dedi vobis vt et vos ita faciatis.** Cātata cōione ſtatim incipiant veſpere feſtiue ſine regimine choꝛi et ſine **Deus ī adiutoꝛium.** Ab aliquo de ſuperioꝛi gradu incipiat. Ꝑ. **Calicem.** Ps. cxv

Credidi ꝓpter quod locutus ſum: ego autē humiliat⁹ ſum nimis. Ego dixi ī exceſſu meo: omīs hō mendax. Quid retribuā dn̄o: pro oībus q̄ retribuit michi. Calicem ſalutaris accipiā: et nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā coꝛā oīnī populo eius: pꝛecioſa in conſpectu dn̄i moꝛs ſanctoꝛū eius. O dn̄e q2 ego ſeru⁹ tuus: ego ſeruus tuus et filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: et nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā in cōſpectu oīs populi eius: in atriis domus domini in medio tui hieruſalē. Non dicitur **Gloꝛia patri.** ſed repetatur aña. **Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.** Et ita fiat in ceteris pſ̄s dicunt ſine **Gla.** Ps. cxix.

Ad dominū cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera aīam meā a labiis iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā dolosā? Sagitte potentis acute: cū carbonibus desolatoriis. Heu michi qꝛ incolatus meus prolongatꝰ est: habitaui cū habitantibus cedar/ multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Añ. Cū his q̄ oderūt pacē erā pacificꝰ cū loq̄bar illis ipugnabāt me gratis. Ps. cxxxix.

Eripe me dñe ab homie malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die ꝯstituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenū aspidū sub labiis eorū. Custodi me dñe de manu pctōꝛis: et ab hoibus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos: absconderunt superbi laqueū michi. Et funes extēderunt in laqueū: iuxta iter scandalū posuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē deprecationis mee. Domie dñe virtus salutis mee: obūbrasti super caput meū in die belli. Nō tradas me domie a desiderio meo pctōꝛi: cogitauerūt contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipsorū operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignē deiicies eos/ in miseriis non subsistēt. Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustū mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudiciū inopis: et vindictam pauperū. Verūtamen iusti confitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cū vultu tuo. Añ. Ab hominibꝰ iniquis libera me dñe. Ps. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee dū clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensū in cōspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Pone dñe custodiā ori meo: et ostium circūstātie labiis meis. Non declines cor meū in verba malicie: ad excusandas excusationes in pctis. Cum hoibus operantibꝰ iniquitatē: et non cōmunicabo cū electis eorū. Corripiet me iustus in mīa ⁊ increpabit me: oleum autē pctōꝛis non impinguet caput meū. Qm̄ adhuc et oratio mea in beneplacitis eorū: absorpti sunt iuncti petre iudices eorū. Audient verba mea quoniā potuerūt: sicut crassitudo terre erupta est super terrā. Dissipata sunt ossa nostra secus infernū: qꝛ ad te domine dñe oculi mei in te speraui nō auferas animam meā. Custodi me a laqueo quē statuerunt michi: et ab scandalis operantiū iniquitatē. Cadēt in retiaculo eius pctōꝛes: singulariter sum ego donec transeā. Añ. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et a scandalis operantium iniquitatem. Psalmus. cxli.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm depꝛecatꝰ sum. Effundo in cōspectu eius orationē meā: et tribulationē meā ante ipsum pronūcio. In deficiēdo ex me spiritū meū: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabā: absconderunt laqueū michi. Considerabā ad dexterā et videbam: et non erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et nō est qui requirat animā meā. Cla maui ad te domine dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationẽ meam: q2 hũiliatus ſum nimis. Libera me a perſequentibus me: q2 confortati ſũt ſuper me. Educ de cuſtodia aĩam meã ad confitendũ nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas michi. ã. **Conſiderabam ad dexterã et videbã: et non erat q cognoſceret me.** Finita hac quĩta ã. ſtatĩ icipiat ã **Cenãtib⁹.** Luce i.

Magnificat: aĩa mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatẽ ancille ſue: ecce enĩ ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potẽs eſt: et ſanctũ nomen eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eũ. Fecit potentiã in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Eſuriẽtes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuũ: recordatus miſericordie ſue. Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros: abraham et ſemini eius in ſecula. ã. **Cenantibus autẽ accepit ieſus panẽ: benedixit ac fregit dedit diſcipulis ſuis.** Repetita ã. poſt **Magnificat.** Dicat ſacerdos poſtcom. cũ **Dñs vo.** et **Orem⁹.** more ſolito.

Refecti vitalibus alimentis q̄s dñe de⁹ noſter: vt quod tẽpe noſtre mortalitatis exequimur: imortalitatis tue munere cõſequamur. Per. Et ſic miſſa et veſpere ſimul finiãt dyacono dicẽte **Ite miſſa eſt.** ſi ep̄s celebret. ſi vero nõ miſſa et veſpe ſimul finiant cũ **Benedicam⁹ dño.** Propter ſolẽnitatem vero cene dyacon⁹ et ſubdyaconus dalmatica et tunica induãtur: licet ep̄s nõ celebrauerit. ¶ Poſt prandiũ cõueniãt clerici ad eccleſiã ad altaria abluẽda et ad mandatũ faciendũ: et ad cõpletoriũ dicẽdũ. In p̄mis bñdicatur aqua more ſolito extra chorũ p̄uati. Deinde preparent duo ſacerd. excellẽtiores cũ dyacono et ſubd. de ſcd'a forma et ceroferariis de prima forma q oĩs ſint albis cũ amictibus induti. et incipiãt a maiori altari et abluãt illud infũdẽtes vinũ et aquã/ et iterũ cantetur ℞. **In mõte oliueti.** a toto choro corã altari cũ ſuo v̄ſu. et dicitur ſine **Gloria patri.** Quo finito dr v̄⁹ et oĩo de ſctõ in cui⁹ honore cõſecratũ eſt altare ab excelliẽtiori ſacerdote modeſta voce. Itẽ ſine nota q terminetur ſic **Per xp̄m.** nec p̄cedat nec ſubſeq̃tur **Dñs vo.** ſed tm̃ **Orem⁹.** ante oĩonẽ. Eodẽ mõ oĩa altaria in eccl'ia abluuntur cũ ℞. et v̄. ſicut ordinati ſũt in predicta hyſtoria: ſcz **In monte oliueti.** et cũ v̄. et oꝛ de ſctis vt ſupra dictũ eſt. Ita q nullũ ℞ incipiatur niſi tm̃ corã altari: et ibi totũ cantabitur vt ſupra diximus. Et ſemper in extrema ablutione cantetur ℞m. **Circundederunt me.** cũ ſuo v̄. Et ſi plura fuerint altaria in eccl'ia q ℞. in p̄dicta hyſtoria: tũc reĩcipiatur hyſtoria ordine p̄dicto ſeruato: ſz q ℞. **Circũdederũt** ſemper vltimo loco cãtetur. Poſt ablutionem altaris intrent capitulũ et dyaconus legat euangeliũ **Ante diem feſtũ.** ſicut ad miſſã lectum eſt: deinde dicitur ſermo. Quo finito ſurgant duo predicti ſacerdotes: et incipientes a maiorib⁹ lauẽt oĩm pedes/ vn⁹ ex vna parte/ et alter ex altera parte chori: et ipſi inuicem ſibi lauent pedes.

Et interim cantent̄ hec sequētes añ. cū suis p̄s a toto choro iterū sedēte. Añ. **Mandatū nouū.** P̄s. **Deus misereatur.** Totus p̄s dicit̄ sine **Gloria patri.** Et post vnūquēq; v. repetatur añ. Et hoc modo dicūt oēs añ cū suis p̄s q̄ sequūt̄. Añ. **Diligam⁹ nos.** P̄s. **Ecce q̄ bonū.** Añ. **In diebus illis.** P̄s. **Miserere.** Añ. **Maria ergo.** P̄s. **Beati imaculati.** Añ. **Postq̄.** P̄. **Audite hec ōs gētes.** He sequētes añ si necesse fuerit cātent̄: sin aūt oīno pretermittant̄. Añ. **Vos vocatis.** Añ. **Si ego domin⁹.** Añ. **Ante diem.** Añ. **Venit ad petrū.** Peracta ablutione pedū dicto sermone: accipiāt caritatis potū. Quib⁹ rite pactis vnus sacerdos dicat preces hoc modo.

Suscepimus de⁹ mīam tuā. In medio tēpli tui. Tu mandasti. Mādata tua custodiri nimis. Ecce q̄ bonū et q̄ iocūdū. habitare fratres in vnū. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vo. Et. Ore⁹. Or.

Adesto q̄s dñe officio seruitutis nostre: et q2 tu pedes lauare dignat⁹ es tuis discipulis ne despicias opa manuū tuarū q̄ nobis retinēda mādasti: sed sicut exteriora hic abluūtur inquinamēta corpoꝝ: sic a te oīm nostroꝝ interiora mūdent̄ pctā: qd̄ ipse prestare digneris. Qui cū deo patre et spū. san. vi. et re. de⁹. P. Si vero nullus adsit cleric⁹ smonē faciēs ceteri vt pri⁹ pactis post ablutionē pedū dicūt preces p̄dicte. Deinde legat̄, sequēs euāgeliū a q̄dā dyacono de sc̄da forma in supplicio sine titulo, Bñdictiōe p̄us petita ab executore officij: et legat̄ more lec. fratrib⁹ interim caritatis potū sumētib⁹ & legat̄ vsq; ad illū finē **Surgite eamus hinc.** Et ita cecedāt. Euā. Ioh. **xiij.** et **xiiij**

Amen amen dico vobis: nō est seru⁹ maior dño suo. neq; apostolus maior est qui misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur scriptura. Qui māducat meū panē: leuabit contra me calcaneū suum. Amen amen dico vobis priusq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis quia ego sum. Amen amē dico vobis: qui accipit si quē misero: me accipit. Qui autē me accipit: accipit eum qui me misit. Et cum hec dixisset iesus turbat⁹ est spiritu: et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo ad inuicē discipuli hesitantes de quo diceret. Erat autem recūbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quē diligebat iesus. Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq; cū recubuisset ille supra pectus iesu: dixit illi. Dñe qs est? Respōdit ies⁹. Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panē: dedit iude symonis scariothis. Et post bucellā: introiuit in illū sathanas. Et dixit ei iesus. Quod facis: fac citi⁹. Hoc aūt nemo sciuit discūbentiū: ad qd̄ dixerit ei. Quidā aūt putabāt q2 loculos habebat iudas q̄ dixisset ei iesus: eme ea q̄ nobis opus sūt ad diē festū: aut vt egenis aliquid daret. Cū ergo accepisset ille bucellā: exiuit cōtinuo. Erat ei nox. Cum ergo exisset dixit iesus. Nunc clarificatus est filius hoīs et deus clarificat⁹ est in eo. Si deus clarificat⁹ est in eo: et de⁹ clarificauit eū in semetipso Et cōtinuo clarificauit eū. Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Queretis me

et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos nõ poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ: ſicut dilexi vos vt et vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoſcẽt oẽs qꝛ diſcipli mei eſtis ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem. Dixit ei ſymon petrꝰ. Dñe q̃ vadis? Rñdit ieſus. Quo ego vado nõ potes me modo ſeq: ſeq̃ris aũt poſtea. Dixit ei petrꝰ Quare non poſſũ te ſeq modo? Aiam meã pꝛo te ponã. Rñdit ieſus. Animã tuã pꝛo me pones? Amen amẽ dico tibi: nõ cantabit gallus/donec ter negabis me. Et ait diſcipulis ſuis. Non turbet̃ coꝛ veſtrũ: neqꝫ foꝛmidet. Creditis in deuꝫ: et in me credite. In domo pꝛis mei: mãſiones multe ſũt. Si q̃minꝰ dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobis locũ. Et ſi abiero et pꝛeparauero vobis locũ: iterũ veniã et accipiã vos ad meipſũ: vt vbi ſum ego et vos ſitis. Et q̃ ego vado ſcitis: ⁊ viaꝫ ſcitis. Dixit ei thomas. Dñe neſcimus quo vadis. Et quõ poſſumꝰ viã ſcire? Dixit ei ieſus Ego ſum via: veritas et vita. Nemo venit ad patrẽ: niſi ꝑ me. Si cognouiſſetis me: et patrẽ meũ vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eũ: et vidiſtis eũ. Dixit ei philippus. Dñe oſtẽde nobis patrẽ: ⁊ ſufficit nobiſ. Dixit ei ieſus Tãto tpe vobiſcũ ſũ: et nõ cognouiſtis me. Philippe q̃ videt me: videt et patrẽ meũ. Et quõ tu dicis oſtẽde nobis pꝛem? Nõ credis qꝛ ego in patre: et pater in me eſt? Verba q̃ ego loquoꝛ vobis: a meipſo nõ loquoꝛ. Pater aũt in me manẽs: ipſe facit opa. Nõ creditis qꝛ ego in pꝛe: et pater in me eſt? Alioqn pꝛopter ipſa opa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me opa que ego facio et ipſe faciet. Et maioꝛa hoꝛũ faciet: qꝛ ego ad patrem vado. Et quodcũqꝫ petieritis patrẽ in noĩe meo hoc faciã: vt glĩficetur pater in filio. Si qd petieritis in noĩe meo: hoc faciã. Si diligitis me mãdata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ: et aliũ paraclitũ dabit vobis/vt maneat vobiſcũ in eternũ. Spm̃ veritatis queꝫ mũdus nõ põt capere: qꝛ nõ videt eũ/nec ſcit eũ. Vos aũt cognoſcetis eũ: qꝛ apud vos manebit/⁊ in vobis erit. Nõ relinquã vos oꝛphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ et mũdus me iam nõ videt. Vos aũt videbitis me: qꝛ ego viuo/et vos viuetis. In illo die voſ cognoſcetis qꝛ ego ſũ in pꝛe meo: et vos in me et ego in vobis Qui habet mãdata mea et ſeruat ea: ille eſt q̃ diligit me Qui aũt diligit me: diliget̃ a pꝛe meo. Et ego diligã eũ: et manifeſtabo ei meipſũ. Dixit ei iudas: nõ ille ſcariothis Dñe qd factũ ꝫ qꝛ manifeſtaturꝰ es teipſũ nobiſ ⁊ nõ mũdo? Rñdit ieſus ⁊ dixit ei. Si qs diligit me: ſermonẽ meũ ſeruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemꝰ et mãſionẽ apud eũ faciemꝰ Qui nõ diligit me: ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonẽ queꝫ audiſtis nõ eſt meus: ſed eius qui miſit me patris Hec locutꝰ ſum vobis: apũ vos manẽs. Paraclitus aũt ſpũs ſanctus quẽ mittet pater in noĩe meo: ille vos docebit oĩa/⁊ ſuggeret vobis oĩa quecũqꝫ dixero vobiſ Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quõ mũdus dat: ego do vobis. Non turbet̃ coꝛ veſtrũ neqꝫ foꝛmidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos.

Si diligeretis me gauderetis vtiq̃/qꝛ vado ad patrē:qꝛ pater maioꝛ me eſt. Et nūc dixi vobis pꝛiuſ ꝙ̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa:loquar vobiſcū. Uenit enī pꝛinceps mūdi huius:⁊ in me nō habet quicꝙ̄. Sed vt cognoſcat mūdus qꝛ diligo patrē:et ſicut mandatū dedit michi pater:ſic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Feria ſexta ī die paraſceues dicta hoꝛa nona/accedat ſacerdos ad altare indut⁹ veſtib⁹ ſacerdotalibus in caſula rubea cū dyacono et ſubd̄. et ceteꝝ miniſtris altaris ꝗ oēs ſunt albis cū amictib⁹ īduti:⁊ ſtatī ꝓcedat accolit⁹ alba īdut⁹ ad legēdū hāc lectionē ad gradū choꝛi ſine titulo hoc modo ¶ Oſee vi.

In tribulatione ſua mane cōſurgent ad me. Uenite ⁊ reuertamur ad dñm:qꝛ ipſe cepit et ſanabit nos/percutiet et curabit nos. Uiuificabit nos poſt duos dies:in die tercia ſuſcitabit nos ⁊ viuemus in cōſpectu eius. Sciem⁹ ſequemurq̄: vt cognoſcam⁹ dñm Quaſi diluculum pꝛeparatus eſt egreſſus eius:et veniet quaſi ymber nobis tēpoꝛaneus et ſerotin⁹ terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciaꝫ tibi iuda? Mīa vr̄a quaſi nubes matutina:et ꝗſi ros mane pertrāſiens. Propter hoc dolaui in ꝓphetis et occidi eos ī verbis oꝛis mei:et iudicia mea quaſi lux egredient̄. Qꝛ mīam volui:⁊ nō ſacrificiū. et ſcientiā dei pluſ ꝙ̄ olocauſtū. Choꝛ⁹ alt̄nari dicat ℟.

Domine audiui auditū tuū et timui:cōſideraui opa tua et expaui. ℣. In medio duoꝝ aīaliū innoteſceris dū appꝛopinquauerint āni cognoſceris dū aduenerit tēpus oſtenderis. ℣. In eo dū conturbata fuerit aīa mea in ira mīe memoꝛ eris. ℣. Deus a libano veniet et ſanct⁹ de mōte vmbꝛoſo et cōdēſo. ℣. Operuit celos maieſtas eius:et laudis ei⁹ plena eſt terra. Sequat̄ oꝛo ſine Dñs vo. ſꝫ tñ cū Oꝛe⁹. et Flecta.

Deus a quo ⁊ iudas ꝓditoꝛ reatus ſui penā/et cōfeſſionis ſue latro pꝛemiū ſumpſit:concede nobis tue ꝓpiciationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dñs noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipendia meritoꝝ:ita nobis ablato vetuſtatis erroꝛe reſurrectionis ſue gratiā largiat̄. Qui tecum.

Subdyacon⁹ legat hanc lectionē ad gradū choꝛi ſine titulo hoc modo. ¶ Exodi. xii. ca.

Dixit dñs ad moyſē et aarō in terra egypti. Menſis iſte vobis pꝛincipiū menſiū:pꝛimus erit in mēſibus anni. Loquimini ad vniuerſū cetū filioꝝ iſrael: et dicite eis. Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnū per familias ac domos ſuas. Sin autē minoꝛ eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendū agnū:aſſumat vicinū ſuū qui iunctus eſt domui eius iuxta numerū aīaꝝ que ſufficere poſſit ad eſū agni. Erit enī agnus abſq; macula:maſculus annicul⁹ Juxta quē ritū tolletis ⁊ hedū:⁊ ſeruabitis eū vſq; ad quartādecimā diē menſis huius. Immolabitq; eū vniuerſa multitudo filioꝝ iſrael ad veſperū:ſumentq; de ſanguine agni ac ponent ſup vtrūq; poſtē:et in ſuperliminaribus domoꝝ in quibus comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa aſſas igni:et azimos panes cū lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctū aqua:ſed aſſum tantū igni. Caput cum pedibus eius et inteſtinis voꝛabitis:

nec remanebit ex eo quicq̄ vſq̄ mane. Si quid reſiduum fuerit: igne comburetis. Sic autē comedetis illum. Renes veſtros accingetis ⁊ calciamenta habebitis in pedib⁹ tenentes baculos in manibus/ et comedetis feſtinantes. Eſt enim phaſe: id eſt tranſitus domini.

Chorus alternati dicat tractum.

Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerūt malicias in corde: tota die cōſtituebāt prelia. ℣. Acuerūt linguā ſuā ſicut ſerpentes: venenū aſpidū ſub labijs eorū. ℣. Cuſtodi me dñe de manu peccātoris: et ab hoībus iniquis libera me ℣. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſ⁹ meos: abſconderūt ſuperbi laqueū michi. ℣. Et funes extēderūt in laqueū pedibus meis: iuxta iter ſcandalū poſuerūt michi. ℣. Dixi dño deus me⁹ es tu exaudi dñe vocē orōnis mee. ℣. Dñe domine virtus ſalutis mee: obūbraſti caput meū in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio meo peccātori: cogitauerūt aduerſū me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltentur. ℣. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipſorū operiet eos. ℣. Verūtamen iuſti confitebunt nomini tuo et habitabūt recti cū vultu tuo. Sequat paſſio ſine. Dñs vo. et ſine titulo hoc modo incipiēte. ¶ Johis. xviij. c.

Egreſſus eſt ieſus cum diſcipulis ſuis trās torrentē cedron vbi erat ortus: in quē introiuit ipſe et diſcipuli eius. Sciebat aūt et iudas qui tradebat eū locū: qꝛ frequēter ieſus cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. Judas ergo cū accepiſſet cohortem: et a pōtificibus ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cū laternis et facibus et armis. Jeſus itaqꝫ ſciēs oīa q̄ ventura erāt ſuper eū: proceſſit et dixit eis. ✠ Quē queritis? c. Reſpōderunt ei. s. Jeſum nazarenū. c. Dixit eis ieſus. ✠ Ego ſum. c. Stabat autē et iudas qui tradebat eū cum ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum/ et ceciderunt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. ✠ Quē queritis? c. Illi autē dixerunt. s. Jeſum nazarenū. c. Reſpondit ieſus. ✠ Dixi vobis: qꝛ ego ſum. Si ergo me queritis: ſinite hos abire. c. Vt impleretur ſermo quē dixit: qꝛ quos dediſti michi/ non perdidi ex eis quēq̄. Symō ergo petrus habēs gladiū eduxit eū: ⁊ percuſſit pontificis ſeruū: et abſcidit auriculā eius dextrā. Erat aūt nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. ✠ Mitte gladiū tuum in vaginam. Calicē quē dedit michi pater: nō vis vt bibā illū? c. Cohors ergo et tribunus et miniſtri iudeorū cōprehenderūt ieſū: ⁊ ligauerunt eū/ et adduxerūt eū ad annā primū. Erat eni ſocer cayphe qui erat pōtifex anni illius. Erat autem cayphas qui cōſiliū dederat iudeis: qꝛ expedit vnū hoīem mori pro populo. Seq̄batur aūt ieſum ſymon petrus: et alius diſcipulus. Diſcipulus aūt ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cū ieſu in atriū pōtificis. Petr⁹ aūt ſtabat ad oſtiū foris. Exiuit ergo diſcipulus ali⁹ q̄ erat notus pōtifici: et dixit oſtiarie/ ⁊ introduxit petrū. Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. s. Nūquid et tu ex diſcipulis es hominis iſti⁹? c. Dixit ille. s. Nō ſū. c. Stabant autē ſerui et miniſtri ad prunas qꝛ frigus erat: et calefaciebāt ſe. Erat aūt cū eis ⁊ petr⁹ ſtans et calefaciēs ſe. Pōtifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius.

Respondit iesus. ✠ Ego palā locutus sum mundo. Ego semꝑ docui in synagoga ⁊ in templo quo oēs iudei ꝯueniūt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt: qđ locut⁹ sum ipsis. Ecce hi sciūt: q̄ dixeri ego. c. Hec aūt cū dixisset: vnus assistens ministroꝝ dedit alapā iesu dicēs. s. Sic respōdes pontifici? c. R̄ndit ei iesus ✠ Si male locut⁹ sum: testimonium perhibe de malo. Si aūt bene qđ me cedis? c. Et misit eū annas ligatū: ad cayphā pōtificē. Erat aūt petrus stans: et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. s. Nunqđ et tu ex discipulis eius es? c. Negauit ille: et dixit. s. Non sum. c. Dixit ei vnus ex seruis pōtificis: cognatus ei⁹ cuius abscidit petrus auriculā. s. Nōne ego te vidi ī oꝛto cum illo? c. Iterū ergo negauit petrus: et statī gallus cātauit. Adducunt ergo iesū a caypha in pretoꝛiū. Erat aūt mane. Et ipsi nō introierūt in pretoꝛiū: vt nō contaminarent̄ sed manducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foꝛas: et dixit. s. Quā accusationē affertis aduersus hoiem hūc? c. R̄nderunt et dixerunt ei. s. Si nō esset hic malefactoꝛ: nō tibi tradidissemus eū. c. Dixit ergo eis pylatus. s. Accipite eū vos: et secundū legē vestrā iudicate eū. c. Dixerunt ergo ei iudei. s. Nobis non licet: interficere quēq̄. c. Ut sermo iesu impleret̄ quē dixit: significans qua moꝛte esset moꝛiturus. Introiuit ergo iterū in pretoꝛiū pylatus: et vocauit iesū ⁊ dixit ei s. Tu es rex iudeoꝝ? c. Respōdit iesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerūt de me? c. Respondit pylat⁹. s. Nunquid ego iudeu

sum? Gens tua et pontifices: tra

diderūt te michi. Quid fecisti? c

R̄ndit iesus. ✠ Regnū meū nō

de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo es

regnū meū: ministri mei vtiq̄ de

certarent vt non traderer iude

Nūc aūt regnū meū non est hi

c. Dixit itaq̄ ei pylatus. s. Ergo rex es tu? c. R̄ndit ies⁹. ✠ Tu dicis: qꝫ rex sum ego. Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundū vt testimoniū perhibeā veritati Oīs qui est ex veritate: audit vocē meā. c. Dixit ei pylat⁹. s. Quid est veritas? c. Et cū hoc dixisset: iterū exiuit ad iudeos/ et dixit eis s. Ego nullā inuenio ī eo causam Est aūt ꝯsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pascha. Uultis ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ? c. Clamauerūt rursū oēs dicētes s. Non hunc sed barrabā. c. Erat aūt barrabas latro. Tūc ergo apprehēdit pylatus iesū: et flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis īposuerūt capiti eius: ⁊ veste purpurea circūdederūt eū/ et veniebant ad eū et dicebant. s. Aue rex iudeoꝝ. c. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pylatus foꝛas: et dixit eis. s. Ecce adduco vobꝫ eū foꝛas: vt cognoscatis qꝫ in eo nullam causā inuenio. c. Exiuit ergo iesus poꝛtās spineā coronā: ⁊ purpureū vestimentū/ et dixit eis pylat⁹. s. Ecce homo. c. Cū ergo vidissent eū pontifices et ministri: clamabant dicētes. s. Crucifige crucifige eū. c. Dixit eis pylatus. s. Accipite eū vos: et crucifigite. Ego enī non inuenio in eo causā c. Respōderūt ei iudei. s. Nos legem habem⁹: et scd̄m legem debet moꝛi: qꝫ filiū dei se fecit. c. Cū e go audiſſet pylatus hunc ſermonē: magis timuit. Et ingreſſus ē pretoriū iterū: et dixit ad ieſū. s. Unde es tu? c. Ieſus aūt reſponſum nō dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. s. Michi nō loqueris? Neſcis qr poteſtatē habeo crucifigere te: et poteſtatē habeo dimittere te? c. Reſpōdit ieſus. + Non haberes poteſtatē aduerſū me ullā: niſi tibi eſſet datū deſuper. Propterea qui tradidit me tibi: mai⁹ peccatū habet. c. Et exinde q̄rebat pylatus dimittere eū. Iudei aūt clamabant dicētes. s. Si hūc dimittis nō es amicus ceſaris. Oīs enī qui ſe regē facit: cōtradicit ceſari. c. Pylat⁹ ergo cū audiſſet hos ſermones adduxit foras ieſū: et ſedit pro tribunali in loco qui dicit lithoſtratos/ hebraice autem gabatha. Erat autē paraſceue paſche hora quaſi ſexta: et dixit iudeis. s. Ecce rex veſter. c. Illi aūt clamabant. s. Tolle tolle: crucifige eū. c. Dixit eis pylat⁹. c. Regē veſtrū crucifigā? c. Reſpōderūt pontifices. s. Non habemus regē: niſi ceſarē. c. Tūc ergo tradidit eis illū: vt crucifigeret. Suſceperūt aūt ieſū: et eduxerūt. Et baiulās ſibi crucē exiuit in eū qui dicitur caluarie locū: hebraice aūt golgotha/ vbi eū crucifixerūt. Et cū eo alios duos hinc et hic: mediū autem ieſū. Scripſit aūt et titulum pylatus: et poſuit ſup crucē. Erat aūt ſcriptū. Ieſus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorū: quia ppe ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt ieſ⁹. Et erat ſcriptū: hebraice/ grece et latine. Dicebāt ergo pylato pōtifices iudeorū. s. Noli ſcribere rex iudeorū: ſed q̄ ipſe dixit rex ſum iudeorum. c. Reſpōdit pylatus. s. Quod ſcripſi ſcripſi. c. Milites ergo cū crucifixiſſent eū acceperūt veſtimēta eius et fecerūt quatuor partes: vnicuiq; militi partē. et tunicā. Erat aūt tunica inconſutilis deſup cōtexta per totū. Dixerunt ergo ad inuicē. s. Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. c. Ut ſcriptura impleretur dicēs. Partiti ſunt veſtimēta mea ſibi: Accedāt duo miniſtri in ſuppelliciis vn⁹ ad dexterū et ali⁹ ad ſiniſtrū cornu altaris: et inde duo lintheamina amoueant q̄ ad hoc ſup altare fuerant appoſita. Et in veſtē meā: miſerūt ſortem. Et milites quidē hec fecerūt. Stabant autē iuxta crucē ieſu mater eius et ſoror matris ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Cū vidiſſet ergo ieſus matrē et diſcipulum ſtātē quē diligebat: dixit matri ſue. + Mulier ecce filius tu⁹. c. Deinde dixit diſcipulo. + Ecce mater tua. c. Et ex illa hora: accepit eā diſcipulus in ſua. Poſtea ſciens ieſus q2 iam oīa cōſūmata ſunt: vt conſūmaretur ſcriptura dixit. + Sitio. c. Uas ergo poſitum erat: aceto plenū. Illi aūt ſpongiā plenā aceto yſopo circūponētes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepiſſet ieſus acetū: dixit. + Conſūmatū eſt. c. Et inclinato capite: tradidit ſpiritū. Sequatur. Pater noſter. Aue. In manus. c. Iudei ergo quoniā paraſceue erat: vt non remanerēt in cruce corpora ſabbato (erat enī magnus dies ille ſabbati) rogauerunt pylatū vt frangerentur eoꝝ crura: et tollerētur. Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerūt crura: et alteri⁹ qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum aūt eũ veniſſent vt viderunt eũ iam mortuũ non fregerũt eius crura: ſed vnus militũ lancea latus eiꝰ aperuit: et cõtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui vidit teſtimoniũ perhibuit: et verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit qꝛ vera dicit: vt et vos credatis Facta ſunt enĩ hec: vt ſcriptura impleretur. Os non cõminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Uidebunt in quem tranſfixerunt. Euangeliũ.

POſt hec autẽ rogauit pylatum ioſeph ab arimathia / eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu / occultꝰ autẽ propter metũ iudeorũ: vt tolleret corpus ieſu. Et permiſit pylatus. Uenit ergo et tulit corpus ieſu. Uenit autẽ et nichodemus qui venerat ad ieſũ nocte primũ: ferens mixturã myrre et aloes q̃ſi libras centũ. Acceperũt ergo corpus ieſu et ligauerũt eũ lintheis cũ aromathibus: ſicut mos iudeis eſt ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt ortus: ⁊ in orto monumentũ nouũ: ĩ quo nondũ quiſꝗ̃ poſitus fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuẽ iudeorũ qꝛ iuxta erat monumentũ: poſuerũt ieſũ.

Sequunt̃ orõ̃es ſolẽnes et ad vnã quãq; illarũ dicit̃ Flectamus genua. niſi ad eã q̃ orat pro iudeis. Oro.

OREmus dilectiſſimi nobis ĩ primis pro eccleſia ſãcta dei vt eã deus et dñs noſter pacificare et cuſtodire dignetur toto orbe terrarũ: ſubiiciens ei principatus et poteſtates: detq; nobis quietã et tranquillã vitã degentibꝰ glorificare deũ patrẽ omnipotentem

Deinde dicat ſacerdos Oremus.

Deinde dicat dyaconꝰ Flectamus genua Leuate: Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui gloriã tuã omnibus in xp̃o gentibus reuelaſti: cuſtodi op̃s opera miſericordie tue: vt eccl'ia tua toto orbe diffuſa / ſtabili fide in cõfeſſione tui nominis perſeueret Per eundẽ dñm. Chorus reſpondeat Amen. Et omnes orationes finiantur ſub tono predicto. Oratio.

OREmus ⁊ pro beatiſſimo papa noſtro N. vt deus et dñs noſter qui elegit eũ in ordine epyſcopatus ſaluũ atq; incolumen cuſtodiat eccleſie ſue ſancte ad regendum populũ ſanctũ dei. Oremus Flectamus genua Leuate. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus: cuius iudicio vniuerſa fundantur reſpice ꝓpiciꝰ ad preces nr̃as et electũ nobis antiſtitẽ tua pietate conſerua: vt xp̃iana plebs que tali gubernatur auctore ſub tãto pontifice credulitatis ſue meritis augeatur. Per dominũ. Oratio.

OREmus et pro oĩbus epyſcopis / presbyteris / dyaconibꝰ ſubdyaconibus / accolitis / exorciſtis / lectoribus / hoſtiariis / confeſſoribus / virginibus / viduis / et pro omni populo ſancto dei. Oremus Flectamus genua Leuate. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus: cuius ſpũ totũ corpus eccl'ie ſanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicãtes vt gratie tue munere ab oĩbus tibi gradibus fideliter ſeruiat̃ Per dominũ. in vnitate eiuſdẽ. Oro.

OREmus et pro xp̃ianiſſimo rege noſtro N. vt deus ⁊ dominus noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes ad noſtram perpetuam pacem. Oremꝰ Flectamus genua Leuate. Oro.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: in cuius manu ſunt oĩm poteſta tes et oīm sueta regnoꝝ: respice ad xp̄ianoꝝ benign⁹ iperiū: vt gētes que in sua feritate ꝯfidūt: potētie tue dextra cōprimant. Per d. Oꝛo

OREmus et ꝓ cathecuminis nostris: vt deus et dñs noster adaperiat aures precordioꝝ ipsoꝝ ianuāq̄ mīe tue: vt ꝑ lauachꝛū regenerationis accepta remissione oīm pctōꝝ et ipsi digni inueniantur in xp̄o iesu dño nostro Oremus. Flectam⁹ genua Leuate. Oꝛ.

OMnīps sempiterne deus: qui ecclesiā tuā noua semꝑ prole fecundas: auge fidē et intellectum cathecuminis nostris: vt renati fōte baptismatis adoptiōis tue filiis aggregent̄. Per d. Oꝛo.

OREmus dilectissimi deū patrem omnipotentē: vt cunctis mundum purget erroribus / morbos auferat / famē depellat / aperiat carceres / vincula dissoluat / peregrinantibus reditū / infirmantibus sanitatē / nauigantibus portū salutis indulgeat. Oremus. Flecta⁹ genua Leuate. Oꝛ.

OMnīps sempiterne deus mestoꝝ consolatio / laborantium fortitudo / perueniāt ad te preces de quacunq̄ tribulatione clamantiū: vt omnes sibi in necessitatib⁹ suis misericordiā tuā gaudeant affuisse. Per dñm. Oratio.

OREmus et ꝓ hereticis et scismaticis: vt deus et dñs noster iesus christus eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctam matrē ecclesiā catholicā et apostolicam reuocare dignetur. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Oꝛo.

OMnipotens sempiterne deus qui saluas oēs homīes: ꝛ neminē vis perire: respice ad animas dyabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita / errantium corda resipiscant et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominū nostrū. Oratio

OREmus et pro perfidis iudeis: vt deus ꝛ dñs noster auferat velamen de cordibus eoꝝ: vt ꝛ ipsi agnoscant iesum christū dominū nostrum. Oremus. Hic non dicitur Flectamus ge. Oꝛo.

OMnipotens sempiterne deus qui etiam iudaicā perfidiam a tua misericordia nō repellis: exaudi preces nostras quas ꝓ illius ppl̄i obcecatione deferim⁹: vt agnita veritatis tue luce que christus est a suis tenebris eruantur. Per eundē dominū. Oratio.

OREmus et pro paganis: vt deus omnipotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: vt relictis ydolis suis conuertantur ad deum viuum et verum: et vnicum filiū eius iesum christum deum et dñm nostrū: cum quo viuit et regnat deus cum spiritu sācto. Per omnia secula seculorum. Oremus. Flectamus ge. Le. Oꝛo

OMnipotens sempiterne deus: qui non vis mortē peccatorum sed vitam semper inquiris: suscipe propicius orationem nostram: et libera eos ab ydoloꝝ cultura: ꝛ aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nominis tui. Per d. Finitis orōib⁹ exuat sacerdos casulā et i sede sua iuxta altare se reponat cū dyacono et subdyacono: et interī alij duo pb̄ri de superiori gradu nudatis pedibus albis induti absq̄ paruris tenentes crucē coopertā super brachia solēniter iter eos retro magnū altare in dextra parte canāt hos v⁹. Popule meus qd. Duo dyaconi de ſecūda forma in cappis ſuis nigris ad gradū chori ad altare ꝯuerſi dicētes **Agyos.** Chorꝰ reſpōdeat cū genuflexiōe oſculādo formulas tribus vicibꝰ in vna ꝯfuſione vnaquaqꝫ vice reſurgēdo. **Sanctꝰ deus.** Sacerdotes vero tenētes crucē retro altare: et dyacōi ad gradū chori dicētes **Agyos.** ſemper ſint ſtātes. Itē ſacerđ. loco nō mutato dicāt ℣. **Quia eduxi** Dyaconi. **Agyos.** chorꝰ. **Sanctus deꝰ.** Itē ſacerđ. loco nō mutato di. ℣. **Quid vltra.** Dyaconi. **Agyos.** cho. **Sanctus deꝰ.** Deīde ſacerđ. diſcooperientes crucē iuxta altare in dextra parte canāt hanc antiphonā. **Ecce lignū.** Chorꝰ cū genuflexione oſculādo formulas rūdeat ā. **Crucē tuam.** ꝑs **Deꝰ miſereatꝰ.** totꝰ ꝑs đ ſine **Gloria patri** a toto choro: et poſt vnūquēque ℣. repetatꝰ ān. ſcilicet a toto choro cū genuflexione: et interim deponatꝰ crux ſolēniter ſuper tertiū gradū ad altari iuxta quā ſedeāt ꝓdicti ſacerđ. vnꝰ a dextris et aliꝰ a ſiniſtris. Deinde ꝓcedāt clerici ad crucē adorandā nudatis pedibꝰ: incipiētes a maioribus. Finito ꝑs cū ā. cātetꝰ ſequēs hyꝰ: a duobꝰ ſacerđ. interim ſedētibꝰ iuxta crucē modo ſupradicto. Hymnꝰ. **Crux fidelis.** Chorꝰ eūdē repetat poſt vnūquēque ℣. interim ſedēdo. Itē ſacer. di. ℣. **Pange lingua.** ℣. **De parētis.** ℣. **Hoc opꝰ.** ℣. **Quādo venit.** ℣. **Luſtra ſex.** ℣. **Hic acetū.** ℣. **Gloria et honor.** His finitis deportetꝰ crux per mediū chori a ꝓdictis duobꝰ ſacerđ. vbi a ꝑpſo adoretꝰ ante aliqđ altare: et interim cātetꝰ hec ſequēns ā. in choro cū ſuo ℣. a toto choro interim ſedēte. Cātore īcipiēte ā. **Dum fabricator.** ℣ſꝰ. **O admirabile.** **Aperte.** Adorata cruce et finita ā. predicta cū ſuo ℣. predicti ſacerđ. eā reuerētia qua crucē antea exportauerūt per mediū chori vſqꝫ ad ſūmū altare iterū reportēt. Tūc ꝯueniāt oēs clerici de choro ad altare et induat ſacerđ. caſulā quā prius exuerat: et accedat ad gradū altaris cū dyacono et ſubđ. et dicat **Cōfiteor** et **Miſereatꝰ** et abſolutionē cum precibus et orōnibꝰ **Aufer a nobis dñe.** more ſolito: tn̄ hic non detur oſculū pacis. Deīde ſacrificio ſuper altare more ſolito depoſito et incenſato cū aque et vini infuſiōem calicē: ſcilꝫ poſt ablutionē manuū dicat cū hūilitatōe corā altari **In ſpū hūilitatis.** oſculādo altare et bndicto ſacrificio ſignat ſe dicēdo **Orate fratres.** more ſolito. Poſtea dicat ſacerđ. humili voce ſine nota **Oremus. Preceptis ſa.** cū orōe dñica. ſcilꝫ **Pater noſter.** chorꝰ rūdeat **Sed libera nos** Deīde dicat **Libera nos q̄s.** et **Da ꝓpiciꝰ.** In qua orōe dū đ **Per eundē.** frāgat corpus dñi ſicut ſolet fieri ceteris diebꝰ. Deīde dicat modeſta voce tn̄ ſine nota. **Per oīa ſecula ſeculorū.** chorꝰ rūdeat **Amen.** Poſtea dimittat in calicē ſicut ſolet partē hoſtie. Nō đ **Pax dñi.** nec **Agnꝰ dei** nec pax detur: ſed ſtatim cōmunicet ſe ſacerđ. dicendo **Corpꝰ dñi.** ꝛc. Ad corpꝰ et ſāguinē **Corpus et ſāguis.** nulla precedēte orōne. Deinde poſt lotionē manuū dicāt veſpas nō cantādo: ſed bini et bini priuati corā altari hoc modo. ant. **Calicem.** ꝑs. **Credidi.** et cetere āe cū ſuis ꝑs. ſicut in die cene. ā. **Cenātibꝰ.** ꝑs **Magnificat** deinde ſtando đ **Pater noſter** cū ꝑs **Miſerere.** quo finito dicat ſacerdos in audiētia ſꝫ ſine nota pꝰcō. ſine **Dñs vo.** et ſine **Oremꝰ.** Hoc mō incipiēs **Reſpice q̄s dñe ſuper hanc familiā.** ſine **Qui tecū.** et ſic miſſa et veſpe ſimul finiant. Nõ dicit **Dñs vo.** nec **Benedicamus domino.** nec **Ite miſſa eſt.** Finitiſ veſperis exuat ſacerd. caſulã et aſſumẽs ſecũ vnũ de ſłatis in ſuppelliciis amborũ pedibꝰ nudatiſ reponat crucẽ in ſepulchrũ pariter cũ corpore dñico ſcʒ in pixide. incipiens ipſe ſolus R. **Eſtimatꝰ ſũ.** genuflectendo cũ ſuo ſocio: q̃ incepto ſtatĩ ſurgãt. ſic fiat in R. **Sepulto dño.** Chorꝰ proſequat cũ ſuo v. genuflectẽdo cõtinue vſq; in finẽ ſeruitij. Deinde incẽſato ſepulchro et clauſo oſtio incipiat idẽ ſacerd. R. **Sepulto.** Chorus cãtet cũ ſuo v. Ad iſtas tres ãs genu flectẽt predicti ſacerd. cõtinue. ſacerdos incipiat ã **In pace.** Chorꝰ proſequat **In idipſum.** Itẽ ſacer. ã. **In pace factꝰ eſt.** cho. proſequat **Locus eiꝰ.** Itẽ ſacer. ã. **Caro mea.** cho. proſequa **requieſcet in ſpe.** His finitis et dictis orationibꝰ ad placitũ ſecrete ab oĩbꝰ cũ genuflexione: oĩbꝰ alijs ad libitũ recedẽtibus ordine nõ ſeruato: reinduat ſacerdos caſulã et eodẽ ordine quo acceſſit in pricipio ſeruitij cũ dyacono et ſubd. et ceteris miniſtris altaris abſcedat. Exinde ardebit cõtinue vnꝰ cereus ad minꝰ ante ſepulchrũ vſq; ad proceſſionẽ q̃ fit in reſurrectiõe dñica in die paſche/ ita tamen q̃ dum pſ **Benedictus** canitur et cetera q̃ ſequuntur in ſequẽti nocte/ extingatur. Sic extigatur in vigi. paſc. dũ bñdicit nouꝰ ignis vſq; dũ accẽdat cereus paſchalis xxxvi. pedes cõtinẽs in lõgitudie

¶ Sabbõ ſcõ in vigilia paſche primo fiat bñdictio ignis, ab executore officij induto veſtibus ſacerdotalibꝰ cũ cappa ſerica/ dyaconꝰ dalmatica ⁊ ſubdyaconꝰ tunica induant cuʒ ceteris miniſtris altaris albis cũ amictibꝰ indutis ſine lumine: cũ cereis et ſine cruce ⁊ ſine igne in thuribulo. Quidã etiã de prima forma in ſuppelliciis cereum extinctũ ſup haſtã quãdã deferens et proceſſionẽ precedẽs poſt portitorẽ aque benedicte per mediũ chori ad nouũ ignẽ bñdicẽdũ proceſſionaliter eãt choro ſequẽte habitu non mutato ad colũnã ex parte auſtrali iuxta fontẽ vbi ſacerdos executor officij ignẽ bñdicat qui accẽdat ibidẽ: ſcʒ in medio inter duas colũnas. In eũdo vero dicitur iſte pſalm **Dñs illuminatio.** ſine nota et ſine **Gloria patri.**

Hoc modo fiat ſtatio ad ignẽ. ſacerdos iuxta ignẽ ſtet ad orientẽ cõuerſus: et ad ſiniſtrũ eiꝰ ſtet dyaco. ſubdya. vero ad ſiniſtrũ dya. Ceroferariꝰ vnꝰ ſtet ſacerd. oppoſitus. ad dexterã ceroferarij puer tenẽs librũ primior ſacerd. Aliꝰ aũt ceroferariꝰ ſtet retro ſacerd. ad dexterã eiuſdẽ ceroferarij ſtet portitor aque proximior ſacerd. et vltimo loco retro oĩs a parte occid. ſtet portitor haſte cũ cereo. Et ex parte ignis auſtrali ſtet thuribularius ad accipiendũ ignẽ in thuribulari poſt bñdictionẽ. Oĩbus iſtis miniſtris ad ſacerd. conuerſus interi choro circũſtante vʒ ex parte boreali. Sequat benedictio ignis ſolẽniter a ſacerdote ita dicẽte **Dñs vobiſcũ.** et **Oreꝰ.** Or.

Domine deus noſter pater oĩps/ lumen indeficiens, ⁊ conditor oĩm luminũ exaudi nos famulos tuos: et bene✠dic hũc ignẽ qui tua ſctificatione et bñdictione ꝯſecratũ tu illuminãs oĩm hoiem venientem in hũc mundũ: illuia cõſcientias cordis noſtri igne tue carita

tis: vt tuo igne igniti/tuo lumie illuminati/expulſis a cordib⁹ noſtris pctōꝝ tenebris ad vitā te illuſtrante ꝑuenire mereamur eternam: et ſicut illuſaſti ignē moyſi famulo tuo per colūnā ignis ambulātē in mari rubro: ita illuſtra noſtrū lumen/et cādela que de eo fuerit accēſa in honore maieſtatꝫ tue ſemꝑ perſeueret bñdicta: et q̄cūq; lumen ex eo portauerit/ſit illuminat⁹ luie gratie ſpūalis ꝑ dñ.

Et oēs orōnes dīr cū Oremus. ſub tono lcōnis. Hic aſpergaꝫ aq̄ benedicta ſuper ignem. deinde dicitur Dñs vobiſcū Oremus. Or.

Domine ſancte pater omp̄s eterne deus: bene✠dicere et ſcti✠ficare digneris iſtū ignē quē nos idigni ꝑ iuocationē vnigeniti filij tui dñi nr̄i ieſu xp̄i bene✠dicere preſumim⁹: tu clementiſſime pater cū tua bñ✠dictiōe ſctifica: ⁊ ad ꝑfectū hūani generꝫ peruenire cōcedas. Ꝑ eundē. Or.

Celeſti lumine q̄s dñe ſemper hic ⁊ vbiq; nos preueni: vt myſteriū cui⁹ nos ꝑticipes eē voluiſti: et puro cernam⁹ intuitu et digno ꝑcipiamus effectu. Ꝑ dñ.

Sequaꝫ benedictio thimiamatis ſiue incenſi hoc modo. ✠

Exorciſo te immundiſſime ſpiritus et oē fantaſma inimici in noīe dei p̄ris oīpotentis/et in noīe ieſu xp̄i filij ei⁹: et ī virtute ſpūſſācti: vt exeas et recedas ab hac creatura thimiamatꝫ ſiue incenſi cū oī fallacia atq; neqcia tua: vt ſit hec creatura ſcti✠ficata in nomie eiuſdē dñi noſtri ieſu xp̄i/vt oēs guſtātes tangentes ſiue odorātes eā virtutē et auxiliū percipiāt ſcti ſpūs: ita vt vbicūq; hoc incenſū vel thimiama fuerit ibi nullatenus appropiquare audeas/nec aduerſa inferre p̄ſumas ſed quicūq; ſpūs imunde es cū oī verſutia tua ꝓcul īde fugias atq; diſcedas adiurat⁹ per nomē et virtutē dei p̄ris oīpotētis ⁊ filij eiuſdem dñi noſtri ieſu xp̄i q̄ ventur⁹ eſt in ſpū ſancto iudicare viuos et mortuos et te preuaricatorē et ſeculū per ignē. R̄ñdet Amē. Oro.

Omp̄s ſempiterne deꝰ: q̄ paſchale ſacramentū quinquaginta dierū voluiſti myſterio cōtineri: preſta q̄s / vt gētiū facta diſperſio diuiſione linguaꝝ ad vnā cōfeſſionē tui noīs celeſti munere congregetꝰ. Per do. Deinde ſequātur letanie ⁊ benedictio fontiū ſicut in vigi. paſc. eodē videlꝫ modo et oꝛdie in eūdo ⁊ redeundo et in ſtatione. in redeūdo dī Rex ſanctoꝝ. et poſtea icipiatꝰ miſſa Kyrie el. et interī dicat ſacerdos Cōfiteoꝛ. ⁊c. moꝛe ſolito. Sequatur Glia in exc. Tūc oēs genufflectēt exuētes cappas nigras ⁊ pulſentꝰ oēs cāpane. deide dī Dñs vo. Or.

Preſta q̄s oīps deus: vt claritatis tue ſup nos ſplēdoꝛ effulgeat: et lux tue lucis coꝛda coꝝ qui per gratiā tuā renati ſūt / ſanctiſpūs illuſtratione cōfirmet. Per dñm no. in vnitate eiuſdem.

Lectio actuum apoſtoloꝝ. xix. c

In diebus illis Factū eſt cū apollo eſſet coꝛinthi: et paulus peragratis ſupioꝛibus partibus veniret epheſū / et inueniret q̄ſdā diſcipulos: dixitqꝫ ad eos. Si ſpiritūſctm̄ accepiſtis credentes? At illi dixerūt ad eū. Sed neqꝫ ſi ſpūſſanctus eſt audiuimus. Ille vero ait In q̄ ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt. In iohannis baptiſmate. Dixit autem paulus.

Johannes baptizauit baptiſmo penitētie populū dicēs in eū qui venturus eſſet poſt ipſū vt crederent: hoc eſt in ieſū. His auditis baptizati ſunt: in nomīe dñi ieſu. Et cū īpoſuiſſet illis manꝰ paulus: venit ſpūſſctūs ſuper eos/ et loquebanť linguis ⁊ ꝓphetabāt. Erant aūt oēs viri fere duodecī. Introgreſſus aūt paulꝰ ſynagogā: cū fiducia loquebať ꝑ tres mēſes/ diſputās et ſuadēs de regno dei. Lecta epl'a duo clerici de ſcd'a forma in cappis ſericis in pulpito cātent hoc Allā. Chorꝰ idē ꝓſeqͣť. Clerici. ℣. Cōfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū mīa eius. Chorꝰ finiat cū neuma. Itē clerici reicipiant Allā. ſine neuma. Deinde ſequatur tractus qui a duobꝰ de ſecūda forma in cappis nigris ad gradū chori totꝰ et integer cātet/ choro interim ſedente. Tractus.

Laudate dñm oēs gentes: et collaudate eū oēs populi. ℣. Qm̄ confirmata eſt ſuꝑ nos mīa eius: et veritas dñi manet in eternū. Interī dū ꝓcedat dyaconꝰ cū ſubdȳ. per mediū chori more ſolito cū cruce ad legēdū euāg. quē precedāt duo ceroferr. cereis extīctis: ⁊ legať ī pulpito more dñicali. ¶ S. ioħ. xiiij.

In illo tpē: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ero rogabo patrē: et aliū paraclytū dabit vobis/ vt maneat vobiſcuꝫ in eternū ſpiritū veritatis/ quē mūdus non poteſt accipere qꝛ nō videt eū nec ſcit eū. Vos aūt cognoſcetis eū: qꝛ apud vos manebit/ ⁊ in vobis erit. Non vos relinquaꝫ orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū: et mūdus me iā nō videt Vos aūt vidiſtis me: qꝛ ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis qꝛ ego ſū in pꝛe meo: et vos in me et ego in vobꝭ. Qui habet mādata mea et ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autē diligit me: diligeť a pꝛe meo. Et ego diligā eū: et manifeſtabo ei meipſum. Nō di. Credo. Offr. Emitte ſpiritū tuū et creabunť ⁊ renouabis faciē terre/ ſit glia dñi in ſecl'a allā. Sec.

Hoſtias populi tui qs domine miſeratꝰ intēde: et vt tibi reddanť accepte ꝯſcientias noſtras ſctiſpūs ſalutaris emundet aduentus. Per do. in vni. eiuſdeꝫ Prefatio ꝙtid. Hac die Sctūs. ⁊ Agnus. ſolenniter dicr̄. Cōio. Ultimo feſtiuitať die dicebat ieſus qͥ in me credit flūia de vētre eius fluēť aq̄ viue hoc aūt dixit de ſpū quē accepturi erāt credētes in eū alleluya allā. Poſtcō.

Preſta qs oīps deus: vt ſpiritusſanctus adueniēs: maieſtatē nobis filij tui manifeſtādo clarificet Qui tecū. ī vni. eiuſd.

¶ In die penthecoſtes. Officiū.

Spiritus domini repleuit orbē terraruꝫ alleluya. ⁊ hoc qđ cōtinet oīa ſcientiā habet vocis alleluya allā allā. ps. Exurgat deus et diſſipenť inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fideliū ſanctiſpūs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpū recta ſapere: et de eiꝰ ſēꝑ cōſolatiōe gaudere. Per dñ. in vnitate eiuſdē. Lcō actuū aploꝝ. ij. c.

In diebus illis: Dū cōplerētur dies penthecoſtes: erāt oēs diſcipuli pariter in eodē loco. Et fact⁹ eſt repēte de celo ſonus tanꝙ aduenientis ſpūs vehementis: et repleuit totā domū vbi erāt ſedentes. Et apparuerūt illis diſpertite lingue tāꝙ ignis: ſeditq; ſupra ſinglos eoꝝ. Et repleti ſūt oēs ſpūſancto: ⁊ ceperūt loqui varijs linguis/ ꝓut ſpūſſanctus dabat eloqui illis. Erant aūt in hieruſalē habitantes iudei viri religioſi: ex om̄i natione q̄ ſub celo ꝫ. Facta aūt hac voce cōuenit multitudo et mēte ꝯfuſa eſt: qm̄ audiebat vnuſqſq; ligua ſua illos loquētes. Stupebant aūt oēs: ⁊ mirabanē ad inuicē dicētes. Nonne ecce omēs iſti qui loquunē galilei ſunt/ et quō nos audiuimus vnuſquiſq; linguā noſtraz in qua nati ſumus? Parthi et medi et elamite: ⁊ qui hitant meſopotamiā/ iudeā et capadociā/ ponthū et aſiā/ phrigiā et pāphiliā/ egyptū ⁊ partes libie q̄ eſt circa cyrenē/ et aduene romani. Iudei quoq; et ꝓſeliti cretes et arabes/ audiuimus eos loquētes noſtris linguis: magnalia dei. Allā. ℣. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunē: ⁊ renouabis faciē tre. Allā. ℣. Spūſſanctus ꝓcedēs a throno apoſtoloꝝ pectora inuiſibili hodie perluſtrauit potentia. Sequentia.

Sancti ſpūs aſſit nobis gr̄a. Que corda nr̄a ſibi faciat hītacula. Expulſis inde cūctis vicijs ſpiritalibus. Spūs alme illuſtrator oīm. Horridas nr̄e mētis purga tenebras. Amator ſcē ſenſatorū ſemꝑ cogitatuū. Infunde vnctionē tuā clemens nr̄is ſenſibus Tu purificator oīm flagitiorum ſpūs. Purifica nr̄i oculū interioris hoīs. Ut videri ſupremus genitor poſſit a nobis. Mundi cordis quē ſoli cernere poſſunt ocl̄i. Prophetas tu inſpiraſti vt precōnia xp̄i precinuiſſēt inclita Apl̄os cōfortaſti vti tropheū xp̄i per totū mundū veherēt. Quando machinā per verbū ſuū fecit deus celi terre mariū. Tu ſup aquas foturus eas numen tuū expandiſti ſpūs. Tu aīabus viuificandis aquas fecūdas. Tu aſpirādo das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſuz per linguas mundū et ritus adunaſti dn̄e. ydolatras ad cultū dei reuocas magiſtroꝝ optime Ergo nos ſupplicantes tibi exaudi ꝓpicius ſancte ſpūs: Sine quo p̄ces oēs caſſe reddūtur et indigne dei auribus. Tu q̄ oīm ſclōꝝ ſanctos Tui nominis docuiſti inſtinctu āplectēde ſpūs. Ipſe hodie apl̄os xp̄i donās munere inſolito et cūctis inaudito ſeculis Hūc diē glorioſū feciſti. S.iohēm xiiij.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonē meū ſeruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniem⁹ et māſionē apud eū faciem⁹ Qui nō diligit me: ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonē queʒ audiſtis nō eſt meus: ſed eius qui miſit me patris Hec locut⁹ ſum vobis: apd̄ vos manēs Paraclitus aūt ſpūs ſanctus quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa/ ⁊ ſuggēret vobis oīa quecūq; dixero vobꝭ. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quō mūdus dat: ego do vobis. Non turbeē cor veſtrū neq; formidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;/ qꝛ vado ad patrē: qꝛ pater maior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſ q̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis.

Iã nõ multa: loquar vobiſcũ. Venit enĩ princeps mũdi huius: et in me nõ habet quicꝙ. Sed vt cognoſcat mũdus qꝛ diligo patrẽ: et ſicut mandatũ dedit michi pater: ſic facio. Offr. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tẽplo tuo quod eſt in hieruſalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Munera dñe q̃s oblata ſanctifica: et corda noſtra ſãcti ſpũs illuſtratione emunda. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ. Prefatio **Qui aſcendens.** Hec pfatio dicit̃ quotid. p hãc ebdo. et in oib⁹ miſſis de ſctõ ſpũ per totũ annũ. Ita ꝙ extra hãc ebdo. nõ dñr hec duo verba **hodierna die.** in pfatione. **Cõmunicantes.** et **Hanc igitur.** vſꝗ ad feſtũ ſctẽ trinitat dñr tñ. Cõio. Factus eſt repente de celo ſon⁹ aduenientis ſpũs vehemẽtis vbi erant ſedentes allã. et repleti ſunt oẽs ſpũ ſctõ loquẽtes magnalia dei allã allã. P⁹cõ.

Sancti ſpũs domine corda noſtra mundet infuſio: et ſui roꝛis intima aſperſione fecundet. Per dñm no. in vnitate eiuſdem.

¶ Feria ſcda. Ad miſſã. Officiũ.

Cibauit eos ex adipe frumenti allã. et de petra melle ſaturauit eos alleluya allã allã. Ps Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob.

Deus q̃ apl'is tuis ſãctũ Or. dediſti ſpm̃: concede plebi tue pie petitionis effectũ: vt quibus dediſti fidem largiaris et pacem. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ.

Lectio actuum apoſtolorum. x. ca.

In diebus illis: Aperiẽs petrus os ſuũ dixit. Viri fratres. nobis precepit dñs populo predicare et teſtificari: qꝛ ipſe eſt q̃ conſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic oẽs pphete teſtimoniũ perhibẽt: remiſſionem pctõꝝ accipere per nomẽ eius oẽs qui credũt in eũ. Adhuc loquẽte petro verba hec: cecidit ſpũſſctũs ſup oẽs qui audiebãt verbũ. Et obſtupuerũt ex circũciſione fideles q̃ venerãt cũ petro: qꝛ et in nationes gr̃a ſpũſſãcti effuſa eſt. Audiebãt enĩ illos loquẽtes liguis: et magnificãtes deũ. Tũc reſpondit petr⁹. Nunqd aquã quis phibere poteſt / vt nõ baptizent̃ hi q̃ ſpm̃ ſctm̃ acceperunt ſicut et nos? Et iuſſit eos baptizari: in nomie dñi noſtri ieſu xpi. Allã. V Emitte ſpiritũ tuũ et creabunt̃: et renouabis faciẽ terre. Allã. V Paraclytus ſpũſſanctus quẽ mittet pater in nomie meo ille vos docebit oẽm veritatẽ. Sequẽtia

Reſonet ſacrata iam turma diua ſymphonia. Repleta gaudia pmiſſa e celo reddita. In vnũ congregata aploꝝ phalanx preclara expectãs munera. Replete vox diuina paraclytũ nunciat decorãns ſctõꝝ viſcera. Fant̃ omi lingua nõnulla miſteria deiꝗ magnalia. Cantica diuina nõ ceſſat reboare eius quoꝗ caterua. O deus ois arui te laudat ſol et luna cõcrepat vſia cũcta celica et pfunda flumia Te pſallat tellus alma ſydera cuncta clara iubilat adorat amat redẽpta ois quoꝗ aĩa. Stupens iudea hec inquit exectanda cõcio vino iſta eſt repleta muſtiꝗ crapula bacho plenos deputat repletos gr̃a. Sumẽs hec petrus diuina miſteria ſuperat obdurata corda illa et fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Quãs anima nũc noſtra boat carmina deuota quo ſuſcipiat celeſtia habitacla. Pangat ois corda noſtra ſancta preconia tua vt ſemper pia percipiat cariſmata. Omnẽ hanc meram ſuſcipe melodiã vt queamus ſcandere luciflua ꝙ tua celſa et decora vranica. Dudũ ſacrata imbuiſti pectora nunc nos reple hule poloꝝ de gaudia cedas perpetua atq; regna. Te decet laus per tp̄a ꝙ gloria ſyderea o ſanctũ pneuma. Tu aĩas et corpora noſtra chriſte poſſideas in ſempiterna dora Secundũ iohannem. iij

IN illo tp̄e: Dixit ieſus cuidam pricipi phariſeoꝝ. Sic deus dilexit mundũ: vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. vt oĩs qui credit in eũ non pereat/ſed habeat vitã eternã. Non eni miſit deus filiuȝ ſuũ in mundũ vt iudicet mundũ: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum Qui credit in eũ: non iudicatur. Qui aũt nõ credit iam iudicatus eſt: qꝛ non credit in noĩe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aũt iudiciũ: qꝛ lux venit in mundũ/et dilexerũt hoĩes magis tenebras ꝙ lucem Erant eni eorũ mala opera. Oĩs eni qui male agit: odit lucem Et non venit ad lucẽ: vt nõ arguantur opera eius. Qui aũt facit veritatem venit ad lucẽ vt manifeſtentur eius opera: qꝛ in deo facta ſunt. Credo. Offr. Intonuit de celo dñs et altiſſimus dedit vocem ſuam et apparuerunt fontes aquaꝝ allã. Secreta

PReſta q̃s dñe vt ſcd̃m ꝓmiſſionẽ filij tui dñi noſtri ieſu xp̄i: ſpũſſanctus et huiꝰ nobis ſacrificij copioſius reuelet archanum: et oẽm reſeret ꝓpicius veritatẽ. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ. Prefatio Qui aſcẽdens. et Cõicantes. et Hanc igiẽ. Cõio. Spũs ſanctus docebit vos allã: quecunq; dixero vobis alleluya allã. Poſtcõio.

PLenum in nobis dñe remedium noſtre redẽptiõis operare: vt habitatiõe ſancti ſpũs digni effici valeamus. Per do. in vnitate eiuſdẽ. ¶ Feria tercia Offiũ

ACcipite iocunditatem glorie veſtre alleluya. gratias agẽtes deo alleluya. qui vos ad celeſtia regna vocauit allã allã allã. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Gloria. Oratio.

ADſit nobis dñe q̃s virtus ſpũſſancti: q̃ et corda noſtra clementer expurget/et ab oĩbꝰ tueatur aduerſis. Per dñm. eiuſdem. Lectio actuum apoſtolorũ. viij.

IN diebus illis: Cum audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis qꝛ recepiſſet ſamaria verbũ dei: miſerũt ad eos petrũ et iohannẽ. Qui cũ veniſſent: orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritũ ſanctũ. Nondũ eni in quēq̃ illorũ venerat: ſed baptizati tãtũ erant in noĩe dñi ieſu. Tunc imponebãt manus ſup illos: et accipiebant ſpm̃ ſanctũ. Allã. ℣ Emitte ſpiritũ tuũ et creabũtur: et renouabis faciẽ terre. Allã. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Sequẽtia.

EYa muſa dic queſo preclara chorea. Blandificaq; libẽs perſtrepe organa. Aſt modulans tybia reſultet plectro laudũ leta carmina. Noſtraq; caterua huiꝰ diei euprepia. Paraclyti cariſma hac die alũnos chriſti plene irrat. Facto repente ſono linguis chriſti fantur magnalia. Veſano plena ructu perfidia: muſto alumnos madere putat ſpiritus gratia ardẽtes quos reddit feruida.

Anaſtaſi pacta quiquagena miſticus penetrat ſpūs pectoꝛſi intima oppido reddēs flāmātia. Mox egreſſi oēs vna terra peragrant arua infūdentes verbi ſemia. Myſtica patrantes ſigna ſupno roꝛe noua bibula madidāt intima. Ecce xp̄e nūc caterua tua In hac aula decantāt cātica. Ut celeſti permixta agmini indiſcrete dicat noua tibi ꝓmēs cātica. Sit perēnis dn̄o glia. Decus honoꝛ poteſtas per ſecula. Qui tribuit ſpūs gratiā oībus per arua qui ſequūtur eius monita. Poſcimus oēs vnā ſupplices magnalia. Ut ſanctus noſtra ſpūs emundans intima. Illuſtret clare ſophia allā. Secꝫ

In illo tp̄e: Dixit iohem. x. ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtiū in ouile ouiū ſed aſcendit aliunde/ ille fur eſt et latro. Qui autē intrat per oſtiū: paſtoꝛ eſt ouiū. Huic oſtiarius aperit: ꝗ oues vocem eius audiūt. Et pꝛopꝛias oues vocat noīatim: et educit eas. Et cū ꝓpꝛias oues emiſerit: ante eas vadit. Et oues illū ſequūtur: qꝛ ſciunt vocē eius. Alienū aūt non ſequunt̄: ſed fugiūt ab eo/ qꝛ nō nouerūt vocē alienorū. Hoc ꝓuerbiū dixit eis ieſus. Illi aūt non cognouerūt: qd loq̄retur eis. Dixit ergo eis iterū ieſus. Amen amē dico vobis: qꝛ ego ſum oſtiū ouiū. Oēs quotꝗt venerunt fures ſunt, et latrones: ſꝫ nō audierūt eos oues. Ego ſum oſtiū. Per me ſi qs introierit ſaluabit̄: et ingredietur et egrediet̄/ et paſcua inueniet. Fur nō venit niſi vt furet̄: et mactet et perdat. Ego veni vt vitā habeant: et abundātiꝰ habeant. Credo. Offꝫ. Poꝛtas celi aperuit dn̄s et pluit illis manna vt ederent: panē celi dedit eis panē angeloꝛū mādūcauit homo allā. Secreta.

Deſcendat q̄s dn̄e ſpūſſctūs ſuper hoc altare: qui et dona populi tui ſanctificet: et ſumētiū coꝛda placatus emūdet. Per dn̄m. in vnitate eiuſdem. Cōio.

Spūs qui a p̄re ꝓcedit allā: ille me clarificabit alleluya alleluya. Poſtcōio.

Mentes noſtras q̄s dn̄e ſpūs ſanctus diuinis reparet ſacramētis: qꝛ ipſe eſt remiſſio oīm pctōꝝ. Per do. in vnitate eiuſdē.

¶ Feria. iiij. quatuoꝛ tp̄m non dicit̄ alia magna miſſa ꝗ̄ de ieiunio. nec in ſexta feria. nec in ſabbato ſcd̄m vſum ſar. [illegible]icium:

Deus dum eg[illegible]dereris coꝛā populo tuo allā. iter faciens eis allā. habitās in illis allā. allā. ps. Exurgat deus et diſſipent̄ inimici eius: et fugiant qui oderūt eum a facie eius. Kyꝛie el. cū ſuis v̄ſibus. di. ſtati ſequat̄ Glā i ex. nō di Dn̄s vobiſcū. ſꝫ tm̄ Oꝛemus. Oratio.

Preſta q̄s oīps deus: vt a noſtris mētibꝰ carnales amoueat ſpūſſanctus affectꝰ: et ſpūalia nobis dona potēter infundat Per do. eiuſdē. Lcō li. ſapiētie. i. c

Diligite iuſticiā: qui iudicatis terrā. Sentite de dn̄o in bonitate: et in ſimplicitate coꝛdis querite illum. Quoniā inuenitur ab his qui non tentant illū: apparet aūt eis qui fidem habēt in illum. Peruerſe eni cogitationes ſeparant a deo: pꝛobata autē virtus coꝛripit inſipiētes. Quoniā in maliuolā aīam non introibit ſapiētia: nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis. Sanctꝰ eni ſpiritus diſcipline effugiet fictū:

et auferet ſe a cogitationib⁹ que ſunt ſine intellectu/⁊ corripiet̄ a ſuperueniēte iniq̄tate. Benign⁹ eſt enim ſpūs ſapiētie: et nō liberabit maledictū a labijs ſuis. Qm̄ renū illius teſtis eſt deus: et cordis eius ſcrutator eſt verus/et lingue eius auditor. Qm̄ ſpūs dn̄i repleuit orbē terraruꝫ: et hoc qđ continet oīa ſcientiā habet vocis

Et legat̄ ab accolito ſuppellicio īduto in pulpito. Deinde tres clerici ibidē dicāt Allā. ℣ Emitte ſpiritū tuū et creabūtur et renouabis faciem terre. Non repetat̄ Allā. Seq̄tur Dn̄s vobiſcū. et Oremus. Oꝛ

Mentes noſtras q̄s dn̄e ſpiritus paraclitus qui a te ꝓcedit illuminet: ⁊ inducat in oēm ſicut tuus ꝓmiſit filius veritatē. Qui tecum. in vnitate eiuſdem.

Lectio actuum apoſtolorum. ij.c.

In diebus illis: Stās petr⁹ cū vndecim: eleuauit vocē ſuā et locut⁹ eſt eis Viri iudei et qui habitatis hieruſalē vniuerſi: hoc vobis notū ſit/et auribus percipite verba mea Non enim ſicut vos eſtimatis hi ebrij ſunt: cū ſit hora diei tercia. Sed hoc eſt qđ dictū eſt: per ꝓphetā iohel. Et erit in nouiſſimis dieb⁹ dicit dn̄s: effundā de ſpiritu meo ſuper omnē carnem Et prophetabunt filij veſtri et filie veſtre: et iuuenes veſtri viſiones videbūt/et ſeniores veſtri ſōnia ſōniabunt. Et quidē ſuper ſeruos meos et ſuꝑ ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo: et ꝓphetabūt. Et dabo ꝓdigia in celo ſurſū: et ſigna in terra deorſū/ſanguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet̄ in tenebras et luna in ſanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹ ⁊ manifeſtus. Et erit. Oīs quicūq; inuocauerit nomen dn̄i: ſaluus erit Allā. ℣ Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia dei. Repetat̄ Alleluya. ſine neuma. Sequentia.

Lux iocūda lux īſignis qua de throno miſſus ignis in xp̄i diſcipulos. Corda replet linguas ditat ad cōcordes nos inuitat lingua cordis modulos. Xp̄s miſit quod ꝓmiſit pignus ſponſe quā reuiſit die quīquageſima. Poſt dulcorē melleū petra fudit oleū petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis nō in linguis igneis lex de monte pp̄lo Paucis cordis nouitas et linguarū vnitas dat̄ in cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua dies in qua primitiua fundat̄ eccleſia Viue ſunt ꝓmitie naſcētis ecclie tria primū milia. Panes legis primitiui ſub vna ſunt adoptiui fide duo populi. Se duob⁹ interiecit ſicq; duo vnū fecit lapis caput anguli. Vtres noui nō vetuſti ſunt capaces noui muſti vaſa parat vidua. Liquorē dat helyſeus nobis ſacrū rorē de⁹ ſi corda ſunt ꝯgrua Nō hoc muſto vel liquore nō hoc digni ſum⁹ rore ſi diſcordes moribus. In obſcuris et diuiſis non poteſt hec paraclitus habitare cordibus. Cōſolat⁹or alme veni linguas reple corda leni nichil fellis aut veneni ſub tua preſentia. Nil iocundū nil amenū nil ſalubre nil ſerenū nichil dulce nichil plenū ſine tua grā. Tu lumē es ⁊ vnguentū tu celeſte condimentū aque ditās alimentū virtute miſterij. Noua facti creatura te laudamus mente pura grē nunc ſed natura prius ire filij. Tu qui dator es et donū noſtri cordis oē bonū cor ad laudē redde pronum noſtre lingue formans ſonum in tua preconia Tu purga nos a peccatis auctor ipſe pietatis et in xp̃o renouatis da ꝑfecte nouitatꝫ plena nobis gaudia. S. iohẽm. vi. c.

IN illo tẽpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorũ. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater ꝗ miſit me traxerit eũ. Et ego reſuſcitabo eũ: in nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ in ꝓphetis. Et erũt oẽs: docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. Nõ qꝛ patrẽ vidit quiſꝗ̃: niſi is qui eſt a deo/ hic videt patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternã. Ego ſum panis vite. Patres vrĩ mãducauerũt manna in deſerto: et mortui ſunt Hic eſt panis de celo deſcendẽs: vt ſi ꝗs ex ipſo manducauerit/ non moriatᷣ. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane: viuet ĩ eternũ. Et panis quẽ ego dabo: caro mea eſt pro mũdi vita. Credo. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi alleluya. Secreta.

OBlata tibi domĩe ꝗs munera ſpũſſanctus ſanctificet: et eorũ nos participatio ab oĩum pctõꝝ cõtagione cuſtodiat. P do. eiuſd. Cõio. Pacem meã do vobis allã: pacem reliquo vobis allã allã. Poſtcõio.

PEr huius dñe virtutẽ miſterij tue nos claritatis ꝑpetuus ſplendor illuſtret: et cum cõſubſtantiali tibi filio gr̃a ſpiritusſancti illuicet. Per eund. eiuſd.

Feria. v. Offm. Spiritus. vrs Kyrie el. ſine verſibus. Oratio.

PReſta ꝗs oĩps et miſericors deus: vt ſpũſſanctus adueniens templũ nos glĩe ſue dignãter inhabitãdo ꝑficiat. P do. eiuſdem. Lectio actuũ apłoꝝ. viij. c.

IN diebus illis: Philipp9 deſcendẽs in ciuitatẽ ſamarie: predicabat illis xp̃m. Intẽdebãt aũt turbe his que a philippo dicebantur: vnanimiter audiẽtes et videntes ſigna ꝗ̃ faciebat corã illis. Multi eni eoꝝ qui habebant ſpũs imundos: clamãtes voce magna exibant. Multi aũt paralitici et claudi: curati ſunt. Factũ ꝫ ergo gaudiũ magnũ: ĩ illa ciuitate. Allã. ℣. Emitte ſpiritũ tuũ et creabuntur: et renouabis faciẽ terre. Allã. ℣. Factus eſt repente de celo ſon9 adueniẽtis ſpũs vehemẽtis. Sequẽtia.

ALma chorus dñi nũc pangat nomĩa ſũmi Meſſyas/ ſother/ emmanuel/ ſabaoth/ adonay. Eſt vnigenit9/ via/ vita/ manus/ omouſyon. Pricipiũ/ primogenitus/ ſapiẽtia/ virtus. Alpha/ caput/ finiſqꝫ ſimul vocitatᷣ et eſt ω. Fons et origo boni/ paraclit9 ac mediator. Agnus/ ouis/ vitulus/ ſerpens/ aries/ leo/ vermis. Os/ verbũ/ ſplendor/ ſol/ gl̃ia/ lux et ymago Panis/ flos/ vitis/ mõs ianua/ petra/ lapiſqꝫ. Angelus et ſponſus/ paſtorqꝫ/ ꝓpheta/ ſacerdos. Athanathos/ kyrios/ theon panthon/ craton et yſus. Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per omnia doxa. Secundum lucam. ix. cap.

IN illo tp̃e: Cõuocatis ieſus duodeci diſcipulis: dedit illis virtutẽ et poteſtatẽ ſuper oĩa demonia/ et vt lãguores curarẽt. Et miſit eos ꝑdicare regnũ dei: et ſanare ĩfirmos. Et ait ad illos Nichil tuleritis in via: neqꝫ virgã/ neqꝫ perã/ neqꝫ panẽ/ neqꝫ pecuniã/ neqꝫ duas tunicas habea-

tis. Et in quancūq; domū intra-
ueritis: ibi manete/et inde ne exe-
atis. Et quicūq; nō receperit vos
exeūtes de ciuitate illa etiā pulue
rem pedū vr̃oꝝ excutite in teſtio-
niū ſupꝛa illos. Egreſſi autē cir-
uibant per caſtella: euāgelizan-
tes et curātes vbiq;. Credo. Offer.
Confirma hoc deus qd̄ opat⁹ es in no
is a templo tuo quod eſt in hierl'm ti-
i offerent reges munera allā. Secrē.
Virtute ſancti ſpūs dn̄e mu-
nera nr̄a cōtege: vt qd̄ ſolē-
nitate preſenti tuo noi dicauit et
itelligibile nobis faciat et eternū
Per dn̄m. in vnitate eiuſd. Cōio.
Factus eſt repente de celo ſonus adue
ientis ſpūs vehementis vbi erant ſe-
entes allā. et repleti ſunt oēs ſpū ſctō
oquētes magnalia dei allā allā. P⁹cō.
Sacrificiis celeſtibus q̄ſum⁹
dn̄e operante ſpū ſancto vi-
cia noſtra purgent: vt munerib⁹
uis ſemꝑ poſſim⁹ aptari. Per do
minū nr̄m. in vnitate eiuſdem.

¶Feria ſexta. Ad miſſā. Officiū.

Repleatur os meū laude
tua allā: vt poſſim can-
tare allā. gaudebunt la
bia mea du3 cantauero
tibi allā allā. Ps. In te dn̄e ſperaui
non confūdar in eternū: in iuſticia tua
libera me et eripe me. Oratio.

Da q̄s eccl'ie tue miſericors
eus: vt ſpiritu ſancto congrega
a: hoſtili nullatenus incurſione
urbetur. Per do. in vni. eiuſdem

Lectio actuum apoſtoloꝝ. ij. c.

In diebus illis: Aperiēs pe-
trus os ſuū dixit Viri iſrae
ite: audite verba hec. Jeſū naza
enū virū appꝛobatū a deo in vo
is: virtutib⁹ ⁊ ꝓdigiis et ſignis
q fecit per illū deus in medio vr̄i
icut vos ſcitis. Hūc diffinito cōſilio et preſcientia dei: traditū p ex manus iniquoꝝ affigētes intereniſtis. Quē de⁹ ſuſcitauit ſolutis doloꝛibus īferni: iuxta qd̄ impoſſibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eum Prouidebā dn̄m coꝛā me ſemꝑ: q̄m a dextris eſt michi ne cōmouear. Propter hoc dilatatū eſt coꝛ meū: et exultauit lingua mea/inſuꝑ et caro mea requieſcet in ſpe. Q̄m nō derelinq̄s animā meā in iferno: nec dabis ſctm̄ tuū videre coꝛruptionē. Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocunditate cū facie tua. Allā. V⁹ Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunt: et renouabis faciē terre. Allā. V. Spūs dn̄i repleuit oꝛbē terrarū: et hoc qd̄ cōtinet oia ſcientiā habet vocis. Seq.

Laudes deo deuotas. Dulci voce ac ſonoꝛa. Plebs reſultet catholica. Spūs ſancti gr̄a. Ap̄lis die hodierna. In igneis linguis eſt infuſa. Paraclyti pn̄tia. Emūdet nos a pcti macula. Pura ſibi aptans habitacl'a. Cariſmatū ac munera. Pectoꝛib⁹ nr̄is pius infundat. Vita nr̄a ei vt cōplaceat. Per ſecl'oꝝ ſecl'a Cōclamem⁹ allā Sit deo laus poteſtas honoꝛ virtus et gloꝛia. Scd̄m lucam. v. ca.

In illo tp̄e: Factū eſt in vna dierū: ⁊ ieſus ſedebat docēs Et erant phariſei ſedētes et legiſdoctoꝛes: qui venerant ex oīni caſtello galilee et iudee et hierl'm: et virtus dn̄i erat ad ſanādū eos. Et ecce viri poꝛtātes in lecto hominē qui erat paraliticus: et querebant eū inferre/et ponere ante eū. Et nō inuenientes qua parte illum inferrēt pre turba: aſcenderūt ſupꝛa tectū/et per tegulas ſūmiſerūt illū cū lecto i medio ante ieſum. Quoꝝ fidem vt vidit: dixit.

Homo: remittuntur tibi pctā tua. Et ceperūt cogitare ſcribe ⁊ phariſei dicētes. Quis eſt hic qui loquitꝰ blaſphemias? Quis poteſt dimittere pctā/niſi ſolus deꝰ? Ut cognouit autē ieſus cogitatiōes eoꝝ: rñdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vr̄is? Quid ē facilꝰ dicere dimittūt̄ tibi pctā: an dicere ſurge et ābula? Ut autē ſciatis qȝ filius hoīs habet poteſtatē in terra dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectum tuū ⁊ vade in domū tuam. Et confeſtim ſurgēs corā illis tulit lectum in quo iacebat: et abijt in domum ſuā magnificans deū. Et ſtupor apprehendit oēs: ⁊ magnificabant deū. Et repleti ſunt timore dicētes: qȝ vidimus mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea pſallā deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.

Sacrificia domine tuis oblata conſpectibus ille ignis diuinus abſumat: qui diſcipuloꝝ xp̄i tui per ſpiritū ſanctū corda ſuccēdit. Per eundē. in vnita. eiuſdē. Cōio. Spūs dei vbi vult ſpirat et vocē eius audis allā: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat allā alleluya. Poſtcōio.

Concede q̄s omnip̄s deus: vt huiꝰ perceptione ſacramēti ita noſtre fragilitatis vicia expurgent: quatenus per ſpūm ſanctum repromiſſū in nobis/donū tue gratie ſentiamus. P d̄. eiuſdē.

¶ Sabbato quattuor tēp. Offiī.

Caritas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris allā: per inhabitantē ſpūm eius in vobis allā allā. Ps. Dn̄e deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Kyrie el. ſolēniter dr̄ vt ſup v. Sequatur Gloria in excelſis. ſicut ſupra cū regimine chori. Oratiōnes ſine Dominꝰ vobiſcū dn̄r preter vltimā q̄ eſt ante epyſtolam/ſed tantum cum Oremus et oēs lecti. cū ſuis titulis legant ad gradū cho. i ſuppelliciis. Prima vero ab accolito: et alia a clericis de ſcd̄a forma legant: tamē quīta lect. ab aliquo de ſuperiori gradu legat. Et ſinglaꝝ Alleluya a duobꝰ pueris in ſuppelliciis ibidē cātent ſn̄ repetōe Allā poſt ſuū v.

Mentibus noſtris q̄s dn̄e ſpiritū ſctm̄ benignus infunde: cuius ⁊ ſapiētia cōditi ſumus et prouidentia gubernamur. P dn̄. eiuſdem. Lectio iohelis pphe. ij.

Hec dicit dn̄s deus: Effundā de ſpū meo ſup oēm carnē: et pphetabunt filij veſtri et filie veſtre. Senes vr̄i ſōnia ſōniabūt et iuuenes vr̄i viſiōes videbunt. Sed et ſup ſeruos meos et ancillas meas in diebꝰ illis effundā de ſpiritu meo: et pphetabūt. Et dabo pdigia in celo ſurſū: et ſigna in terra deorſū/ſanguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet in tenebras et luna in ſanguinē: antequā veniat dies dn̄i magnus ⁊ horribilis. Et erit. Ois quicūq̄ inuocauerit nomen dn̄i: ſaluus erit. Allā. v. Emitte ſpūtū tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. Nō repetat Allā. poſt v. ſed dr̄ Oremꝰ. or.

Illo nos igne q̄s dn̄e ſpiritꝰ ſanctus inflāmet: quē dominus noſter ieſus xp̄s miſit in terram et voluit vehemēter accendi. Qui tecum. in vnitate eiuſdem. Lectio libri leuitici. xxiij. capl'o.

In diebus illis: Locutus eſt dn̄s ad moyſē dicens. Loquere filijs iſrael: et dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis ⁊ messueritis segetē: feretis manipulos spicarū primitias messis vestre ad sacerdotem Qui eleuabit fasciculū corā dño vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarū: septem ebdomadas plenas vsq; ad alterā diē expletiōis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño: et oībus habitaculis vestris. Panes pmitiarū duos de duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos coram dño. Et vocabitis hunc diē celeberrimū atq; sctissimū. Omne opus seruile nō facietis in eo Legitimū sempiternū erit in cūctis habitaculis ⁊ generationib⁹ vřis: dicit dñs oīps. Allā. V. Veni sancte spiritus reple tuorū corda fideliū ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

DEus qui ob aīarū medelā ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: concede nobis propitius/ et mēte et corpore semper tibi esse deuotos. Per dñm

Lectio libri deuteronomii. xxvi. c

IN diebus illis: Dixit moyses filijs israel. Audi israel: que ego precipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dñs de⁹ tu⁹ tibi daturus est possidendā/ et obtinueris eā atq; habitaueris in ea: tolles de cunctis frugib⁹ tuis primitias et pones in cartallo. Pergesq; ad locū quē elegerit dñs deus tuus: vt ibi inuocetur nomen ei⁹ Accedesq; ad sacerdotē qui fuerit in dieb⁹ illis: et dices ad eū. Profiteor hodie corā dño deo tuo q̄ exaudiuit nos: ⁊ respexit humilitatē nostrā/ et laborē atq; angustias/ et eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extento. In ingēti pauore/ in signis atq; portētis: et introduxit nos ad locū istū/ et tradidit nobis terrā lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero pmitias frugū terre: quā dñs deus tuus dedit michi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui: et adorato dño deo tuo epulaberis in oībus bonis/ q̄ dñs deus tuus dederit tibi. Allā. V. Loquebantur varijs linguis apli magnalia dei. Oř.

PResta q̄s oīps deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi ab oībus etiā vicijs abstinētes ppiciationē tuā facilius impetrem⁹ Per dñ.

Lectio libri leuitici. xxvi.

IN dieb⁹ illis: Dixit dñs ad moysē. Loq̄re filijs israel: ⁊ dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis: et mādata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tēporibus suis/ ⁊ terra gignet germen suū/ et pomis arbores replebunt. Apprehēdet messiū tritura vindemiā: et vindemia occupabit sementē. Et comedetis panē vestrū in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vřa. Dabo pacē in finibus vestris: dormietis ⁊ nō erit qui exterreat. Auferam malas bestias a vobis: ⁊ gladius nō transibit terminos vřos. Persequimini inimicos vestros: et corruent corā vobis Persequentur quinq; de vřis centū alienos: et centū de vobis decem milia. Cadent inimici vestri: in cōspectu vřo gladio. Respiciā vos et crescere faciā Multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculū meũ in medio veſtri: et nõ abijciet vos vltra aĩa mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero veſter de⁹: vos q; eritis michi ppl's meus. Dicit dñs omps. Allã. V⁹. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Oratio.

Preſta q̃s omps deus: ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemus. P. Lcõ danielis pphe. iij

Angelus dñi deſcendit cum azaria et ſocijs eius in fornacẽ: ⁊ excuſſit flãmã ignis de fornace/ et fecit mediũ fornacis q̃ſi ventũ roris flantẽ. Flãma autẽ diffuſa eſt ſuper fornacẽ cubitis quadragitanouẽ: ⁊ incẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis miniſtros regis/ qui eã incendebant. Illos aũt oĩno non tetigit ignis neq; cõtriſtauit: neq; quicq̃ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt et glorificabant et benedicebãt deum in fornace dicẽtes. Hic finiat̃ in aduẽtu Benedictus es dñe deus patrũ noſtrorũ: et laudabilis et glorioſus et ſuperaltatus in ſecula. Et benedictũ nomen glorie tue quod eſt ſanctũ: et laudabile et ſuperexaltatũ in oĩbus ſeculis Bñdictus es in tẽplo ſãcto glorie tue et ſuplaudabilis ⁊ ſupglorioſus in ſecula. Bñdict⁹ es in throno regni tui: et ſuplaudabilis et ſuper exaltatus in ſecl'a. Benedictus es ſup ſceptrũ regni diuinitatis tue: et ſuplaudabilis et ſuperexaltatus in ſecl'a Benedict⁹ es qui intueris abyſſos et ſedes ſup cherubin: et laudabilis et ſuper exaltatus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pẽnas ventorũ et ſuper vndas maris: ⁊ ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Hic finiat̃ in quadrageſima. Benedictus es in firmamẽto celi: et laudabilis et glorioſus in ſecl'a. Benedicite omnia opera dñi dño. bñdicite celi dño. bñdicite ãgeli dñi dño. Hymnũ dicite et ſuperaltate eũ in ſecula Benedicite aque que ſuper celos ſunt dño. bñdicite oẽs virtutes dñi dño. bñdicite ſol et luna dño Hymnũ dicite et ſuperaltate eũ in ſecula. Bñdicite ſtelle celi dño benedicite ymber et ros dño. benedicite omnis ſpiritus dei domino Hymnũ dicite ⁊ ſuperaltate eũ in ſecula. Benedicite ignis et eſtus dño. bñdicite noctes ⁊ dies dño. benedicite tenebre et lumen dño. Hymnũ dicite et ſuper exaltate eũ in ſecula. Benedicite frigus et cauma dño. benedicite pruina ⁊ niues dño. bñdicite fulgura et nubes dño. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecula Benedicat terra dñm. benedicite montes et colles dño. benedicite oĩa naſcentia terre domino. Hymnũ dicite et ſuperaltate eũ in ſecula. Benedicite maria ⁊ flumina dño. bñdicite fontes dño. bñdicite cete et oĩa q̃ mouent̃ in aquis dño. Hymnũ dicite et ſup exaltate eũ in ſecula. Benedicite volucres celi dño. benedicite beſtie et vniuerſa pecora dño. benedicite filij hoĩm dño. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecula Benedicat iſrael dñm. benedicite ſacerdotes dñi dño. benedicite ſerui dñi dño. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite ſpũs et aĩe iuſtorũ dño. benedicite ſancti et hũiles corde dño. Hymnũ dicite et ſuperexal tate eũ in ſecula. Benedicite anania/azaria/miſael dño. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecła. In vigilia ſancte trinitatis et in menſe ſeptẽbris tota lcõ legatur Duo clerici de ſcda forma in ſuppelliciis ad graduꝫ chori dicant. Allã. V. Benedictus es dñe de⁹ patrũ nroꝝ et laudabilis in ſecła. nõ repetat Allã. ſeqt Dñs vo. cũ Ore⁹.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flãmas ignium: cõcede propicius/ vt adueniẽte ſpiritu ſancto nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. Per do. in vni. eiuſdẽ. Lcõ actuũ apłoꝝ. xiij.

IN diebus illis Cõuenit vniuerſa ciuitas: audire verbum dei. Videntes aũt turbas: iudei repleti ſunt zelo/ et cõtradicebant his que a paulo dicebant᷑ blaſphemãtes. Tũc ꝯſtanter paulus et barnabas dixerũt. Vobis oportebat ꝑmũ loqui verbũ dei: ſed quoniã repuliſtis illud/ et indignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enĩ nobis precepit dñs. Poſui te in lucẽ gentibus: vt ſis in ſalutẽ vſq; ad extremũ terre. Audientes autẽ gentes gauiſe ſunt: et glorificabant verbũ dñi/ et crediderũt quotquot erãt preordinati ad vitam eternã. Diſſeminabat᷑ autẽ verbũ dñi: per vniuerſã regionẽ. Iudei autẽ concitauerũt religioſas mulieres et honeſtas et primos ciuitatis: ⁊ excitauerũt perſecutionẽ in paulũ et barnabã/ ⁊ eiecerunt eos de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedũ in eos: venerunt yconiũ. Diſcipuli quoq; replebant᷑ gaudio: et ſpũſancto. Et legat᷑ in pulpito: q lecta duo clerici de ſuperiori gradu in cappis ſericis ibidẽ dicant Allã. V. Laudate dñm oẽs gentes: et collaudate eum oẽs populi. Repetat Allã. ſine neuma. Sequẽcia. Alma chorus. vt ſupra in feria quita precedente. Secundum lucam. iiij. ca.

IN illo tẽpore: Surgens ieſus de ſynagoga: introiuit in domũ ſymonis. Socrus autẽ ſymonis: tenebat᷑ magnis febribus. Et rogauerunt illũ: pro ea. Et ſtans ſuper illã imperauit febri: et dimiſit illã. Et continuo ſurgens: miniſtrabat illis. Cum ſol autẽ occidiſſet: oẽs qui habebant infirmos varijs languoribus/ ducebant illos ad eũ. At ille ſingulis manus iponens: curabat eos. Exibant autẽ demonia a multis: clamantia ⁊ dicẽtia/ qꝛ tu es filius dei. Et increpãs non ſinebat ea loqui: qꝛ ſciebant ipſũ eſſe xp̃m. Facta aũt die: egreſſus ibat in deſertũ locũ. Et turbe requirebant eũ: et venerũt vſq; ad ipſũ. Et detinebãt eũ: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Qꝛ et alijs ciuitatibus: oportet me euãgelizare/ regnũ dei. Credo.

Offr. Dñe deus ſalutꝭ mee in die clamaui et nocte corã te: intret oõ mea in cõſpectu tuo domine allã. Secreta.

MItte dñe q̃s ſpiritũ ſanctũ qui et hec munera preſẽtia tuũ nobis efficiat ſacramentũ: ⁊ ad hoc percipiendũ noſtra corda purificet. Per do. in vni. eiuſdem

Cõio. Non vos relinquã orphanos: veniã ad vos iterum allã, et gaudebit cor veſtrum alleluya allã. Poſtcõio.

PRebeant nobis dñe diuinum tua ſancta feruorem: quo eorũ pariter et actu delectemur et fructu. Per dominũ nrũm.

¶ In die ſãcte trinitatis. Offm.

Benedicta ſit ſancta trinitas atq; indiuiſa vnitas confitebimur ei: qꝛ fecit nobiſcū miſam ſuā. ℣. Bñdicam⁹ p̄rē et filiū: cū ſcō ſpū. Nō dr̄ vlteri⁹. Or.

Omīps ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere: et in potentia maieſtatis adorare vnitatē: q̄s: vt eiuſdē fidei firmitate ab oībus ſemper muniamur aduerſis In qua viuis et regnas de⁹. Per.

Lc̄.ij. apocalipſis b. ioh̄. apl̄i. iiij

In diebus illis: Vidi oſtiuȝ apertū i celo: ⁊ vox p̄ma quā audiui tanq̄ tube loquētis mecū dicens. Aſcende huc: et oſtendā tibi que oportet fieri cito Poſt hec ſtatim fui i ſpiritu. Et ecce ſedes poſita erat in celo: et ſupra ſedeȝ ſedens. Et q̄ ſedebat: ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis ⁊ ſardinis. Et yris erat i circuitu ſedis: ſimilis viſioni ſmaragdine. Et in circuitu ſedis: ſedilia vigintiq̄tuor. Et ſup thronos vigintiquattuor ſeniores ſedentes circūamicti veſtimentis albis: et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebāt fulgura: ⁊ voces et tonitrua. Et ſeptē lampades ardētes ante thronū: q̄ ſunt ſeptem ſpūs dei. Et in ↄſpectu ſedis tanq̄ mare vitreū: ſimile criſtallo. Et in medio ſedis et in circuitu ſedis: quattuor aīalia plena oculis ante et retro. Et aīal primū: ſimile leoni. Et ſecunduȝ animal: ſimile vitulo. Et terciū animal: habēs faciē quaſi hoīs. Et quartū aīal: ſimile aquile volanti. Et quattuor aīalia: ſingula eorū habebant alas ſenas. Et in circuitu ⁊ intus: plena ſūt oculis. Et requiē non habebant: die ac nocte dicentia. Sanctus/ſanctus/ſctūs/dñs deus omīps: qui erat/et qui eſt/et qui vēturus eſt. Et cū darent illa aīalia gloriā et honorē et benedictionē ſedēti ſuper thronū viuenti in ſecula ſeculoꝝ: procidebāt vigintiquattuor ſeniores ante ſedentē in throno. Et adorabant viuentē: in ſecula ſeculoꝝ. Gr. Benedictus es dñe qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedicite deū celi: quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. Allā. ℣. Benedictus es dñe deus patrū noſtrorū ⁊ laudabilis in ſecula. Sequentia.

Benedicta ſit beata trinitas deitas eterna pariter coeq̄lis glīa. Deus genitor natus genitus cū ſacro pneumate permanens ſup oīe qđ extat. Quibus eſt vna ſemp voluntas et a ſe diſcrepat haud vnq̄ triplicata perſona. Nam cōſtat deitas vna nō in tres deos diuiſa qđ fides fatetꝛ a xp̄o orthodoxe debita. Hec nāq; pellit delicta patriā reddit ſerenam qua dulcē iubilant agmina ſymphoniā celica. Alti throni veſtigia imitantē ſtolis candidata. Operiuntq; binas quas captāt poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat grā dei ſupera dein⁹ noſtra debita. Quaten⁹ caterua celica nobiſ maneat poſt funera ſocia. Vltimoq; pacto diſcrimine poſſim⁹ alto morpſtrui palatio. Quo perſpicua flagrat lux accenſa conſtanti flāma que de⁹ eſt viſio noſtra et ſalus eterna. Angeloꝝ que illuſtrat foꝛtiter pectoꝛa. Ut in xp̄o ſolo ſua defigāt lūia. Hec nā q̄ eſt ſitis illa flagrās quā tūc ſitiēt aīe ſctōꝝ vel coꝛpoꝛa. Cum fuerit data ꝑpetua eis ꝓ nobis a iudice pꝛemia. Sc̄dm iohēm. iij.

In illo tp̄e: Erat hō ex phariſeis nichodemus nōie pꝛīceps iudeoꝝ. Hic venit ad ieſū nocte: et dixit ei. Rabbi: ſcim⁹ quia a deo veniſti magiſter. Nemo ei poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis: niſi fuerit deus cū eo. Reſpōdit ieſus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: niſi q̄s natus fuerit denuo/ nō poteſt videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemus. Quō poteſt homo naſci cū ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrē matris ſue iterato introire et renaſci? Rn̄dit ieſus. Amen amē dico tibi: niſi q̄s renatus fuerit ex aqua et ſpū ſancto/ non poteſt introire in regnū dei. Quō natū eſt ex carne: caro eſt. Et qđ natū eſt ex ſpū: ſpūs eſt. Non mireris qꝛ dixi tibi: opoꝛtet vos naſci denuo. Spūs vbi vult ſpirat et vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat. Sic eſt omīs qui natus eſt ex ſpū. Reſpondit nichodemus: et dixit ei. Quō poſſunt hec fieri? Rn̄dit ieſus: ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrael/ et hec ignoꝛas? Amen amē dico tibi: qꝛ qđ ſcimus loquimur. ⁊ qđ vidimus teſtamur/ et teſtimoniū noſtrū non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quō ſi dixero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcendit in celū: niſi qui deſcēdit de celo/ fili⁹ hoīs qui eſt ī celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto: ita exaltari opoꝛtet filiū hoīs. Ut oīs qui credit in ipſū non pereat: ſed habeat vitā eternā. Offer. Benedictus ſit deus pater. vnigenitusq; dei filius. ſanctus quoq; ſpiritus: quia fecit nobiſcū miſericoꝛdiā ſuā. Secret.

Sanctifica q̄s dn̄e deus trinitas ſancta: ꝑ tui ſancti nōis inuocationem huius oblationis hoſtiam: et per eam noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui viuis. Pꝛefatio. Qui cū vnigenito. Cōio Bn̄dicim⁹ deū celi et coꝛā oībus viuentibus cōfitebimur ei: qꝛ fecit nobiſcū miſericoꝛdiā ſuā. Poſtcō.

Pꝛoficiat nobis ad ſalutē coꝛpoꝛis et aīme dn̄e deus noſter hui⁹ ſacramēti ſuſceptio: et ſēpiterne ſancte trinitat̄ eiuſdēq; indiuidue vnitatis cōfeſſio In qua viuis et regnas de⁹. Per.

¶ Per totā ebdo. fiat mēoꝛia de trinitate ad miſſā de die: niſi i feſto coꝛpoꝛis xp̄i. et dicit̄ miſſa de trinitate/ quādo de trinitate fit ſeruitiū/ niſi miſſa **Salus ppl̄i.** dicenda fuerit per ebdo. ¶ In feſto coꝛpoꝛis xp̄i. Ad miſſa. Offm̄

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya. et de petra melle ſaturauit eos allā allā allā. ps. Exultate deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob. Kyꝛie fons. Or.

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſiōnis tue mēoꝛiā reliquiſti: tribue q̄s/ ita nos coꝛpoꝛis et ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis et regnas cū deo pa. Ad coꝛinthios. i. xi. ca.

Fratres: Ego eni accepi a dn̄o quod ⁊ tradidi vobis: q̄m dn̄s ieſus in qua nocte tradebatur accepit panē/ et grās agēs fregit et dixit: Accipite ⁊ mãducate. Hoc eſt corpus meũ: quod ꝓ vobis tradetur. Hoc facite: in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicem: poſtq̃ cenauit dicens. Hic calix nouũ teſtamẽtũ eſt: in meo ſanguie. Hoc facite quotienſcunq̃ ſumitis: in meã cõmemorationẽ. Quotienſcunq̃ eni mãducabitis panẽ hunc ⁊ calicẽ bibetis: mortem dñi annũciabitis donec veniat. Itaq̃ q̃cunq̃ manducauerit panẽ vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis dñi. Probet autẽ ſeipſũ homo: et ſic de pane illo edat/ ⁊ de calice bibat. Qui eni manducat ⁊ bibit indigne: iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit/ non diiudicans corpus dñi.

Gr. Oculi oium in te ſperant dñe: et tu das illis eſcã in tẽpore oportuno. ℣ Aperis tu manũ tuã: ⁊ imples oĩe aial benedictione. Allã. ℣. Caro mea vere eſt cibus/ et ſanguis me⁹ vere eſt pot⁹/ q̃ mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſanguinẽ/ in me manet ⁊ ego in eo. Seq̃.

Lauda ſyon ſaluatorẽ lauda ducẽ et paſtorẽ in hymnis et cãticis. Quantũ potes tantum gaude: qꝛ maior omĩ laude nec laudare ſufficis. Laudis thema ſpecialis panis viuus et vitalis hodie ꝓponitur. Quem in ſacre menſa cene turbe fratrũ duodene datũ non ambigitur. Sit laus plena ſit ſonora ſit iocũda ſit decora mentis iubilatio. Dies eni ſolẽnis agitur in qua mẽſe prima recolitur hui⁹ inſtitutio. In hac mẽſa noui regis nouũ paſcha noue legis phaſe vetus terminat. Vetuſtatẽ nouitas vmbrã fugat veritas noctẽ lux illuminat. Qđ in cena xp̃s geſſit faciendũ hoc expreſſit in ſui memoriã. Docti ſacris inſtitutis panẽ vinũ in ſalutis conſecramus hoſtiã. Dogma datur xp̃ianis q̃ in carnẽ tranſit panis ⁊ vinũ in ſanguinẽ. Quod nõ capis quod non vides aioſa firmat fides preter rerũ ordinẽ. Sub diuerſis ſpeciebus ſignis tm̃ et non reb⁹ latent res eximie. Caro cibus ſanguis potus manet tamẽ xp̃s totus ſub vtraq̃ ſpecie. A ſumente nõ ꝯciſus non cõfract⁹ nõ diuiſus integer accipitur. Sumit vnus ſumunt mille q̃tũ iſti tm̃ ille nec ſũptus cõſumitur. Sumũt boni ſumũt mali ſorte tamẽ inequali vite vel interitus. Mors eſt malis vita bonis vide paris ſũptionis q̃ ſit diſpar exitus. Fracto demũ ſacramẽto ne vacilles ſed memẽto tm̃ eſſe ſub fragmento q̃tũ toto tegitur. Nulla rei fit ſciſſura ſigni tantũ fit fractura qua nec ſtatus nec ſtatura ſignati minuitur. Ecce panis angelorũ factus cib⁹ viatorũ vere panis filiorũ nõ mittẽdus canib⁹. In figuris pſignatur cũ yſaac imolatur agn⁹ paſche deputatur datur mãna prĩbus. Bone paſtor panis vere ieſu nr̃i miſerere tu nos paſce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuẽtiũ. Tu q̃ cũcta ſcis et vales qui nos paſcis hic mortales tuos ibi cõmenſales coheredes et ſodales fac ſãctorũ ciuium. Scdm iohannẽ. vi.

In illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorũ. Caro mea vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt potus. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſanguinẽ: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuẽs pater: et ego viuo ꝓpter patrẽ. Et q̃ manducat me: et ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis: qui de celo deſcendit. Non ſicut manducauerūt patres veſtri māna: ⁊ mortui ſūt. Qui mādūcat hunc panē: viuet in eternū. Offr. Sacerdotes domini incenſum et panes offerunt deo/et ideo ſancti erunt deo ſuo/et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Eccleſie tue q̄s dñe vnitatis et pacis propicius dona cōcede: que ſub oblatis muneribus myſtice deſignantur. Per do. p̄fa. Qȝ per incarnati. Hec p̄fatio dȝ per totas octa. qñ de octa. fit ſeruiciū. et in cōmemoratione eiuſdez per totū annū. Cōio. Quotienſcūq̄ manducabitis panē hūc et calicē bibetis/mortē dñi annūciabitis donec veniat: itaq; quicūq; mādūcauerit panē vel biberit calicē dñi īdigne/reus erit corporis et ſanguis dñi allā. Poſtcō.

Fac nos q̄s dñe diuinitatis tue ſempiterna fruitiōe repleri: quā precioſi corporis et ſanguinis tui/temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis. Per tota ebdō dicitur eadē miſſa qñ de octa. fit ſeruiciū: ſed ſine ſequētia et Credo vbi fiūt octa. cū regīe cho. dȝ ſeq̄ Ecce panis angelorū. quotidiē per octa. et ī octa. qñ de octa. fit miſſa

¶ Dñica. i. poſt feſtū ſcē trini. Offi.

Domine in tua miſericordia ſperaui exultauit cor meum in ſalutari tuo cātabo dño qui bona tribuit michi. ps Uſq; quo dñe obliuiſceris me in finē: vſq;q̄ auertis faciē tuam a me. Oratio.

Deus in te ſperantiū fortitudo/adeſto propicius inuocationib' nr̄is: ⁊ q2 ſine te nichil poteſt mortalis īfirmitas: preſta auxiliū gr̄e tue: vt in exequēdis mandatis tuis/et voluntate tibi et actione placeamus. Per dñm.

Memoria de trinitate fiat oībus dñicis vſq; ad aduē. dñi/niſi qñ aliq̄ dñica oīno differatur. Notandū eſt q̄ qñ dupl'. feſtū p̄ eſtatē in dñica ɔtigerit/nulla de dñica fiet meō. ſȝ aliqñ p̄ neceſſitatē facta fuerit ad veſ. et matut. ſub ſilentio vt alias dictū eſt: ſȝ qñ fit de aliquo fe. ix. l. in dñicis/ſemp̄ fiat memoria de dñica ⁊ de trinitate ad miſſā quādo ad veſ. et ad matut. facta fuerit memoria. ¶ Lectio ep̄le beati iohannis ap̄li. i. iiij. c.

Cariſſimi: Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas dei in nobis: q̄m filiū ſuū vnigenitū miſit deus in mundū: vt viuamus per eū. In hoc eſt caritas nō quaſi nos dilexerim' deū: ſed q̄m ipſe prior dilexit nos/et miſit filiū ſuū ppiciationē p̄ peccatis nr̄is. Cariſſimi. ſi de' dilexit nos et nos debem' alterutrū diligē. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: de' in nobis manet. et caritas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligim' q̄m in eo manem' et ipſe in nobis: q̄m de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus et teſtificamur: q̄m pater miſit filiū ſuū ſaluatorē mūdi. Quiſquis cōfeſſus fuerit q̄m ieſus eſt filius dei: deus in eo manet et ipſe in deo. Et nos cognouimus et credimus caritati: quā habet deus in nobis. Deus caritas eſt Et qui manet in caritate: in deo manet et de' in eo. In hoc perfecta eſt caritas nobiſcū: vt fiduciā habeamus in die iudicij: q2 ſicut ille eſt ⁊ nos ſumus ī hoc mundo. Timor nō eſt in caritate: ſed perfecta caritas foras mittit timorē/q̄m timor penam habet.

Qui autē timet:nō eſt perfectus in caritate Nos ergo diligamus deū:qm̄ ipſe p̄oꝛ dilexit nos. Si qs dixerit qm̄ diligo deū et fratrē ſuū oderit:mēdax eſt. Qui eī nō diligit fratrē ſuū quē videt:deum quē nō videt quō poteſt diligere? Et hoc mandatū habem⁹ a deo:vt qui diligit deū/diligat et fratrē ſuū. Gr. Ego dixi dñe miſerere mei. ſana aīam meā quia peccaui tibi. ℣ Beat⁹ qui itelligit ſup egenū ꝛ pauperē:in die mala liberabit eū dñs Allā. ℣ Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe intellige clamoꝛē meū. Nulla dꝫ ſequentia qn̄ de dñica agit vſqꝫ ad aduentū dñi. ¶ Scd'm lucā. xvi.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis:parabolā hanc. Homo quidā erat diues:et iduebatur purpura et byſſo/et epulabatur quotidie ſplēdide. Et erat quidā mēdicus noīe lazar⁹:q̄ iacebat ad ianuā ei⁹ vlcerib⁹ plen⁹ cupiēs ſaturari de micis q̄ cadebant de mēſa diuitis:et nemo illi dabat. Sed et canes veniebāt:et lingebant vlcera eius. Factū eſt autē vt moꝛeretᷣ mendicus:ꝛ poꝛtaretᷣ ab angelis in ſinū abꝛahe. Moꝛtuus eſt aūt et diues: et ſepultus eſt in iferno. Eleuās autē oculos ſuos cū eſſet in toꝛmētis: vidit abꝛahā alonge/ꝛ lazarū in ſinu eius. Et ipſe clamās: dixit. Pater abꝛahā miſerē mei:ꝛ mitte lazarū vt intingat extremū digiti ſui in aquā/vt refrigeret linguam meā/qꝛ crucioꝛ i hac flāma Et dixit illi abꝛahā Fili recoꝛdare qꝛ recepiſti bona in vita tua:ꝛ lazarus ſimiliter mala. Nūc aūt hic ꝯſolatᷣ:tu vero cruciaris. Et i his oībus inter nos et vos chaoſ magnū firmatū eſt. vt hi q̄ volūt hinc trāſire ad vos nō poſſint:neqꝫ inde huc trāſmeare. Et ait Rogo ergo te pat̄:vt mittas eū i domū p̄ꝛis mei. Habeo enī quinqꝫ fratres:vt teſtetᷣ illis ne et ipſi veniant in locum hunc toꝛmentoꝝ. Et ait illi abꝛaham. Habēt moyſem et ꝓphetas:audiāt illos. At ille dixit. Non pater abꝛahā:ſed ſi qs ex moꝛtuis ierit ad eos:penitentiā agent. Ait autē illi. Si moyſē et ꝓphetas nō audiūt:neqꝫ ſi quis ex moꝛtuis reſurrexerit credent. Offꝫ. Intēde voci oꝛationis mee rex meus et deus me⁹ quoniam ad te oꝛabo domine. Secreta.

DEus qui nos ad ymaginē tuā cōditos/et ſacramētis renouas et p̄ceptis:ſupplicū p̄ꝛeces et munera benignus accepta vt qđ fiducia nō habet meritoꝝ placationes obtineāt hoſtiaꝝ. P. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua:letaboꝛ et exultabo in te/pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcōio.

TAntis dñe repleti muneribus/p̄ꝛeſta q̄s:vt et ſalutaria dona capiam⁹:et a tua nunq̄ laude ceſſemus. P. d. ¶ Feria qrta. Lcō epyſtole beati petri apoſtoli. ij. i.

CAriſſimi:Notā fecim⁹ vobis dñi noſtri ieſu xp̄i virtutē et p̄ꝛeſcientiā: ſpeculatoꝛes facti ipſius magnitudinis. Accipiēs enī a deo p̄ꝛe honoꝛē ꝛ gliā voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica glia. Hic eſt fili⁹ meus dilectus in quo michi bene cōplacui:ipſū audite. Et hanc vocē nos audiuimus de celo allataꝫ: cū eſſemus cū ipſo in monte ſctō Et habemus firmioꝛē ꝓpheticū ſermonē cui benefacitis attendētes:quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco:donec dies eluceſcat.

et lucifer oꝛiatur in coꝛdibus ve
ſtris. Secundum matheum. v. c

In illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite putare qꝛ veni ſoluere legē aut prophe-
tas. Non veni ſoluere: ſed adiple-
re. Amen quippe dico vobis: donec tráſeat celū et terra iota vnū
aut vnus apex nō pꝛeteribit a lege donec oīa fiant. Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis et docuerit ſic homīes: minim⁹ vocabit in regno celoꝝ. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celoꝝ.

¶ Dñica ſcđa. Ad miſſā. Officiū

Factus eſt dñs ꝓtectoꝛ meusꝫ eduxit me in latitudinē ſaluum me fecit quoniaꝫ voluit me. Ps. Diligā te dñe foꝛtitudo mea: dñs firmamentū meū et refugium meū et liberatoꝛ meus. Gl'ia. Oꝛatio

Sancti noīs tui dñe timoꝛeꝫ pariter et amoꝛē fac nos habere perpetuū: qꝛ nunꝙ tua gubernatione deſtituis/ quos in ſoliditate tue dilectionis inſtituis. Per.

Lcō ep̄le bei iohānis ap̄li. iiij. c

Cariſſimi: Nolite mirari ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus qm̄ tranſlati ſumus de moꝛte ad vitā: qm̄ diligimus fratres. Qui nō diligit: manet in moꝛte. Ois, qui odit fratrē ſuū: homicida eſt. Et ſcitis qm̄ omis homicida: nō habet vitā eternā in ſe manentē. In hoc cognouim⁹ caritatem dei: quoniā ille ꝓ nobis animā ſuā poſuit/ et nos debemus ꝓ fratribus aīas ponere. Qui habuerit, ſubſtantiā huius mundi et viderit fratrē ſuū neceſſitateꝫ patientē et clauſerit viſcera ſua ab eo: quō caritas dei manet i eo?

Filioli mei/ nō diligam⁹ vbo neqꝫ lingua: ſed ope ⁊ veritate. Gꝛ. Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dñe libera aīam meaꝫ a labijs iniquis: et a lingua doloſa. Alleluya. V. Deus iudex iuſtus foꝛtis et patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies. Secundum lucam. xiiij. c

In illo tpe Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Homo quidā fecit cenā magnā: et vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuū hoꝛa cene: dicere inuitatis vt venirent/ qꝛ iā parata ſūt ſunt oīa. Et ceperūt ſimul omēs excuſare. Pꝛimus dixit illi Villā emi: et neceſſe habeo exire/ et videre illā. Rogo te: habe me excuſatū. Et alter dixit. Juga boum emi quinqꝫ: et eo ꝓbare illa. Rogo te: habe me excuſatū. Et ali⁹ dixit. Vxoꝛē duxi: et ideo nō poſſum venire. Et reuerſus ſeruus: nūciauit hec dño ſuo. Tunc iratus patꝛfamilias: dixit ſeruo ſuo Exi cito in pleteas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles/ cecos et claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Dñe factū eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias et ſepes et ꝯpelle intrare: vt ipleat dom⁹ mea. Dico aūt vobis: ꝙ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſunt: guſtabit cenā meā. Offꝛ. Dñe cōuertere et eripe animā meā: ſaluū me fac pꝛopter miſericoꝛdiā tuā. Secrē.

Oblatio nos dñe tuo nomini dicanda purificet: et de die in diē ad celeſtis vite tráſferat actionē. P. Cōio Cātabo dño q bona tribuit michi: et pſallā noi dñi altiſſimi.

Sumptis dñe muneri P⁹cō bus ſacris q̄s/ vt cū frequētatione miſterij/ creſcat noſtre ſa lutis effectus. Per dominū nr̄m.

¶ Feria.iiij. Ad epheſios.iiij.c.

Fratres: Hoc dico et teſtificoꝛ in dño: vt iam nō ābuletis ſicut et gentes ābulant ī vanitate ſenſus ſui/tenebꝛis obſcuratū habētes intellectū/alienati a via dei per ignoꝛantiaʒ q̄ eſt in illis ꝓpter cecitatē coꝛdis ipſoꝝ. Qui deſperātes ſemetipſos tradiderunt īpudicicie: in operationem īmundicie/oēs in auariciā. Vos aūt non ita didiciſtis xp̄m: ſi tamen illum audiſtis et in ipſo edocti eſtis/ſicut eſt veritas in ieſu xp̄o. Deponite vos ſcd̄m piſtinā cōuerſationē veterē hoīem qui coꝛrūpitur ſcd̄m deſideria erroꝛis. Renouamini aūt ſpū mentis veſtre: ꝛ induite nouū hoīeʒ: qui ſcd̄m deū creatus eſt in iuſticia et ſc̄titate et veritate. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. Sc̄dʒ matheū.xxi.

In illo tp̄e: Cū veniſſet ieſus in templū: acceſſerūt ad eū pꝛincipes ſacerdotuʒ et ſeniores populi dicētes. In qua poteſtate hec facis: et quis dedit tibi hāc poteſtatē? Rn̄dens ieſus: dixit illis. Interrogabo vos et ego vnū ſermonē: quē ſi dixeritis michi et ego vobis dicā in qua poteſtate hec facio. Baptiſmus iohānis vnde erat: de celo an ex hoībus? At illi cogitabāt intra ſe dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidiſtis illi?. Si aūt dixerimus ex hoībus: timem⁹ turbā. Oēs enī habebāt iohēm: ſicut ꝓphetā. Et rn̄dentes ieſu dixerūt. Neſcim⁹. Ait illis et ip̄e. Neq; ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio.

¶ Dominica tercia poſt trinitatem. Ad miſſam. Officium.

Reſpice in me et miſerere mei dñe qm̄ vnicus et pauper ſum ego: vide hūilitatē meā et laboꝛē meū ꝛ dimitte oīa pctā mea deus meus. ℣. Ad te dñe leuaui aīam meā deus me⁹ in te ꝯfido nō erubeſcā. Oꝛ.

Depꝛecationē noſtrā q̄s domine benign⁹ exaudi: et q̄bus ſupplicandi pꝛeſtas affectū: tribue defenſionis auxiliū. Per.

Lectio ep̄le bt̄i petri ap̄li.i.vlt̄.

Cariſſimi: Hūiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tp̄e viſitationis. Oēm ſollicitudinē veſtrā ꝓicientes in eū: qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote et vigilate: q2 aduerſarius veſter dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoꝛet. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandē paſſionē ei q̄ in mūdo eſt veſtre fraternitati fieri. Deus autē oīs gratie q̄ vocauit nos in eternā ſuā gloꝛiā in xp̄o ieſu modicū paſſos: ipſe perficiet ꝯfirmabit ſolidabitq;. Ipſi glīa et imperium: in ſecula ſecloꝝ. Gr. Iacta cogitatū tuū in dño ꝛ ipſe te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā ab his qui appꝛopinquant michi. Allā. ℣. Diligā te dñe virt⁹ mea dñs firmamētū meū et refugiū meū et liberatoꝛ meus. Secundū lucam.xv.

In illo tp̄e: Erant appꝛopinquantes ad ieſū publicani et pctōꝛes: vt audirent illum. Et murmurabant ſcribe et phariſei dicentes: q2 hic pctōꝛes recipit et māducat cū illis. Et ait ad illos parabolā iſtā: dicēs. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et ſi perdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonagintanouē in deſerto: et vadit ad illā que perierat do er inueniat illā? Et cū inuenerit eā: imponit in humeros suos gaudens. Et veniēs domū: cōuocat amicos et vicinos dicēs illis Cōgratulamini michi: qꝛ inueni ouē meā que perierat. Dico vobꝫ ꝙ ita gaudiū erit in celo suꝑ vno pctōꝛe penitentiā agēte: ꝙ supꝛa nonagitanouē iustis qui nō indigent penitētia. Aut ꝙ mulier habens dꝛagmas decē/si perdiderit vnā nōne accēdit lucernā et euerrit domū et ꝗrit diligēter donec inueniat eam? Et cū inuenerit cōuocat amicas et vicinas dicens. Cōgratulamini michi: qꝛ īueni dꝛagmā quā perdiderā. Ita dico vobis: gaudiū erit in celo coꝛam angelis dei super vno pctōꝛe/penitentiā agente. Offꝛ. Sperēt in te oēs qui nouerūt nomen tuū domie quoniā nō derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syō qm̄ nō est oblitus oꝛationē pauperū. Secrē.

Munera tibi dñe ꝗs oblata sctifica: vt tui nobꝫ vnigeniti coꝛpꝰ et sanguis fiat ad medelā. Qui tecū. Cōio. Ego clamaui quoniā exaudisti me deꝰ: inclina aurem tuā et exaudi verba mea. Pꝰcō.

Sacris dñe muneribꝰ perceptis/ꝗs: vt nos eoꝛū virtute et a vicijs oībus exples et donis grē tue iugiter repleas. Per.

¶ Feria iiij. Ad timotheū. ij. iiij

Carissimi: Dñs michi astitit et ꝯfortauit me: vt per me ꝑdicatio adipleaꝛ. Et audiāt oēs gentes qꝛ liberatꝰ sum de oꝛe leonis ope malo: et saluū faciet in regnū suū celeste. Ipsi glā: i secula sclоꝝ amē. Sc̄dm matheū. v.

In illo tpe Dixit iesus discipulis suis. Esto cōsentiens aduersario tuo cito dū es in via cum eo: ne foꝛte tradat te aduersariꝰ iudici/et iudex tradat te ministro/et in carcerē mittarꝫ. Amē dico tibi nō exies inde: donec reddas nouissimū quadꝛantē. Audistis qꝛ dictū est antiq̄s: nō mechaberis. Ego aūt dico vobis: qꝛ oīs qui viderit mulierē ad cōcupiscēdum eā iam mechatus est eam in coꝛde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue cum et ꝓice abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnū mēbꝛoꝝ tuoꝛū: ꝙ totum coꝛpus tuū eat in gehennā.

¶ Dñica quarta Ad missā Offm̄

Dominꝰ illuiatio mea et salus mea quē timebo: dñs defensoꝛ vite mee a quo trepidabo qui tribulāt me inimici mei infirmati sūt et ceciderūt. ℣. Si ꝯsistāt aduersū me castra: nō timebit coꝛ meū Oꝛ

Protectoꝛ in te sperātiū deus: sine ꝗ nichil est validū nichil sctm̄/multiplica suꝑ nos mīaꝫ tuā: vt te rectoꝛe te duce sic trāseamꝰ ꝑ bona tꝑalia/vt nō amittamꝰ etna. P. Ad romāos. viij

Fratres Existimo eni ꝙ nō sunt ꝯdigne passiones huius tꝑis ad futurā gloꝛiā que reuelabitur in nobꝫ. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝛū dei expectat. Uanitati enī creatura subiecta est nō volēs: sꝫ ꝓpter eū qui subiecit in spe. Qꝛ et ipa creatura liberabiꝛ a seruitute coꝛruptionis: in libertatē glie filioꝛuꝫ dei. Scimꝰ eni ꝙ oīs creatura ingemiscit: et parturit vsq adhuc. Non solū aūt illa: sed et nos ipsi ꝑmitias spūs habētes: ⁊ ipi intra nos gemimꝰ adoptionē filioꝛuꝫ dei expectātes redēptionē coꝛpis nostri. In xp̄o iesu: dño nro. Gr.

Propicius eſto dñe pctis noſtris: neq̄ñ dicant gentes vbi eſt deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorē nois tui libera nos. Allā. V. Domine in virtute tua letabit rex et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Secundum lucam. xvi. c

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes: ſicut et pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare: et nō iudicabimini. Nolite condēnare: et nō condēnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Menſurā bonā et congitatā et ſupeffluentē: dabūt in ſinū vr̄m. Eadē vero mēſura qua menſi fueritis: remetiet vobis. Dicebat aūt illis et ſimilitudinē. Nunqd poteſt cecus cecū ducere? Nōne ambo in foueā cadūt? Nō eſt diſcipulus ſup magiſtrū. Perfectus aūt ois erit: ſi ſit ſicut magiſter ei⁹. Quid aūt vides feſtucā in oculo fratris tui: trabē aūt que in oculo tuo eſt nō cōſideras? Aut quō potes dicere fratri tuo frater ſine eiiciā feſtucā de oculo tuo / ipſe in oculo tuo trabē nō vidēs? Hypocrita eiice ꝑmū trabē de oculo tuo: et tūc perſpicies vt educas feſtucā de oculo fratꝛ tui.

Offm. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte / neq̄ñ dicat inimicus meus preualui aduerſus eum. Sec.

REſpice dñe q̄s munera ſupplicantis eccle: et ſaluti credentiū perpetua ſctificatione ſumenda concede. Per dūm. Cōio.

Dñs firmamentū meū et refugiū meū: liberator me⁹: deus me⁹ adiutor me⁹.

SAncta tua nos dñe P⁹cōio ſumpta viuificēt: et mie ſempiterne preparent expiatos. P d̄.

¶ Feria quarta. Lectio epiſtole beati iohannis apoſtoli. i. ij. ca.

CAriſſimi: In hoc ſcim⁹ quoniā cognouimus deum: ſi mandata eius obſeruemus. Qui dicit ſe ſcire eū et mandata ei⁹ nō ſuat: mēdax eſt / et in hoc veritas non eſt. Nā q̄ cuſtodit verbū ei⁹: vere in hoc caritas dei ꝑfecta eſt. In hoc ſcimus: q̄ in ipſo ſum⁹. Qui dicit ſe in eo manere: debet quēadmodū ille ambulauit / et ipſe ambulare. Scdʒ matheū. xviij.

IN illo tp̄e Interrogauerūt diſcipuli ieſū: dicētes Quid ſcribe dicūt: q̄ helyam oporteat primū venire? At ille reſpōdens: ait eis. Helyas quidē venturus eſt: et reſtituet omnia. Dico autē vobis qꝫ helyas iā venit: et non cognouerūt eum / ſed fecerunt in eo quecūqꝫ voluerunt. Sic et filius hois paſſurus eſt ab eis. Tūc intellexerūt diſcipuli: qꝫ de iohāne baptiſta dixiſſet eis. Et cū veniſſet ad turbā: acceſſit ad eū hō genibus ꝓuolutus ante eū dicēs Dñe miſerere filio meo: quia lunaticus eſt et male patitur. Nam ſepe cadit in ignē et crebro i aquā: et obtuli eū diſcipulis tuis / et nō potuerūt curare eū. Reſpondens aūt ieſus ait. O generatio incredula et peruerſa: quouſqꝫ ero vobiſcū / vſqꝫquo patiar vos? Afferte huc illū ad me. Et increpauit euʒ ieſus: et exijt ab eo demoniū et curatus eſt puer ex illa hora.

¶ Dñica quinta. Ad miſſā. Offiū.

EXaudi domine vocē meam qua clamaui ad te: adiutor me⁹ eſto ne derelinquas me / neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus. Ps. Dominus illuminatio mea: et ſalus mea quem timebo? Gloria. Oratio.

DA nobis q̃s dñe vt et mundi curſus pacifice nobꝭ tuo rdine dirigat: et eccleſia tua trãquilla deuotiõe letet. Per dñm. Lectio ep̃le beati petri apl̃i. i. iij

CArissimi: Oẽs vnanimes in oꝛone eſtote: cõpatiẽtes fraternitatis amatoꝛes/ miſerioꝛdes/ modeſti/ humiles. Non reddẽtes malũ pꝛo malo: vel maledictũ ꝑ maledicto ſʒ ecõtrario bñdiẽtes Qꝛ ĩ hoc vocati eſtis: vt bñdictionẽ hereditate poſſideatis. Qui enĩ vult vitã diligẽ ⁊ vidẽ dies bonos: coerceat linguã ſuã a malo: ⁊ labia ei⁹ ne loquãt dolũ. Declinet aũt a malo et faciat bonum: inq̃rat pacẽ et ſequãt eam. Qꝛ oculi dñi ſup iuſtos: et aures eius in pꝛeces eoꝝ. Uultus autẽ dñi: ſuper facientes mala. Et q̃s eſt qui vobis noceat/ ſi boni emulatoꝛes fueritis? Sed et ſi q̃d patimini pꝛopter iuſticiam: beati. Timoꝛẽ autem eoꝝ ne timueritis: vt nõ cõturbemini. Dñm autem xp̃m ſanctificate: in coꝛdib⁹ veſtris. Gr. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice de⁹: et reſpice ſup ſeruos tuos. V. Dñe deus virtutũ exaudi pꝛeces ſeruoꝝ tuoꝝ. Allã. V. In te dñe ſpaui nõ ɔfũdar in eternũ: ĩ tua iuſticia libera me et eripe me/ inclina ad me aurẽ tuã accelera vt eripias me. Secundum lucam. v. c.

IN illo tẽpe: Cũ turbe irruerent ad ieſũ vt audirent verbũ dei: ⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ genezareth Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnũ: piſcatoꝛes aũt deſcenderãt et lauabant rethia. Aſcendẽs autẽ in vnã nauĩ que erat ſymonis: rogauit eũ vt a terra reduceret puſillũ. Et ſedens: docebat de nauicula turbas. Ut ceſſauit aũt loqui: dixit ad ſymonẽ. Duc in altum: et laxate rethia veſtra in capturã. Et reſpõdens ſymõ: dixit illi. Pꝛeceptoꝛ/ per totã noctẽ laboꝛantes nichil cepim⁹: in verbo aũt tuo laxabo rethe. Et cũ hoc feciſſent: cõcluſerunt piſciũ multitudinẽ copioſã. Rũpebat aũt rethe eoꝝ: et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui/ vt venirent et adiuuarẽt eos. Et venerũt/ et iplẽuerũt ambas nauiculas: ita vt pene mergerẽtur. Quod cũ videret ſymon petrus: pꝛocidit ad genua ieſu dicẽs. Exi a me: qꝛ homo peccatoꝛ ſum domine. Stupoꝛ enĩ circumdederat eũ: et oẽs qui cũ illo erant in captura piſciũ quã ceperãt. Similiter aũt iacobũ et iohannẽ filios zebedei: qui erant ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonẽ ieſus. Noli timere: ex hoc iã hoĩes eris capiẽs. Et ſubductis ad terrã nauibus: relictis oĩbus ſecuti ſũt eũ. Offer. Benedicã dñm q̃ tribuit michi intellectũ: puidebã deũ in ɔſpectu meo ſemꝑ quĩa a dextris eſt michi ne ɔmouear. Se

ASCendãt q̃s dñe pꝛeces humilitatis noſtre in conſpectu clementie tue: et deſcẽdat ſup hec oblata virtus tue diuinitatis: quã nobis quoqꝫ purificandis mẽtibus largiaris. Per d. Cõio. Unã petij a dño hãc requirã vt inhitẽ in domo dñi oĩb⁹ dieb⁹ vite mee. P⁹cõ.

MIſteria nos dñe q̃s ſctã purificẽt: ⁊ ſuo munere tueãt. Per. C Fe. iiij. Ad timotheũ. i. ij.

CArisſime: Obſecro pꝛimũ oĩm fieri obſecratiões/ oꝛationes/ poſtulationes/ grãtiarũ actiones pꝛo oĩbus hoĩbus. Pꝛo regibus et oĩbus qui in ſublimitate ſunt ɔſtituti: vt quietã et tranquillam vitã agamus in oĩ pietate.

et caſtitate. Hoc enī bonū eſt ⁊ acceptū corā ſaluatore noſtro deo: qui oēs hoīes vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Unus enī deꝰ: vnus et mediator dei et hoīm/hō xp̄s ieſus ꝗ dedit redēptionē ſemetipſū pro oībus. Cuius teſtimoniū tp̄ibus ſuis confirmatū eſt: in quo poſitꝰ ſū ego predicator et apl's. Veritatē dico non mentior: doctor gentiū in fide et veritate. S. lucā. viij. c

IN illo tp̄e: Factū eſt in vna dierū: et ieſus aſcendit ī nauiculā et diſcipuli eius. Et ait ad illos. Tranſfretemꝰ trās ſtagnū. Et aſcenderūt. Nauigantibꝰ autem illis: obdormiuit. Et deſcendit procella venti in ſtagnū: ⁊ cōplebant̄ fluctibus et periclitabantur. Accedētes aūt: ſuſcitauerunt eū dicētes. Preceptor perimus. At ille ſurgēs icrepauit vētum et tēpeſtatē aque: ⁊ ceſſauit. Et facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi eſt fides vr̄a? Qui timentes: mirati ſunt ad inuicē dicētes. Quis putas hic eſt? Qr vētis iperat ⁊ mari: ⁊ obediūt ei.

¶ Dñica ſexta. Ad miſſā. Offm.

DOminꝰ fortitudo plebis ſue et protector ſalutariū xp̄i ſui eſt: ſaluum fac populū tuum dñe et benedic hereditati tue/et rege eos vſq; in ſeculū. Ps. Ad te dñe clamabo deus meꝰ ne ſileas a me: nequando taceas a me et aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Oratio.

DEus qui diligētibus te bona inuiſibilia preparaſti: infūde cordibus noſtris tui amoris affectū: vt te in oībus et ſup oīa diligentes: promiſſiones tuas que oē deſideriū ſuperant ꝯſequamur. Per. Ad romanos. vi. c

FRatres: Quicūq; baptizati ſumus in xp̄o ieſu: ī morte ipſius baptizati ſumꝰ. Conſepulti enī ſumꝰ cū illo per baptiſmū in mortē: vt quō ſurrexit xp̄s a mortuis per gloriā p̄ris/ita et nos in nouitate vite ambulemꝰ. Si enī ꝯplantati facti ſumꝰ ſimilitudini mortis eiꝰ: ſimul et reſurrectiōis erimꝰ. Hoc ſciētes: q2 vetus hō noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruat̄ corpus pc̄ti: vt vltra nō ſeruiamus pc̄ō. Qui enī mortuꝰ eſt: iuſtificatus eſt a pc̄ō. Si aūt mortui ſumꝰ cū xp̄o: credimus q2 ſimul etiā viuemꝰ cū xp̄o. Sciētes ꝙ xp̄s reſurgēs ex mortuis iā nō morit̄: mors illi vltra nō dn̄abit̄. Qđ enī mortuus eſt pc̄ō: mortuꝰ eſt ſemel. Quod aūt viuit: viuit deo. Ita et vos exiſtimate vos mortuos quidē eſſe pc̄ō: viuētes aūt deo. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. Gr. Cōuertere dñe aliquātulū ⁊ deprecare ſup ſeruos tuos. V. Dñe refugiū factus es nobis a generatione ⁊ ꝓgenie. Allā. V. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: ⁊ ab inſurgētibꝰ in me libera me. Sc̄dm mattheū. v.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē dico vobis: niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq; ſcribarū et phariſeoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audiſtis q2 dictū eſt antiqs: nō occides. Qui aūt occiderit: reꝰ erit iudicio. Ego aūt dico vobis: q2 omīs qui iraſcit̄ fratri ſuo/reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri ſuo racha: reus erit ꝯcilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munꝰ tuū ad altare: et ibi recordatꝰ fueris q2 frater tuꝰ habet aliqđ aduer-

ſum te/relinq̃ ibi mun⁹ tuū ante
altare/et vade p̄ius reconciliari
fratri tuo. Et tūc veniēs: offeres
mun⁹ tuū. Offr. Perfice greſſ⁹ me=
os in ſemitis tuis vt nō moueant̄ veſti
gia mea: inclina aurē tuā ꝛ exaudi ver
ba mea: mirifica [illegible] tuas qui ſaluos
facis ſperantes in te domine. Secrē

PRopiciare dñe ſupplicati
onibus nr̄is: et has obla=
tiones famuloꝝ tuoꝝ benign⁹ aſ
ſume: vt qđ ſinguli obtulerūt ad
honorē tui nōmis/cūctis ꝓficiat
ad ſalutē. Per. Cōio Circuibo et i=
molabo i tabernaculo ei⁹ hoſtiā iubila
tōis cātabo ꝛ pſalmū dicā dño. P⁹cō

QVos celeſti dono dñe ſati=
aſti: pſta q̄s/vt a nr̄is mū=
demur occultis: ꝛ ab hoſtiū libe
remur inſidijs. Per. ¶ Fr̄. iiij.
Lectio ep̄le beati iohis ap̄li. i. ij

CArisſimi: Nō ſcripſi vobis
quaſi ignorātibus verita
: ſed quaſi ſciētibus eā / q̄m oē
endaciū ex ỽitate nō eſt. Quis
t mēdax niſi is q̄ credit q̄m ieſ⁹
ō eſt xp̄s? Hic eſt antixp̄s: q̄ ne=
at patrē et filiū. Ois qui negat
iliū: nec patrē habet: Qui autē
fitet̄ filiū: et patrē habet. Vos
ꝺ audiſtis ab īitio: in vobis per
aneat. Quod ſi in vobis ꝑmā
rit qđ audiſtis ab initio: et vos
filio et pr̄e permanebitis. Et
t eſt repromiſſio: quā ipſe polli
⁹ eſt vob̄ vitā eťnā. S. marcū. x

IN illo tp̄e: Cū egreſſus eſ=
ſet ieſus in via: p̄currēs q̄
genuflexo ante eū: interroga
t eū dicēs. Magiſter bone: qđ
iā vt vitā eternā accipiā? Ie=
s aūt dixit ei. Quid me dicis bo
? Nemo bonus niſi ſolus de⁹.
ecepta noſti? Ille dixit. Que?
s adulteres/ne occidas/nō fu=
reris/non falſū teſtimoniū dixe
ris/ne fraudē feceris: honora pa
trē tuū et matrē. Et ille rñdens
ait illi. Magiſter hec oia obſer=
uaui a iuuētute mea. Ieſus autē
intuitus eum dilexit eū: et dixit
ei. Vnum tibi deeſt. Vade: vende
quecunq̄ habes et da pauperib⁹:
et habebis theſaurū in celo: ꝛ ve
ni ſequere me. ¶ Dñica. vij. offī.

OMnes gentes plaudi
te manibus: iubilate
deo in voce exultatio
nis. Ps. Subiecit popu=
los nobis: et gentes ſub pedibus nr̄is.

DEus virtutū cuius Oro.
eſt totū quod eſt optimū:
inſere pectoribus noſtris amorē
tui nominis / et preſta in nobis
religionis augmentum: vt que
ſunt bona nutrias: ac pietatis
ſtudio que ſūt nutrita cuſtodias
Per dominū. Ad romanos. vij. c.

FRatres: Humanū dico ꝓ
pter infirmitatē carnis ve
ſtre. Sicut eni exhibuiſtis mēbra
veſtra ſeruire imundicie et iniq̄
tati ad iniquitatē: ita nūc exhi=
bete mēbra vr̄a ſeruire iuſticie in
ſctificationē. Cū eni ſerui eſſetis
pcti: liberi fuiſtis iuſticie. Quem
ergo fructū habuiſtis tūc in illis
in quib⁹ nunc erubeſcitis? Nam
finis illoꝝ: mors eſt. Nūc vero li
berati a pctō: ſerui aūt facti deo.
Habetis fructū veſtrū in ſctifica
tionē: finē vero vitā eternā. Sti
pendia eni pcti: mors. Gratia au
tem dei: vita eterna. In xp̄o ieſu
dño noſtro. Gr. Venite filij audi=
te me: timorē dñi docebo vos. V. Acce
dite ad eū et illuiamini: et facies vr̄e
non cōfundentur. Allā. V⁹ Te decet
hymnus deus in ſyon: ꝛ tibi reddetur
votū in hierlm. Scđm marcū. viij.

IN illo tꝑe: Cū turba multa eſſet cū ieſu nec haberēt qđ manducarent: cōuocatis diſcipulis ait illis. Miſereoꝛ ſup turbā: qꝛ ecce iā triduo ſuſtinēt me/ nec habent quod mãducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuā: deficiēt in via. Quidā enī ex eis delonge venerūt. Et reſpōderūt ei: diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit q̄s hic ſaturare panib⁹ in ſolitudie? Et īterogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt Septem. Et pꝛecepit turbe: diſcūbere ſup terrā. Et accipiens ſeptē panes: gratias agēs fregit et dabat diſcipulis ſuis/ vt apponerent. Et appoſuerūt turbe. Et habebāt piſciculos paucos: et ipſos benedixit/ ꝛ iuſſit apponi. Et mãducauerūt: et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt qđ ſuperauerat de fragmentis: ſeptē ſpoꝛtas. Erant autem q̄ manducauerunt: quaſi q̄ttuoꝛ milia/ et dimiſit eos. Offertoꝛiū.

Sicut in olocauſtū arietū et tauroꝝ: ꝛ ſicut in millibus agnoꝝ pinguium ſic fiat ſacrificiū noſtrū in conſpectu tuo hodie vt cōplaceat tibi quia non eſt cōfuſio confidentibus in te dñe. Secretꝫ.

PRopiciare dñe ſupplicationibus noſtriꝫ: et has oblatiōes pp̄li tui benignus aſſume: et vt nullius ſit irritū votū nullius vacua poſtulatio pꝛeſta q̄s: vt quod fideliter petim⁹: efficaciter ꝯſequamur. Per. Cō. Inclina aurem tuā accelera vt eruas nos. P⁹cō.

REpleti dñe muneribus tuis tribue q̄s: vt eoꝝ mundemur effectu/ ꝛ muniamur auxilio. Per. ¶ Fe. iiij. Ad romanos. viij.

FRatres: Nichil nūc dānationis eſt his q̄ ſunt in xp̄o ieſu: qui nō ſcđm carnē ambulāt. Lex enī ſpūs vite in xp̄o ieſu: liberauit me a lege pctī et moꝛtis. Nam qđ īpoſſibile erat legi: in q̄ infirmabat̄ per carnē deus filiū ſuū mittēs i ſimilitudinē carnis pctī. Et de pctō dānauit peccatū in carne: vt iuſtificatio legis implerẽtur in nobis. qui non ſcđm carnē ambulamus/ ſed ſcđm ſpiritū. Qui enī ſecundū carnē ſūt que carnis ſunt ſapiūt. Qui vero ſecundū ſpiritū ſunt: q̄ ſunt ſpūs ſentiunt. Nam pꝛudentia carnis moꝛs eſt. Pꝛudentia aūt ſpūs vita et pax. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Secundū matheum. xij.

IN illo tꝑe: Abijt ieſus ſabbato per ſata: diſcipuli aūt eius eſurientes/ ceperūt euellere ſpicas et mãducare. Phariſei autem vidētes: dixerunt ei. Ecce diſcipuli tui faciunt: qđ non licet eis facere ſabbatꝭ? At ille dixit eis Non legiſtis quid fecerit dauid quãdo eſuriit: et q̄ cū illo erant? Quō intrauit in domū dei: ꝛ panes ꝓpoſitiōis comedit quos nō licebat ei edere/ neq̄ his qui cū eo erant/ niſi ſolis ſacerdotibus Aut non legiſtis in lege: qꝛ ſabbatis ſacerdotes i templū ſabbatū violant/ et ſine crimine ſunt? Dico aūt vobis: qꝛ tēplo maioꝛ eſt hic. Si aūt ſciretis quid eſt miſericoꝛdiā volo ꝛ nō ſacrificiū: nūq̄ꝫ ꝯdēnaſſetis inocētes. ¶ Dñica viij. off.

SUſcepimus deus miſericoꝛdiā tuā in medio templi tui ſcđm nomē tuū deus ita et laus tua in fines terre iuſticia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dñs ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oꝛatio

DEus cuius pꝛouidentia in

diſpoſitione non fallit̄ te ſupplices exoramus: vt noxia cūcta ſubmoueas/ ⁊ oīa nobis pꝛofutura cōcedas. ℣. Ad romanos viij.

FRatres debitoꝛes ſumus non carni: vt ſcđm carnē viuamus. Si eni ſecundū carnē vixeritis: moꝛiemini. Si aūt ſpiritu facta carnis moꝛtificaueritis: viuetis. Quicūq ei ſpū dei agūtur: hi ſunt filij dei. Non eni accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timoꝛe: ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filioꝝ dei: in quo clamamus abba pater. Ipſe eni ſpirit⁹ teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: ꝙ ſumus filij dei. Si aūt filij: et heredes. Heredes quidē dei coheredes autē xp̄i. Gr. Eſto michi in deū pꝛotectoꝛē et in locū refugij vt ſaluū me facias. ℣. Deus in te ſperaui dn̄e nō cōfundar in eternū. Allā ℣. Attendite popule meus in legem meam. Secundū matheum vij. c

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a falſis pꝛophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiū: intrinſecus aūt ſūt lupi rapaces. A fructibus eoꝝ: cognoſcetis eos. Nūquid colligunt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omīs arboꝛ bona: fructus bonos facit. Mala aūt arboꝛ: fructus malos facit. Non poteſt arboꝛ bona fructus malos facē: neq arboꝛ mala fructus bonos facere. Oīs arboꝛ que non facit fructū bonum excidetur et in ignē mittet̄. Igitur ex fructibus eoꝝ: cognoſcetis eos. Non oīs qui dicit michi dn̄e dn̄e: intrabit in regnū celoꝝ: ſed qui facit voluntatē patris mei q in celis eſt/ ipſe intrabit in regnū celoꝝ. Offꝫ. Populū hūilē ſaluū facies dn̄e et oculos ſuperboꝝ hūiliabis qm̄ quis deus pꝛeter te dn̄e. Secret.

DEus qui legaliū differentias hoſtiarū vnius ſacrificij perfectiōe ſanxiſti: accipe ſacrificiū a deuotis tibi famulis oblatū: et pari benedictiōe ſicut munera iuſti abel ſāctifica: vt qđ ſinguli obtulerunt ad maieſtatē tue honoꝛē/ cunctis pꝛoficiat ad ſalutem. Per dn̄. Cōio. Guſtate et videte quoniā ſuauis eſt domin⁹ beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcōio

TUa nos dn̄e medicinalis operatio et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et ad ea que ſunt recta perducat. Per dn̄.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v. ca

FRatres: Cōmendat deus ſuā caritatē in nobis: qm̄ cū adhuc peccatoꝛes eſſemus ſecundū tēpus xp̄s pꝛo nobis moꝛtu⁹ eſt. Multo igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine eius: ſalui erimus ab ira per ipſū. Si enim cū inimici eſſemus recōciliati ſumus deo per moꝛtē filij ei⁹: multomagis recōciliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolū autem ſed et gl̄iamur in dn̄o. Per ieſuꝫ xp̄m: dn̄m nr̄m. Scđm marcū ix.

IN illo tēpoꝛe: Dixerunt diſcipuli ad ieſū. Magiſter: vidimus quēdā in noīe tuo eicientē demonia: et pꝛohibuimus eū/ quia nō ſequit̄ nos. Ieſus autē ait illis. Nolite pꝛohibere eū. Nemo eſt eni qui faciat virtutē ī nomine meo: et poſſit cito male loq de me. Qui eni non eſt aduerſuꝫ vos: pꝛo vobis eſt. Quiſquis eni potū dederit vobis calicē aq̄ frigide in nomine meo qꝛ xp̄i eſtis: amen dico vobis nō perdet mercedē ſuā. Et quicūq ſcandaliza uerit vnũ ex his puſillis credẽtibus in me: bonuꝫ eſt ei magis ſi circũdareť mola aſinaria in collo eius/⁊ in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua: abſcide illã. Bonũ eſt tibi debilẽ introire in regnũ dei: ꝙ duas manus habẽtem ire in gehennã in ignẽ inextinguibilẽ/vbi vermis eoꝝ non moriť et ignis nõ extinguitur. Et ſi pes tuus ſcãdalizat te: ãputa illũ. Bonũ eſt tibi claudum introire in vitã eternã: ꝙ duos pedes habentẽ mitti in gehẽnam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorũ non moriť: et ignis non extinguitur. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eũ. Bonũ eſt tibi luſcũ introire in regnũ dei: ꝙ duos oculos habentẽ mitti in gehennã ignis. Ubi vermis eoꝝ non moriť: ⁊ ignis nõ extinguiť.

Dñica nona. Ad miſſã. Offm̃.

Ecce deus adiuuat me⁊ dñs ſuſceptor eſt aĩe mee: auerte mala inimicis meis et in veritate tua diſperde illos ꝓtector meus dñe. Ps. Deus in noĩe tuo ſaluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Or̃o.

Largire nobis dñe q̃s ſemp ſpiritũ cogitãdi que recta ſunt ꝓpici⁹ et agẽdi: vt q̃ ſine te eſſe nõ poſſumus: ſcdm̃ te viuere valeamus. P. Ad corinthios. i.x

Fratres: Non ſimus cõcupiſcentes maloꝝ: ſicut ⁊ illi cõcupierunt. Neq3 ydolatre efficiamini: ſicut q̃dã ex ipſis quẽadmodũ ſcriptũ eſt. Sedit ppl̃s mãducare et bibere: et ſurrexerũt ludere. Neq3 fornicemur: ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt/et ceciderunt vna die vigintitria milia. Neq3 tentemus xp̄m: ſicut quidam eorũ tentauerũt/et a ſerpentibus perierũt. Neq3 murmuraueritis ſicut quidã eorũ murmurauerũt: et perierũt ab exterminatore. Hec aũt oĩa: in figura cõtingebãt illis. Scripta ſunt aũt hec ad correptionẽ noſtrã: in q̃s fines ſeculoꝝ deuenerũt. Itaq3 q̃ ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Tentatio vos nõ apprehẽdat: niſi hũana. Fidelis autẽ deus qui non patieť vos tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed faciet cũ tẽtatione etiã ꝓuentũ: vt poſſitis ſuſtinere. Gr. Dñe dñs noſter q̃ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. V. Quõ eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. Alleluya. V⁹. Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob. ſumite pſalmum iocundum cum cythara. Secundum lucam. xvi. ca.

In illo tp̃e Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hanc. Homo quidã erat diues q̃ habebat villicũ: ⁊ hic diffamat⁹ ẽ apd̃ illũ quaſi diſſipaſſet bona ipſi⁹. Et vocauit illũ: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationeꝫ villicatiõis tue. Iã enĩ non poteris villicare. Ait aũt villicus intra ſe. Quid faciã/q2 dñs me⁹ aufert a me villicationẽ? Fodere nõ valeo: mendicare erubeſco. Scio qđ faciã: vt cũ amot⁹ fuero a villicatione recipiãt me in domos ſuas. Conuocatiſ itaq3 ſingulis debitoribus dñi ſui: dicebat pͥmo. Quantũ debes dño meo? At ille dixit. Centũ cados olei. Dixitq3 illi. Accipe cautionẽ tuã ⁊ ſede cito: et ſcribe quinquagĩta. Deinde alio dixit. Tu vero q̃tũ debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: ⁊ ſcribe octogĩta. Et laudauit dñs vil icū iniquitatis qꝛ prudēter feciſſet:qꝛ filij huius ſeculi ꝓudētiores filijs lucis in generatiōe ſua ſūt. Et ego vobis dico:facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis:vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Offr̄.

Juſticie dn̄i recte letificantes coꝛda et dulcioꝛa ſuper mel et fauū:nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodiet ea. Secrē.

S Uſcipe munera q̄s dn̄e que tibi de tua largitate deferimus: vt hec ſacroſctā myſteria grē tue operante virtute/et pꝛeſentiꝫ vite nos cōuerſatiōe ſanctificēt:et ad gaudia ſempiterna perducāt. P.

Cōio Primū querite regnū dei:⁊ oia adicient vobis dicit dn̄s. Poſtcōio.

S It nobis dn̄e q̄s reparatio mentis ⁊ coꝛpoꝛis celeſte myſteriū:vt cuius exequimur actionem/ſentiamus effectū. Per dn̄ꝫ

¶ Feria.iiij. Ad romanos.vi.ca.

F Ratres: Neſcitis q̄m cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obediēdū:ſerui eſtis eius cui obediſtis? Siue pcti ad moꝛteꝫ: ſiue obeditiōis ad iuſticiā. Gratias autē deo ꝙ fuiſtis ſerui pcti: obediſtis aūt ex coꝛde in eā foꝛmā doctrine in qua traditi eſtis. Liberati autē a peccato:ſerui facti eſtis iuſticie. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Secundum lucam.xvi.c.

I N illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo:et in maioꝛe fidelis ꝫ Et qui in modico iniquus eſt:et in maioꝛe iniquus eſt. Si ergo in iniquo mām̄ona fideles non fuiſtis:qđ verū eſt q̄s credet vobis? Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis: quod veſtrū eſt q̄s dabit vobis? Nemo ſeruus:poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire. Aut enī vnū odiet ⁊ alterū diliget:aut vni adherebit et alterū contēnet. Nō poteſtis deo ſeruire:et mām̄one. Audiebant enī hec oia pharisei qui erant auari: et deridebant illum. Et ait illis. Uos eſtis qui iuſtificatis vos coram hoibus:deus aūt nouit coꝛda veſtra. Quia quod hoib⁹ altum eſt:abominatio eſt ante deū.

¶ Dn̄ica decima Ad miſſā. Offiū

D Um clamarē ad dominū exaudiuit vocē meam ab his qui appꝛopinquant michi et humiliauit eos qui eſt ante ſecula ⁊ manet in eternū:iacta cogitatuꝫ tuū in dn̄o et ipſe te enutriet. Ps

Exaudi deus oꝛationem meā et ne deſpexeris depꝛecationē meā:intēde michi et exaudi me. Oꝛatio.

P Ateant aures miſe tue dn̄e pꝛecibus ſupplicantiū:et vt petētibus deſiderata cōcedas:fac eos que tibi placita ſunt poſtulare. P dominū. Ad coꝛinthios.i.xij.ca.

F Ratres: Scitis quoniā cū gētes eſſetiꝫ: ad ſimulachꝛa muta pꝛout ducebamini euntes Jdeo notū vobis facio ꝙ nemo in ſpū dei loquens:dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dn̄s ieſus:niſi in ſpū ſctō. Diuiſiōes vero grārū ſunt:idē aūt ſp̄s. Et diuiſiones miniſtrationū ſunt: idem aūt dn̄s. Et diuiſiōes opationū ſunt:idē vero deus q̄ opatꝛ oia in oib⁹ Unicuiq; aūt datꝛ manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē. Alij quidē p ſpm̄ datꝛ ſermo ſapientie alij aūt ſmo ſciētie ſm eūdē ſpm̄ Alteri fides:in eodē ſpū. Alij grā ſanitatū in vno ſpū. Alij opatio virtutū:alij ꝓphetia/alij diſcretio ſpirituū/alij genera linguarum/alij interpꝛetatio ſermonū.

Hec autē oīa operatur vnus atqꝫ idem ſpūs: diuidens ſingulis prout vult. Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillā oculi: ſub vmbra alarū tuaruꝫ protege me. Vꝰ. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitatem. Allā. V. Dñe deus ſalutis mee: i die clamaui ⁊ nocte corā te. S. lu. xix.

In illo tēpore: Cū appropiquaret ieſus hieruſalē: videns ciuitatē fleuit ſup illā dicēs Quia ſi cognouiſſes et tu. Et qdē in hac die tua q̄ ad pacez tibi: nūc autē abſcondita ſunt ab oculis tuis. Qr ecce venient dies in te: et circūdabunt te inimici tui vallo/et circūdabunt te et coanguſtabunt te vndiqꝫ/et ad terrā proſternent te et filios tuos qui i te ſunt Et nō relinquēt in te lapidem ſuper lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tēpus viſitationis tue. Et ingreſſus in tēplū: cepit eiicere vendentes in illo et ementes/dicens illis. Scriptū eſt: qr domus mea domus orōnis eſt. Vos autem feciſtis illā: ſpeluncā latronum. Et erat docēs: quotidie in templo. Offer. Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te confido non erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei etenī vniuerſi q̄ te expectāt nō ꝯfūdent.

Concede nobis hec q̄s Sec. dñe digne frequētare myſteria: qr quotiens huius hoſtie cōmemoratio celebratꝛ: opus nr̄e redēptionis exercetꝛ. Per d. Cōio Acceptabis ſacrificiū iuſticie oblatōes et olocauſta ſup altare tuū dñe. Pꝰcō

Tui nobis dñe cōio ſacramenti: et purificationē cōferat/et tribuat vnitatē. Per do.

Feria.iiii. Ad corinthios. i.xv.

Fratres: Non oīs caro eadē caro: ſed alia hoīm/alia pecorū/alia volucrū/alia aūt piſciū. et corpora celeſtia et corpora terreſtria. Sed alia quidē celeſtiū gloria: alia autē terreſtriū. Alia claritas ſolis/alia claritas lune: et alia claritas ſtellarum. Stella aūt a ſtella differt in claritate: ſic ⁊ reſurrectio mortuorꝫ. Seminatꝛ in corruptiōe: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in glīa. Seminatur in īfirmitate: ſurget in virtute. Seminatꝛ corpus aīale. ſurget corpus ſpiritale/ſicut ſcriptū eſt Factus eſt primus homo adā in aīam viuentē: nouiſſimus adam in ſpiritū viuificantē. Sz non prius qđ ſpiritale eſt: ſed qđ aīale/deinde quod ſpiritale. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. S. lucam. xxi.

In illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis ne forte grauentꝛ corda veſtra in crapula et ebrietate/et curis huius vite: et ſuperueniat in vos repētina dies illa. Tanq̄ laqueus eī ſuperueniet in oēs: qui ſedēt ſup faciē oīs terre Vigilate itaqꝫ orātes omni tēpore: vt digni habeamini fugere iſta omnia que futura ſunt: et ſtare ante filiū hoīs

Dñica vndecima. Officium.

Deus in loco ſācto ſuo deus qui ihabitare facit vnanimes i domo ipſe dabit virtutem ⁊ fortitudinē plebi ſue. Ps. Exurgat deus et diſſipentꝛ inimici eiꝰ: et fugiant qui oderūt eū a facie eius. Or.

Deus qui oīpotentiā tuam parcendo maxime et miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiā tuā: vt ad tua promiſſa currētes/celeſtiū bonorꝫ facias eē ꝯſortes. P. Ad corinth. i.xv

Fratres: Notum facio vobis euangeliū quod predicaui vobis: qđ et accepiſtis/ in q̄ et ſtatis/ per qđ et ſaluami[ni]. Qua ratione predicauerī vobiſ ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enī vobis in p̄mis qđ et accepi: q̄m xp̄s ieſus mortu⁹ eſt p̄ peccatis nr̄is ſcđm ſcripturas/ et qꝛ ſepultus eſt ⁊ qꝛ reſurrexit tercia die ſcđm ſcripturas. Et viſus eſt cephe: et poſt hec vndeci. Deinde viſus eſt pluſq̄ quīgentis fr̄ib⁹ ſimul: et q̄bus multi manent vſq̄ adhuc/ q̄dā aūt dormierūt Deinde viſus ⁊ iacobo: deinde ap̄lis oīb⁹. Nouiſſime aūt oīm tanq̄ abortiuo viſus eſt et michi. Ego enī ſū minimus ap̄loꝝ qui nō ſū dign⁹ vocari ap̄ls: q̄m perſecutus ſum eccleſiā dei. Grā aūt dei ſum id qđ ſum: et grā eius in me vacua non fuit. Gr. In deo ſperauit cor meum ⁊ adiut⁹ ſum: ⁊ refloruit caro mea et ex volūtate mea ꝯfitebor illi. V. Ad te dn̄e clamabo deus me⁹ ne ſileas ne diſcedas a me. Allā. V. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Secundum lucam xviij. ca.

In illo t̄pe Dixit ieſus ad q̄ſdam qui in ſe ꝯfidebant tā̄q̄ iuſti et aſpnabant̄ ceteros: parabolā iſtam dicēs. Duo homīes aſcenderunt in tēplū vt orarent: vnus phariſeus et alter publicanus. Phariſeus autē ſtans: hec apud ſe orabat. De⁹ grās ago tibi: qꝛ nō ſum ſicut ceteri hoīum/ raptores/ iniuſti/ adulteri/ velut etiā hic publican⁹ Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oīm q̄ poſſideo. Et publican⁹ alonge ſtans nolebat nec oculos ad celū leuare/ ſed percutiebat pectus ſuū dicens. Deus propicius eſto michi peccatori. Amen dico vobis: deſcēdit hic iuſtificat⁹ ī domū ſuā ab illo Qꝛ oīs qui ſe exaltat humiliabit̄: et qui ſe hūiliat exaltabit̄. Offr. Exaltabo te dn̄e q̄m ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me dn̄e clamaui ad te et ſanaſti me. Secreta

Tibi domīe ſacrificia dicata reddant̄: q̄ ſic ad honorem noīs tui deferēda tribuiſti: vt eadē remedia nr̄a fieri preſtares. Per. Cōio Honora dn̄m de tua ſubſtantia et de primitijs frugū tuaꝝ vt impleant̄ horrea tua ſaturitate et vino torcularia redūdabunt. Poſtcōio

Queſumus dn̄e deus noſter vt quos diuinis reparare non deſinis ſacramētis: tuis nō deſtituas benign⁹ auxilijs. Per.

¶ Feria. iiij. Ad corinthios. i. vi.

Fratres: Neſcitis q̄m corpora veſtra mēbra ſūt xp̄i? Tollēs ergo mēbra xp̄i faciā mēbra meretricis? Abſit. An neſcitꝫ q̄m qui adheret meretrici: vnū corpus efficit̄? Erūt ei inq̄t duo in carne vna. Qui autē adheret deo: vnus ſp̄ūs eſt. Fugite fornicationē Omne enī peccatū quodcūq̄ fecerit homo: extra corp⁹ eſt Qui aūt fornicatur: in corp⁹ ſuū peccat. An neſcitis q̄m mēbra veſtra tēplū eſt ſp̄ūſſancti qui in vobis eſt quē habetis a deo: et non eſtis veſtri? Empti enī eſtis precio magno: glificate et portate deum in corpore vr̄o. S. lucā. xviij

In illo t̄pe: Dicebat ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Q̄m oportet ſēp orare ⁊ nō deficere dicēs. Iudex q̄dā erat ī quadā ciuitate q̄ deū non timebat: et hoīem nō reuerebatur. Vidua aūt q̄dā erat ī ciuitate illa: et veniebat ad eū dicens Vindica me de aduerſario meo Et nolebat ꝑ multū tempus. Poſt hec aūt dixit intra ſe. Et ſi deū non timeo nec hoīem reuereoꝛ: tamen quia moleſta eſt michi hec vidua vindicabo illā ne in nouiſſimo veniens ſuggillet me. Ait autē dñs. Audite qd iudex iniquitatis dixit. Deus aūt nō faciet vindictā electoꝝ ſuoꝝ clamantiū ad ſe die ac nocte: et patientiā habebit in illis? Dico vobis qꝛ cito faciet vindictā illoꝝ. ¶ Dñica.xij. Offm̄.

Deus in adiutoꝛiū meum intēde dñe ad adiuuandū me feſtina / confundant̄ et reuereantur inimici mei qui querūt animā meā. Ps. Auertantur retroꝛſū et erubeſcant: qui volūt michi mala. Oꝛ.

Omnīps ſempiterne deus qui abūdātia pietatis tue ⁊ merita ſupplicū excedis et vota: effūde ſuꝑ nos miāꝫ tuā: vt dimittas q̄ ꝯſcia metuit / et adiicias qd oꝛo nō p̄ſumit. P. Ad coꝛinth. ij. iij.

Fratres Fiduciā talē habemus per xp̄m ad deū: non ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis / ſed ſufficiētia nr̄a ex deo eſt. Qui et ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti: non littera / ſed ſpū. Littera eni occidit: ſpūs aūt viuificat. Qd ſi miniſtratio mortꝭ litteris deformata in lapidibus fuit in glīa. ita vt nō poſſent intendere filii iſrael in faciē moyſi ꝓpter glīam vultus eiꝰ q̄ euacuatur / quō nō magis miſtratio ſpiritus erit in glā? Nā ſi miſtratio dānationis in glīa eſt: multomagis abūdat miniſteriū iuſticie in gloꝛia. Gr. Benedicā dñm in oīmi tp̄e / ſemꝑ laus eiꝰ in oꝛe meo. V. In dño laudabit aīa mea: audiāt manſueti et letent̄. Allā. V. Venite exultemus dño iubilemꝰ deo ſalutari nr̄o. Alīꝰ V. Preoccupemꝰ faciē eiꝰ in ꝯfeſſiōe et in pſalmis iubilemꝰ ei. Iſti duo V. dīr ꝑ ebd. alternis vicibꝰ: ita tñ ꝙ V. Preoccupemꝰ. p̄mo d̄r q̄n de feria agit̄. Et ſi nulla fē. ꝑ ebd. ad hoc vacauerit: tūc vltimꝰ V. eo anno oino p̄termittat̄. S. marcū. vij. c.

In illo tp̄e: Exiens ieſus de finibus tyꝛi: venit per ſydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducūt ei ſurdū et mutū: et dep̄cabant̄ euꝫ vt iponat illi manū. Et appꝛehēdens eū de turba ſeoꝛſū: miſit digitos ſuos in auriculas eiꝰ: et expuēs tetigit linguā eiꝰ. Et ſuſpiciens in celū: ingemuit et ait illi Effeta: qd eſt adaperire. Et ſtatim aperte ſunt aures eius: et ſolutū eſt vinculū lingue eiꝰ / et loquebat̄ recte Et p̄cepit illis: ne cui dicerēt. Quāto aūt eis p̄cipiebat: tantomagis plus p̄dicabant / et eo ampliꝰ ādmirabant̄ dicētes. Bene oīa fecit: et ſurdos fecit audire / ⁊ mutos loqui. Off.

Precatꝰ eſt moyſes in ꝯſpectu dei ſui ⁊ dixit. pꝛecatꝰ eſt moyſes in ꝯſpectu dei ſui et dixit. quare dñe iraſceris in ꝑplo tuo / parce ire aie tue memēto abꝛahā yſaac ⁊ iacob qbꝰ iuraſti dare terrā fluentē lac ⁊ mel. ⁊ placatꝰ factꝰ eſt dñs de malignitate quā dixit facere ꝑplo ſuo

Reſpice q̄s dñe noſtrā Sec. ꝓpiciꝰ ſeruitutē: vt qd offerimꝰ ſit tibi munꝰ acceptū: ſitq; nr̄e fragilitatis ſubſidiū. P. Co.

De fructu operū tuoꝝ dñe ſatiabitur terra: vt educas panē de t̄ra ⁊ vinū letificet coꝛ hoīs / vt exhilaret faciē in oleo et panis coꝛ hoīs ꝯfirmet. Pͦcō.

Sentiamus dñe q̄s tui per=

ceptione ſacramēti ſubſidiū mētis et corporis: vt in vtroq; ſaluati: celeſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm. ¶ Feria quarta. Epla. Ad corinthios. ij. iiij. c.

Fratres: Non noſmetipſos predicam⁹: ſed ieſum xp̄m dñm noſtrū. Nos aūt ſeruos veſtros per ieſū. Qm̄ deus ꝗ dixit de tenebris lucē ſplēdeſcere: illuxit in cordibus nr̄is ad illuīationem ſcientie claritatis dei in facie xp̄i ieſu. Habem⁹ aūt theſaurum iſtum in vaſis fictilibus/ vt ſublimitas ſit virtutis dei et nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: ſed non anguſtiamur. Aporiamur: ſed nō deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed nō derelinꝗmur. Humiliamur: ſed nō confundimur. Deijcimur: ſed nō perimus. Semꝑ mortificationē ieſu xp̄i in corpore nr̄o circūferētes: vt et vita ieſu in corporibus nr̄is manifeſtet̄. S. mathei. xi.

In illo tp̄e: Cepit ieſus exprobrare ciuitatibus in quibus facte ſunt plurime virtutes eius: qꝛ non egiſſent penitentiā. Ve tibi corozaim: ve tibi bethſaida. Qꝛ ſi in tyro et ſydone facte eſſent virtutes q̄ facte ſunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiā egiſſent. Verūtamen dico vobis: tyro et ſydoni remiſſi⁹ erit in die iudicij ꝙ vobis. Et tu capharnaū: nūquid vſq; in celū exaltaberis? Vſq; in infernū deſcendes. Qꝛ ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: forte manſiſſent vſq; in hunc diem. Verūtamen dico vobis: qꝛ terre ſodomorū remiſſius erit in die iudicij ꝙ tibi. ¶ Dominica decimatercia. Ad miſſā. Officiū.

Reſpice dñe in teſtamētum tuū: et aīas pauperum tuoꝝ ne derelinꝗs in finē: exurge dñe iudica cauſā tuā/ et ne obliuiſcaris voces querentiū te. Ps. Ut qd de⁹ repuliſti in finē: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tue. Oratio.

Omīps ⁊ miſericors deus de cuius munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter ſeruiatur: tribue nob̄ q̄s: vt ad ꝓmiſſiones tuas ſine offenſione curram⁹. P. Ad galathas iij. c.

Fratres Abrahe dicte ſunt promiſſiones: ⁊ ſemini ei⁹. Nō dicit et ſeminib⁹ quaſi ī multis: ſed q̄ſi in vno et ſemini tuo qui eſt xp̄s Hoc aūt dico teſtamētū ꝯfirmatū a deo: q̄ poſt quadringētos ⁊ triginta annos facta eſt lex nō irritū facit ad euacuandā ꝓmiſſionē. Nā ſi ex lege eſſet hereditas: iā non ex ꝓmiſſiōe. Abrahe aūt: per repromiſſionē donauit deus. Quid igit̄ lex? Propter trāſgreſſionē poſita eſt: donec veniret ſemen cui promiſerat ordinata per āgelos in manu mediatoris. Mediator aūt vni⁹ nō eſt de⁹ aūt vn⁹ eſt. Lex ergo aduerſ⁹ ꝓmiſſa dei? Abſit. Si eī data eēt lex q̄ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sed cōcluſit ſcriptura oīa ſub pctō: vt ꝓmiſſio ex fide ieſu xp̄i daret̄ credētib⁹. Gr. Reſpice dñe in teſtamentū tuū: et animas pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in finem. V. Exurge dñe et iudica cauſā tuam: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum. Alleluya. V. Quoniā deus magnus dñs et rex magn⁹ ſuper oēm terram. Secundum lucam. x. ca.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident que vos videtis Dico enī vobis: ꝙ multi ꝓphete et reges voluerūt videre q̄ vos videtiſ et nō viderunt. et audire que auditis et nō audierūt. Et ecce q̄dā legiſperit⁹ ſurrexit tentās illū: et dicēs. Magiſter: quid faciēdo vitā eternā poſſidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid ſcriptū eſt? Quō legis? Ille reſpōdēs dixit. Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo: et ex tota aīa tua. ꝫ ex oībus viribus tuis/et ex oīni mēte tua. et ꝓximū tuū ſicut teipſū Dixitq̄ illi Recte reſpōdiſti Hoc fac: et viues. Ille aūt volens iuſtificare ſeipſū: dixit ad ieſū. Et q̄s eſt meus ꝓximus? Suſpiciēs aūt ieſus: dixit. Homō quidā deſcendebat ab hier̄lm in hierico: ꝫ incidit in latrones. Qui etiā deſpoliauerūt eū: et plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Accidit aūt vt ſacerdos quidā deſcēderet eadē via: et viſo illo preteriuit. Similiter et leuita cū eſſet ſecus locū et videret eū: pertrāſijt Samaritanus aūt quidā iter faciēs venit ſecus eū: et vidēs eum mīa motus eſt. Et appropiās alligauit vulnera eius: infūdens oleū et vinū. Et iponens illū in iumētum ſuū: duxit in ſtabulū/et curam eius egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios: et dedit ſtabulario/et ait. Curā illius habe: et q̄dcūq̄ ſupererogaueris: ego cū rediero reddā tibi. Quis horū triū videt tibi ꝓximus fuiſſe illi q̄ incidit ī latrōes? At ille dixit. Qui fecit mīam in illū. Et ait illi ieſus. Vade: et tu fac ſilr̄. Offr.

In te ſperaui dn̄e dixi tu es deus me⁹ in manib⁹ tuis tp̄a mea. Secr.

Hoſtias q̄s dn̄e propici⁹ intende: quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiēdo tuo nomini dent honorem. Per. Cōio Panē de celo dediſti nobis dn̄e habentē oēm delectamentū et oēm ſaporē ſuauitatis. Poſtcō.

Viuificet nos dn̄e q̄s huius participatio ſancta myſterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dn̄m.

¶ Fē.iiij. Ad theſſalōicēſes.i.ij.

Fratres: Memores eſtiſ laborū noſtrorū et fatigatio nū nocte et die operantes: ne quē veſtrū grauarem⁹ Predicauim⁹ enī in vobis euangeliū dei. Vos enī teſtes eſtis et deus: q̄ ſancte ꝫ iuſte et ſine querela vobis q̄ credidiſtis affuim⁹ ſicut ſcitis: qualiter vnūquēq̄ veſtrū tanq̄ pater filios ſuos deprecātes vos et cōſolātes teſtificati ſum⁹ vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnū ſuū et gloriā Jdeo et nos gr̄as agimus deo ſine intermiſſiōe q̄m cū accepiſſetiſ a nobis verbū audit⁹ dei accepiſtis illud nō vt verbū hoīm. ſ3 ſicut eſt vere verbum dei: qui operatur in vobis. Secundū matheum.xij.

In illo tp̄e: Abeuntes phariſei conſiliū faciebant aduerſus ieſum: quō eū perderent Jeſus aūt sciēs: receſſit inde. Et ſecuti ſunt eum multi: et curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifeſtū eū facerent: vt adīpleretur quod dictū eſt per yſaiā ꝓphetā dicentē. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus in quo bene cōplacuit anime mee Ponā ſpiritū meū ſuper eū: et iudiciū gentib⁹ nunciabit. Nō cōtendet neq̄ clamabit: neq̄ audiet aliq̄s in plateis vocē eius. Arundinē quaſſa ſil non cōſtringet: et lignū fumigans non extinguet/donec eijciat ad victoriā iudiciū. Et in nomine eius: gentes ſperabunt.

¶ Dñica.xiiij. Ad miſſā. Officiū

Protector noſter aſpice deus et reſpice in faciē xp̄i tui qꝛ melioꝛ ꝫ dies vna in atrijs tuis ſup milia. Ps. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: concupiſcit et deficit anima mea in atria domini. Oratio

OMps ſempiterne deus: da nobis fidei ſpei ꝫ caritatis augmentū: et vt mereamur aſſequi qđ ꝓmittꝫ: fac nos amare qđ pꝛecipis. Ꝑ do. Ad galathas. v.c

Fratres Spū ambulate: et deſideria carnis nō perficietis. Caro eni cōcupiſcit aduerſus ſpm̄: ſpūs aūt aduerſus carnem. Hec eni ſibi inuicē aduerſantur: vt nō quecūqꝫ vultis illa faciatis. Quod ſi ſpū ducimini: nō eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis: que ſunt foꝛnicatio/imundicia/auaricia/impudicicia/luxuria/ydoloꝝ ſeruitus/veneficia/inimicicie/cōtentiones/emulatiōes/ire/rixe/diſſentiones/ſecte/inuidie/homicidia/ebꝛietates/comeſſationes/et his ſimilia. Que pꝛedico vobis: ſicut pꝛedixi. Quoniā qui talia agunt: regnū dei non cōſequentē. Fruct⁹ aūt ſpūs eſt: caritas/gaudiū/pax/paciētia/longanimitas/bonitas/benignitas/mãſuetudo/fides/modeſtia/cōtinentia caſtitas/aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. Qui aūt ſunt xp̄i carnē ſuam crucifixerūt: cū vicijs et concupiſcentijs. Gr. Bonū eſt cōfiteri dn̄o: et pſallere nōi tuo altiſſime. V. Ad annunciandū mane miam tuā et veritatem tuā per noctē. Allā. V. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius: annūciate inter gētes opa ei⁹. Ꝯ. luca. xvij.

IN illo tp̄e: Cū iret ieſus in hierlm̄ trāſibat per mediā ſamariā et galileā Et cū ingrederetur quoddā caſtellū: occurrerūt ei decē viri lepꝛoſi. Qui ſteterūt alonge: et leuauerūt vocē ſuā dicentes. Jeſu pꝛeceptoꝛ: miſerere noſtri. Quos vt vidit: dixit. Jte: oſtendite vos ſacerdotibus. Et factū eſt dū irent: mūdati ſunt. Unus aūt ex illis vt vidit quia mūdatus eſt: regreſſus eſt cū magna voce magnificās deū. Et cecidit in faciē ante pedes ei⁹: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpōdens aūt ieſus: dixit. Nōne decē mūdati ſunt: ꝫ nouem vbi ſunt? Non eſt iuentus qui rediret ꝫ daret gloꝛiā deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: qꝛ fides tua te ſaluuꝫ fecit. Offr. Jmmittit angelū dn̄s in circuitu timentiū eū et eripiet eos. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. Sē

Communicantes et memoꝛiam venerantes. In pꝛimis glorioſe ſemperqꝫ virginis. Inclinando parumper dicat. marie genitricis dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti. Sed et beatoꝛum apoſtoloꝛum ac martyꝛum tuoꝛum. Petri Pauli. Andꝛee. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et thadei. Lini. Cleti. Clemētis Sixti Coꝛnelii. Cypꝛiani. Laurētii. Griſogoni. Johannis ⁊ pauli. Coſme et Damiani. Et omnium ſāctoꝛum tuoꝛum quoꝛum meritis pꝛecibuſqꝫ concedas: vt in omnibus pꝛotectionis tue muniamur auxilio. Per eundē chꝛiſtum dominum noſtrū. Amen. Hic reſpiciat ſacerdos hoſtiā cum magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtre ſed ⁊ cuncte familie tue queſumus domine vt placatus accipias dieſqꝫ noſtros in tua pace diſponas: atqꝫ ab eterna dānatione nos eripi et in electoꝛum tuoꝛum iubeas grege numerari. Per chꝛiſtum dominū noſtrū. Amen. Hic iterū reſpiciat hoſtiam dicens.

Quam oblationem tu deus omnipotens in omnibus queſumꝰ. Hic faciat tres cruces ſuper vtrumqꝫ cum dicat. Bene✠dictam: aſcri✠ptam: ra✠tam: rationabilem: acceptabilemqꝫ facere digneris vt nobis. Hic faciat crucem ſuper panem dicens. coꝛ✠pus. Hic ſuper calicem et ſan✠guis. Junctiſqꝫ manibus dicat. fiat dilectiſſimi filii tui domini noſtri ieſu chꝛiſti. Hic erigat ſacerdos manus et iūgat: et poſtea tergat digitos et eleuet hoſtiam dicens.

Qui pꝛidie ꝙ pateretur accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos ſuos. ad te deū patrē ſuū omnipotentem. Hic inclinet ſe et poſtea eleuet paululum dicens. tibi gratias agens bene ✠ dixit fregit. Hic tangat hoſtiam dicēs. deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et maducate ex hoc omnes. Hoc eſt eni corpus meum. Et debent iſta verba pꝛoferri vno ſpiritu et vna pꝛolatione: nulla pauſatione interpoſita. Poſt hec verba inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiā et poſtea eleuet eam ſupꝛa frontem: vt poſſit a populo videri: et reuerenter illam reponat ante calicem in modum crucis per eādem facte. Et tunc diſcooperiat calicem et teneat inter manus ſuas non diſiungendo pollicem ab indice niſi dum facit benedictiones tātum ita dicens.

Simili modo poſteaꝙ cenatum eſt accipiens et hunc pꝛeclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. item tibi. Hic inclinet ſe dicens. gratias agens bene ✠ dixit: deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic eleuet ſacerdos parſiper calicem ita dicens. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamenti myſterium fidei qui pꝛo vobis et pꝛo multis effūdetur in remiſſionē peccatoꝛum. Hic eleuet calicē vſqꝫ ad pectus vel vltra caput dicens. Hec quotienſcūqꝫ feceritis: in mei memoriam facietis. Hic reponat calicem et fricet digitos ſuos vltra calicem pꝛopter micas et cooperiat calicem deinde eleuet bꝛachia ſua in modum crucis iunctis digitis vſqꝫ ad hec verba. de tuis donis ac datis.

Vnde ⁊ memoꝛes domine nos tui ſerui ſed et plebs tua ſancta eiuſdem chꝛiſti filii tui dñi dei noſtri tam beate paſſionis: necnon et ab inferis reſurrectionis: ſed et in celos glorioſe aſcenſionis offerimus pꝛeclare maieſtati tue de tuis donis ac datis. Hic quinq; cruces fiant: ſed tres pꝛime cruces ſup hoſtiã et calicem dicendo. hoſtiam pu ✠ ram hoſtiã ſan ✠ ctam: hoſtiam imma ✠ culatam Quarta ſuper panem ſanctum dicendo. pa ✠ nem ſãctum vite eterne. Quinta ſuper calicem dicendo et ca ✠ licem ſalutis ppetue.

Supꝛa que pꝛopicio ac ſereno vultu reſpicere digneris et accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti abel et ſacrificium patriarche noſtri abꝛahe et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam. Hic ſacerdos coꝛpoꝛe inclinato: et cancellatis manibus dicat.

Supplices te rogamus om̃nipotens deus. vſq; ad hec verba. ex hac altaris participatione. et tunc erigat ſe deoſculans altare a dextris ſacrificii: et faciat ſignum crucis ſuper hoſtiã et calicem et in facie ſua cum dicit omni bñdictone celeſti

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuũ in cõſpectu diuine maieſtatis tue vt quotquot. Hic erigens ſe oſculetur altare a dextris ſacrificii dicens. ex hac altaris participatione ſacroſanctum filii tui. Hic faciat ſignum crucis ſuper hoſtiã dicens. coꝛ ✠ pus deinde ſuper calicem dicens. et ſan ✠ guinem ſumpſerimus oĩ Hic ſignet ſe in faciẽ dicẽs. bñdictione celeſti et gratia repleamur. Per eundẽ xp̃m dominum noſtrum. Amen Hic oꝛet pro moꝛtuis.

Memento etiam domine animarum

famulorum famularumq; tuarum. N. et. N. Qui nos preceſſerunt cum ſigno fidei et dormiunt in ſomno pacis Ipſis domine et omnibus in chriſto quieſcentibus locum refrigerii lucis & pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem chriſtum dominū noſtrū. Amen. Hic percutiat pectus ſuū ſemel dicēs

Nobis quoq; peccatoribꝰ famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus partem aliquam et ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis & martyribus. cum Johanne Stephano. Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anaſtaſia Et cum omnibus ſanctis tuis. intra quorum nos cōſortium non eſtimator meriti: ſed venie queſumus largitor admitte. Per chriſtum dominum noſtrum. Non dicitur. Amen. Per quem hec omnia domine ſemper bona creas. Hic ter ſignet calicem dicens. ſancti ✠ ficas viui ✠ ficas bene ✠ dicis et preſtas nobis. Hic dīſcooperiat calicem et faciat ſignaculum crucis cum hoſtia quinquies primo vltra calicē ex vtraq; parte: ſecundo calici equale tercio infra calicem: quarto ſicut primo quinto ante calicem. Per ip ✠ ſum: et cum ip ✠ ſo: et in ip ✠ ſo: eſt tibi deo patri omni ✠ potenti in vnitate ſpiritus ✠ ſancti omnis honor et gloria. Hic cooperiat ſacerdos calicē & teneat manus ſuas ſuper altare vſq; dum dicitur. Pater nr̄. ita dicēs.


Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Oremus.
Preceptis ſalutaribus moniti


et diuina institutione formati
audemus dicere.

Hic accipiat dyaconus patenam eamq; a dextris sacerdotis extenso brachio in altum vsq;. Da propicius. discoopertam teneat. Hic eleuet sacerdos man⁹ dicens.


Pater noster qui es in
celis sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnū tuum Fiat vo
luntas tua: sicut in celo et in
terra. Panē nostrū quotidianū
da nobis hodie. Et dimitte nobis


bis debita nostra: sicut et nos
dimittimus debitorib⁹ nostris.
Et ne nos inducas in tētationē

Chorus dicat. Sed libera nos a malo. Sacerdos priuatim.

Libera nos q̄s dn̄e ab oib⁹ malis p̄teritis p̄sentibus et futuris: ⁊ itercedēte btā ⁊ gliosa semperq; virgine dei genitrice maria: ⁊ btīs aplīs tuis petro et paulo atq; andrea cū oib⁹ sanctis. Hic cōmittat dyacon⁹ patenā sacerdoti deosculās manū ei⁹ ⁊ sacerdos deosculet patenā postea ponat ad sinistrū oculū deinde ad dextrū p⁹ea: faciat crucē cū patena vltra caput: ⁊ sic repōat eā i locū suū di.

Da propicius pacem in diebus nostris vt ope misericordie tue adiuti: et a pctō simus sēper liberi: et ab oī pturbatione securi. Hic discooperiat calicē et sumat corp⁹ cū īclinatiōe trāsponēs i cōcauitate calicis: retinēdo inter pollices ⁊ īdices ⁊ frāgat in tres partes p̄ma fractio dū dicit. Per eūdē dn̄m nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Scd̄a fractio. Q tecū viuit ⁊ regnat in vnitate sp̄us sācti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et terciam fracturā in dextera manu in summitate calicis ita dicens aperta voce.



Per omnia ſecula ſe-



Chorus reſpondeat.



culorum. Amen.

Hic faciat tres cruces infra calicem cum tercia parte hoſtie dicendo.



Pax domini ✠ ſit ſem ✠ per

vo ✠ biſcum.

Chorus reſpondeat. Et cum ſpiritu tuo. Ad Agnus dei. dicendum accedant dyaconi et ſubdyaconi ad ſacerdotem vterque a dextris dyaconus propior: ſubdiaconus remotior: et dicant priuatim Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. In miſſis pro defunctis dicitur hoc modo Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. cum hac additione in tercia repetitione. ſempiternam. Hic cruce ſignando deponat dictam terciam partem hoſtie in ſacramentum ſanguinis ſic dicendo.

Hec ſacro ✠ ſancta commixtio corporis et ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti fiat michi: omnibuſque ſumentibus ſalus mentis et corporis et ad vitam eternam promerendam et capeſcendam preparatio ſalutaris. Per eundem chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Antequam pax detur dicat ſacerdos.

Domine ſancte pater omnipotens eterne deus: da michi hoc ſacroſanctum corpus et ſanguinem filii tui domini noſtri ieſu chriſti ita digne ſumere: vt merear per hoc remiſſionem omnium peccatorum meorum accipere: et tuo ſancto ſpiritu repleri: et pacem tuam habere: quia tu es deus ſolus et preter te non eſt alius cuius regnum et imperium glorioſum ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen. Hic oſculetur ſacerdos corporalia in dextera parte et ſummitatem calicis: et poſtea dyacono dicens. Pax tibi et eccleſie dei. Reſponſio. Et cum ſpiritu tuo. Dyaconus a dextris ſacerdotis ab eo pacem recipiat et ſubdyacono porrigat. Deinde ad gradum chori ipſe dyaconus pacem portet rectoribus chori: et ipſi pacem choro portent vterque ſue parti incipiens a maioribus. In feſtis vero et feriis quando chorus non regitur pax a dyacono choro apportatur per duos extremos de ſecunda forma: cetera ſicut prius. Poſt pacem datam dicat ſacerdos orationes ſequentes priuatim antequam ſe communicet tenendo hoſtiam duabus manibus.

Deus pater fons et origo totius bonitatis: qui ductus miſericordia vnigenitum tuum pro nobis ad infima mundi deſcendere et carnem ſumere voluiſti: quam ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiam dicens.

te adoro: te glorifico: te tota mē tis ac cordis intentione laudo et precor: vt nos famulos tuos non deſeras ſed peccata noſtra remittas quatenus tibi ſoli viuo ac vero deo puro corde ⁊ caſto corpore ſeruire valeamus. Per eūdē chriſtū dominū noſtrū. Amen.

Domine ieſu chriſte fili dei viui qui ex voluntate patris cooperāte ſpiritu ſancto per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me queſo per hoc ſacroſanctum corpus et hunc ſanguinem tuum a cunctis iniquitatibus meis et ab vniuerſis malis et fac me tuis ſemper obedire mādatis et a te nunq̄ in perpetuum ſeparari permittas ſaluator mūdi Qui cum deo patre et eodem ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecula ſeculorum. Amen

Corporis et ſāguinis tui domine ieſu chriſte ſacramentum quod licet indignus accipio non ſit michi iudicio et condemnationi: ſed tua proſit pietate corporis mei et anime ſaluti. Amen

Ad corpus dicat cum humiliatione anteq̄ percipiat.

Aue in eternum ſanctiſſima caro chriſti: michi ante omnia et ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpus domini noſtri ieſu chriſti ſit michi peccatori via et vita. In no ✠ mine patris: et filij: et ſpiritus ſancti. Amen.

Hic ſumat corpus cruce prius facta cum ipſo corpore ante os. Deinde ad ſanguinem cum magna deuotione dicens

Aue in eternum celeſtis potus michi ante omnia ⁊ ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpus et ſanguis domini noſtri ieſu chriſti proſint michi peccatori ad remedium ſempiternum in vitam eternam. Amen. In no ✠ mine patris: et filij: et ſpiritus ſancti. Amen. Hic ſumat ſanguinem quo ſumpto inclinet ſe ſacerdos et dicat orationem ſequentem.

Gratias tibi ago domine ſancte pater omnipotens eterne deus: qui me refeciſti de ſacratiſſimo corpore et ſanguine filij tui domini noſtri ieſu chriſti ⁊ precor vt hoc ſacramentum ſalutis noſtre quod ſumpſi indignus peccator non veniat michi ad iudicium neq̄ ad condemnationem pro meritis meis: ſed ad profectum corporis mei et anime ſaluti in vitam eternam. Amen.

Qua dicta eat ſacerdos ad dextrū cornu altaris cum cum calice inter manus: digitis adhuc coniunctis ſicut prius: et accedat ſubdyaconus et effundat in calicem vinū et reſinceret ſacerdos manꝰ ſuas ne alique reliquie corporis vel ſanguinis remaneant indigitis vel in calice. Cum vero aliquis ſacerdos debet bis celebrare in vno die: tūc ad primam miſſam non debet percipere ablutionē vllam: ſed ponere in ſacrario vel in vaſe mundo vſq̄ in finem alterius miſſe: et tunc ſumatur vtraq̄ ablutio. Poſt primā ablutionem dicitur hec oratio.

Quod ore ſumpſimus domine pura mente capiamus ⁊ de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum. Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuſo a ſubdiacono: quo hauſto ſequatur oratio. Or.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celeſtis

remedij faciat eſſe conſortes. Poſt perceptionem ablutionum ponat ſacerdos calicem ſuper patenā: vt ſi quid remanſerit in calice ſtillet: et poſt ea inclinando ſe dicat orationem ſequentem.

Adoremus crucis ſignaculum per quod ſalutis ſumpſimus ſacramentum.

Deinde lauet manus: dyaconus interim corporalia complicet. Ablutis manibus et redeunte ſacerdote ad dextrum cornu altaris: dyaconus calicem porrigat ori ſacerdotis ſi quid infuſionis in eo remanſerit reſumendum. Poſtea vero dicat cum ſuis miniſtris communionem. Deinde facto ſigno crucis in facie: vertat ſe ſacerdos ad populum: eleuatiſq; aliquantulum brachijs et iunctis manibus dicat. **Dominus vobiſcum.** Reſponſorium. **Et cum ſpiritu tuo.** Et iterum reuertens ſe ad altare dicat. **Oremus.** Deinde dicat poſtcommunionem iuxta numerum et ordinem antedictarū orationum ante epyſtolam. Finita vltima poſtcommunione: factoq; ſigno crucis in fronte: iterū vertat ſe ſacerdos ad populum et dicat. **Dominus vobiſcum.** Reſponſorium. **Et cum ſpiritu tuo.** Deinde dyaconus. **Benedicamus domino.** Alio vero tempore dicitur. **Ite miſſa eſt.** Quotienſcunq; enim dicitur **Ite miſſa eſt.** ſemper dicitur ad populum conuertendo. Et cum dici debeat **Benedicamus domino.** vel **Requieſcant in pace.** conuertendo ad altare dicitur. **Benedicamus dominō.**




Benedica mus
domino.
Be nedica mus
domi no.
Bene dicamus do
mino.
Benedica mus
domi no.
Benedica mus domino.

¶ In feſtis.iij.lec. dicitur unus iſtoꝝ cantuū: quandocunqꝫ dicitur in fine miſſe. Ite miſſa eſt.


Ite miſſa eſt
Ite miſſa eſt
I te miſ-
ſa eſt.
Ite miſſa eſt

¶ In vigil. paſche ꝛ pēthecoſtes dicatur hic cantus. Ite miſſa eſt.


Ite
miſſa eſt

¶ Notādū eſt ꝙ quandocunqꝫ cātus iſtorum ſequentium: dicitur ſuper Kyrie eleyſon. Idem etiam cātus ſequatur ſup Ite miſſa eſt. Pro diſpoſicione dyaconi. [illegible]


Ite Deus creator.
missa est
Ite Kyrie rex genitor.
missa est
Ite Kyrie fons bonitatis.
missa est
Ite Kyrie omnipotens.
missa est.
Ite Kyrie rex splendens.
missa est
Ite Lux et origo.
missa est
Ite
missa est
Ite Conditor.
missa est.



Ite … Orbis factor.



miſſa eſt.

In oībus ferijs per annū et in vigilijs quattuor temporū exceptis vigilijs paſche et pēthe. et in ebdo. penthe. dicatur ꝓ imiſſa Salus populi. De cruce et in omnibus feſtis. iij. lectionum ſine. Te deū laudamus. in quibus dicitur noctur. dicatur hic cantus.



Bene di ca mus domino.

In omnibus miſſis pro defunctis dicitur hic cantus.



Requieſcant in pace. Amen.

His dictis ſacerdos inclinato corpore iunctiſqȝ manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem. Oratio.

Placeat tibi ſancta trinitas obſequium ſeruitutis mee et preſta: vt hoc ſacrificium qd oculis tue maieſtatis indignus obtuli tibi ſit acceptabile michiqȝ et oībus ꝓ quibus illud obtuli ſit te miſerante ꝓpiciabile. Qui viuis et regnas de⁹. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē. Qua finita erigat ſe ſacerdos ſignās ſe in facie ſua dicēs. In noīe patris. ⁊c. Et ſic inclinatione facta eo ordine quo prius acceſſerūt ad altare in principio miſſe ſic induti cū ceroferarijs et ceteris miniſtris redeant. Et ſtatim poſt. Deo grās. incipiat in choro hora nona quū poſt miſſā dicit᷑. Sacerdos vero in redeundo dicat euāgeliū. In principio erat verbum. Cū vero ſacerdos exuerit caſulā ⁊ alia indumenta ſacerdotalia: dicat pſalmos ſubſcriptos cum. An. Triū puerorū. Ps. Benedicite ſacerdotes. vſqȝ ad finē cātici. Ps. Laudate dñm in ſctīs ei⁹: laudate eum in firmamento virtutis eius. totus pſalmus. Nunc dimittis ſeruum tuum dñe: ſcdm verbū tuum in pace. cum. Gloria patri et filio ⁊ ſpi. et Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum amen. Deinde dicitur tota. An. Trium puerorū cantemus hymnū: quē cantabant in camino ignis benedicentes dñm. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſō Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem et filium cum ſancto ſpiritu. Laudemus et ſuperexaltemus eum in ſecula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicat et cuſtodiat nos trinitas ſancta. Amē. Non intres i iudiciū cū ſeruo tuo dñe. Quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo oīs viuens. Domine deus virtutum conuerte nos. Et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniū concede ꝓpici⁹: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros et cor noſtrum dñe: vt tibi caſto corpore ſeruiamus ⁊ mūdo corde placeam⁹. Per.

Actiones noſtras queſumus domine aſpirãdo preueni et adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra operatio a te ſẽper incipiat: et per te cepta finiatur. Et finiantur hec tres orationes ſic Per chriſtum dominũ noſtrum. Amen. Et ſciendum eſt ꝙ in omni miſſa quando de feria dicitur: fiat proſtratio a toto choro ſtatim poſt. Sanctus. vſq; Pax domini. per totum annum niſi a paſcha vſq; Deus omniũ ¶ Notandum eſt ꝙ a. Domine ne in ira. vſq; ad cenam domini: et a. Deus omnium. vſq; ad vigiliam natiuitatis domini dicũtur iſte preces ſequẽtes ad miſſã tantum in ferijs et feſtis trium lectionum ſine regimine chori: et in octa. et infra quando chorus non regitur. Et dicuntur poſt Per omnia ſecula ſeculorum. et Pater noſter. inter. Per oia ſecla ſeculorum. et Pax dñi. ſacerdote ſic dicente. Per omnia ſecula ſeculorum. et choro reſpondente: Amen. Statim incipiat chorus pces in pſtratione hoc modo. Ps.

Deus venerũt gentes in hereditatem tuã: polluerunt templum ſanctũ tuũ: poſuerunt hieruſalẽ in pomorũ cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilib⁹ celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre.

Effuderunt ſanguinem eorum tanq̃ aquam in circuitu hieruſalem: et non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannatio et illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

Vſquequo dñe iraſcaris ĩ finẽ: accendetur velut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te nõ nouerũt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt iacob et locũ eius deſolauerunt.

Ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordie tue quia pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpter gloriã noĩs tui dñe libera nos: et ꝓpicius eſto pctis noſtris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus vbi eſt deus eorum: et innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.

Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt: introeat in cõſpectu tuo gemitus compeditorum.

Secundũ magnitudinem brachij tui: poſſide filios mortificatorũ.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autẽ populus tu⁹ et oues paſcue tue: cõfitebimur tibi ĩ ſeculũ.

In generatione et generationẽ: annunciabimus laudem tuam.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſctõ.

Sicut erat in principio et nũc et ſẽper: et in ſecula ſeculorum. Amen.

Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et miſereatur noſtri.

Vt cognoſcam⁹ in terra viã tuã in oĩbus gentibus ſalutare tuum

Confiteãtur tibi populi deus: cõfiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes: quoniã iudicas populos in equitate et gẽtes in terra dirigis

Confiteantur tibi populi deus confiteãtur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuũ.

Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre.

Glia patri et filio et ſpiritui ſcō

Sicut erat in principio et nūc et ſemper: et in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Domine in virtute tua letabitur rex et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer

Deſiderium cordis eius tribuiſti ei et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniā preueniſti eū in benedictionibꝰ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide p̄cioſo

Uitam petijt a te et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum: et in ſeculum ſeculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eū

Quoniam dabis eum in benedictionē in ſeculum ſeculi: letificabis eū in gaudio cū vultu tuo.

Quoniam rex ſperat in domino: et in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira ſua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis

Fructum eorum de terra perdes et ſemen eorum a filijs hominū.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia que non potuerunt ſtabilire

Quoniā pones eos dorſū: in reliquijs tuis preparabis vultū eoꝝ.

Exaltare dn̄e in virtute tua: cātabimus ⁊ pſalemꝰ virtutes tua.

Glia patri et filio et ſpiritui ſcō

Sicut erat in principio et nūc et ſemper: et in ſecula ſeculoꝝ. Amē

Rn Tua eſt potentia, tuum regnum domine tu es ſuper omnes gētes da pacem dn̄e in diebus noſtris. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et hec omnia dicuntur ſine nota tam a clericis in choro ꝙ a ſacerdote cum ſuis miniſtris. Deinde dicat ſacerdos cum nota Et ne nos. Sed libera. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Non nobis dn̄e non nobis Sed nomini tuo da gloriam. Oremꝰ pro afflictis et captiuis. Libera deus iſrael ex omnibus tribulationibꝰ eorum. Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Eſto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine ſaluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui admirabili prouidentia cuncta diſponis: te ſuppliciter exoramꝰ vt terrā quā vnigenitꝰ filius tuꝰ ꝓprio ſāguine cōſecrauit de manibus inimicorū crucis xp̄i eripiēs reſtituas cultui xp̄iano vota fideliū ad eius liberationē inſtantiū miſericorditer dirigendo in viā pacis eterne

Hanc quesumus domine famulū tuū pontificē noſtrū et intercedente btā dei genitrice ſēperqꝫ virgine maria cū oībus ſctis tuis grē tue i eo dona multiplica: vt ab oībꝰ liberetē offenſis ⁊ tp̄alibꝰ nō deſtituatē auxilijs: ⁊ ſēpiternis gaudeat inſtitutis. Per.

Da quesumus omnipotens deus famulo tuo regi noſtro ſalutem mentis et corporis:

de bonis operibus inherendo tue ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per chriſtū dñm Sequatur. Pax dñi ſit ſemp. &c.

Incipiūt cautele ſeruāde quid agendum ſit circa defectus vel caſus qui oriri poſſunt in miſſa et preſertim circa conſecrationem euchariſtie. Primo quid ſit agendum cum ſacerdos deficit.

Si ſacerdos deficiat ſiue moriatur ante canonem non eſt neceſſe vt alius miſſam compleat. Si tamen alius vult celebrare: debet ab initio miſſam reincipere: et totum rite peragere.

Si autē in canone deficiat: factis iā aliquibus ſignis: tamen ante trāſſubſtantiationē et cōſecrationem ſacramenti: tunc alius ſacerdos ab illo loco vbi ille dimiſit debet reincipere: et tantum illud ſupplere quod obmiſſum eſt.

Si autem ſacerdos in actu conſecrationis deficiat: verbis aliquibus iam in parte prolatis ſed in toto non completis: ſecundum innocentium: alius ſacerdos debet incipere ab illo loco Qui pridie ꝙ pateretur.

Si tamen ſacerdos deficiat cōſecrato corpore ſed non ſanguine alius ſacerdos compleat cōſecrationē ſanguinis: incipiens ab illo loco. Simili modo. Si conſecrato corpore percipiat vinum non eſſe in calice: debet hoſtia munde reponi in corporali: et calice rite preparato incipiat ab illo loco. Simili modo.

Si ante cōſecrationē ſanguinis percipiat aquā non eſſe in calice: debet ſtatim apponere et cōficere

Si autem poſt conſecrationem ſanguinis percipiat. ꝙ aqua deſit in calice debet nichilominꝰ procedere: nec debet miſcere aquam cum ſanguine: quia pro parte ſequeretur corruptio ſacramenti: debet tamē ſacerdos dolere & puniri.

Si poſt conſecrationem ſanguinis percipiat ꝙ vinū non fuerit poſitū: ſed aqua tantū in calice: ſiquidē hoc percipit ante ſūptionē corporis / debet aquam deponere & imponere vinū cum aqua et reſumere conſecrationem ſanguinis ab illo loco. Simili modo

Si percipiat hoc poſt ſumptionem corporis debet apponere de nouo aliam hoſtiam iterum cū ſanguine conſecrandam. ſecundum doctores in ſacra pagina: debet autem reſumere verba cōſecrationis ab illo loco. Qui pridie: in fine autem iterum debet ſumere hoſtiam illam vltimo cōſecratam: non obſtante ſi prius ſumpſit aquam et etiam illum ſāguinem. Innocentius tamen dicit ꝙ ſi ex plōgatione ſacerdos timet ſcandalum ꝙ ſufficiunt tantum illa verba per que conſecratur ſanguis ſcilicet. Simili modo: et ſic ſumere ſanguinem.

Quid autem faciet cum aquam ſumpto corpore iam habet in ore et iam primo ſentit ꝙ ſit aqua: vtrum debeat eam deglutire: vel emittere. Require in ſūma hoſti. in titu. de cele. miſſa. Tutiꝰ tamē eſt eā deglutire quam emittere et hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

Item ſi ſacerdos poſt conſecrationem recordetur ſe non eſſe ieiunum vel commiſiſſe aliquod peccatum vel eſſe excommunicatū: debet nichilominus ꝓcedere.

cum propoſito ſatiſfaciendi et abſolutionem impetrandi.

Si autem ante cõſecrationem recordetur predictorum tutius eſt miſſam inceptam deſerere. et abſolutionem petere: niſi inde graue ſcandalum oriatur.

Item ſi muſca vel aranea vel aliquid talium ante conſecrationẽ in calicem ceciderit vel etiam venenũ immiſſum fore deprehenderit: vinum debet effundi quod eſt in calice et abluto calice aliud vinum cum aqua poni ad conſecrandum. Sed ſi aliquod horum poſt conſecrationem acciderit debet muſca vel aranea vel aliquid talium caute capi ⁊ diligenter inter digitos pluries lauari: ⁊ vermis comburi. et ablutio cum cineribꝰ combuſtis in ſacrario reponi.

Venenum autem nullo modo debet ſumi ſed cum reliquijs debet ſanguis talis cui venenum eſt immiſſum in vaſculo mundo conſeruari. Et ne ſacramentum maneat imperfectum: debet calicem denuo rite preparare et reſumere conſecrationem ſanguinis ab iſto loco. Simili modo. Et nota ꝙ ſecundũ doctores nichil abominabile ſumi debet occaſione huius ſacramenti.

Item ſi ſacerdos non recolit ſe dixiſſe aliquod horum que debuit dicere: non debet mente turbari: non enim qui multa dicit ſemper recolit que dixit. Etiam ſi ſibi pro certo conſtat: ꝙ aliqua obmiſerit ſi talia non ſunt de neceſſitate ſacramẽti. ſicut ſũt ſecrete vel aliqua ỽba canonis ultra procedat nec aliquid reſumat.

Si tamen probabiliter ſibi conſtat ꝙ obmiſit aliquid: quod ſit de neceſſitate ſacramẽti ſicut forma verborum per quam conſecratur: omnia verba conſecrationis ſuper ſuam materiam reſumere debet quia conſecratio facta non eſſet: quod tamen non oportet ſi pretermiſſa eſſet Cõiũctio enĩ vel alia verba ꝗ precedũt vel ſequunt̃ formã nõ ſũt de ipſius ſubſtãtia.

Si autem ſacerdos dubitaret an aliquod verbum pertinens ad ſubſtãtiam forme obmiſiſſet vel non nullatenus debet ſeruare formam conditionalem: ſed ſine temeraria aſſertione formam totã ſuꝑ ſuã propriã materiam debet reſumere: cum hac intentione ꝙ ſi cõſecratio eſſet facta nullo modo voluiſſet conſecraſſe ſed ſi conſecratio non eſſet facta vellet corpus et ſanguinem cõſecrare.

Item ſi quis tempore conſecrationis ab actuali intentione ⁊ deuotione diſtractus fuerit: nichilominus conſecrat dummodo intencio habitualis in eo remanſerit: ſummo ſacerdote ſcilicet chriſto ſupplente eius defectum.

Si autem per nimiam diſtractionem habitualis intẽtio cũ actuali tolleretur videt̃ ꝙ deberet verba conſecrationis cum actuali intentione reſumere ſic tamẽ ꝙ nollet cõſecrare ſi ꝯſecratio fctã eſſet

Item ſi hoſtia conſecrata propter frigus vel alia de cauſa labitur ſacerdoti in calicem ſiue ante diuiſionem hoſtie ſiue poſt nõ debet eam de ſanguine extrahere nec aliquid propter hoc reiterare vel immutare circa celebrationem ſacramenti: ſed procedat in ſignis et in alijs ac ſi haberet eam in manibus.

Si euchariſtia ad terram ceciderit: locus vbi iacuit radatur et incineretur per ignem et cinis iuxta altare recondatur.

Item ſi per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit ſuper tabulam que terre adheret: ſtilla per ſacerdotem cum lingua lambatur et locus tabule radatur et raſura igni comburatur et cinis iuxta altare cum reliquijs recondatur et quadꝛaginta diebꝰ peniteat cui hoc accidit.

Si vero ſuper altare ſtillauerit calix: ſoꝛbeatur ſtilla et tribus diebus peniteat.

Si vero ſuper lintheū ⁊ ad aliud ſtilla peruenerit quattuoꝛ diebꝰ peniteat. Si vſqꝫ ad tercium: nouem diebus peniteat. Si vſqꝫ ad quartum ſtilla ſanguinis peruenerit viginti diebus peniteat et lintheamina que ſtilla tetigerit tribus vicibus lauet ſacerdos vel dyaconus calice ſuppoſito: et ablutio cum reliquijs recondatur.

Item ſi quis aliquo caſu gule euchariſtiā euomuerit vomitus ille debet incinerari et cyneres iuxta altare debent recondi. Et ſi fuerit clericus monachus/pꝛeſbiter/ vel dyaconus quadꝛaginta diebus peniteat. epyſcopus. ſeptuaginta laicus triginta. Si vero ex infirmitate euomuerit quinqꝫ diebus peniteat.

Qui vero non bene cuſtodit ſacramentum. ita ꝙ mus vel aliud animal comederit quadꝛaginta diebus peniteat. Qui autē perdiderit illud vel pars eius ceciderit et non fuerit inuenta triginta diebus peniteat. Eadem penitentia videtur dignus ſacerdos per cuius negligentiam putreſcunt hoſtie conſecrate. Dictis autem diebus penitens debet ieiunare et a communione et a celebꝛatione abſtinere. Penſatis tamen circumſtantijs delicti et perſone poteſt minui vel augeri penitentia pꝛedicta ſecundum arbitrium diſcreti confeſſoris. Hoc tamen tenendum eſt ꝙ vbicunqꝫ inuenientur ſpecies ſacramenti integre: reuerenter ſumende ſunt: quod ſi ſine periculo fieri non poteſt ſunt tamen pꝛo reliquijs reſeruande.

Item ſi hoſtia vel pars hoſtie inuenta fuerit ſub palla vel coꝛpoꝛali et dubitatur ſi eſt conſecrata vel non: debet eam poſt ſumptionem ſanguinis reuerenter ſumere vt in titulo celebꝛatione miſſarum plenius inuenies.

Item circa materiam ſanguinis vide ne ſit aggreſta vel vinum ita debile ꝙ nullo modo habeat ſpeciem vini. Ne ſit aqua rubea expꝛeſſa de panno intincto in vino rubeo. Ne ſit acetū vel vinum omnino coꝛruptum: ne ſit claretum vel vinum de moris aut malogranatis cōfectum qꝫ verā ſpeciē vini non retinent.

Conficiens cum vino quod eſt in via coꝛruptionis vel ad coꝛruptionem: grauiſſime peccat licet conficiat: quoniam non retinet ſpeciem vini.

Item cauendum eſt ne apponatur niſi modicum de aqua: quia ſi tantum poneretur ꝙ ſpeciem vini tolleret: non conficeretur.

Item ſi qua hic: deſunt: requirātur in ſumma et lectura hoſti. in titulo de celebꝛatione miſſaꝝ

Primo ante miſſam habenda ſūt tria. Intentionis diſcuſſio. Generalis ꝯtritio. Et pura cōfeſſio.

Intentionis diſcuſſio.

Ne propter vanā gloriā celebret
Ne propter verecūdiam celebret.
Ne ꝓpter alicuiꝰ ꝑſone fauorē.c
Ne propter lucrū tp̄ale celebret.
Ne propter conſuetudinē celebret

Generalis contritio.

De omiſſis bonis q̄ facere debuit
Et de cōmiſſis corde verbo et ope

Pura confeſſio.

Notabilium criminum notorum et ignotorum.

¶ In miſſa ſit. Diligēs circa locū id eſt vt recipere poſſit vtrūq̄
Diligentior circa calicē ne ſit fractus vel reparatus.
Diligentiſſimus circa materiam ne hoſtia ſit corrupta / vinū acetoſum / aut deſit aqua.

¶ In canone ſit diligentia.
Magna in ſignis: vt humiliter faciat. Maior in verbis: vt veraciter dicat. Maxima in intentione vt firma fide cōſecrare intendat.

¶ In ꝯſecratiōe habeat Diligētiā ad conficiendū corpus chriſti
Reuerētiā: ad tāgendū corpꝰ xp̄i
Deuotionē: ad ſumēdū corpꝰ xp̄i

¶ In tangēdo corpꝰ xp̄i ſit reuerentia. Magna: ꝓpter cōtinentiā tam excellentis corporis chriſti.
Maior: propter continentiam tam excellentis anime chriſti.
Maxima: propter continentiam tam excellentis diuinitatis xp̄i.

¶ Quid in ꝯſecratō intēdit facē
Deum per lachrymas colere.
Mortem chriſti memorare.
Totam eccleſiam adiuuare

¶ Quid i ꝯſecratō itēdit ꝯſequi.
Augmentum dilectionis.
Inſeparabilitatem vnionis
Accelerationem fruitionis

¶ Sit humilis oratio in primo et in ſecundo memento.
Ne tā indignꝰ miniſter indigne recipiat tā digniſſimū myſteriū.
Ne tā indeuotꝰ preſbyter tā iuſtiſſimū iudicē flectat in ſuū iudiciū
Ne tam immundus hoſpes tam excellentiſſimum hoſpitem a ſe repellat fetore criminum
Et vt eum dn̄s piiſſimus participem faciat electorum ſacerdotum

¶ In primo memento pro ſe et pro viuis oret.
Vt ſint participes tāti myſterij.
Auditores habiles miſſarū officij
Contēptores humiles vanitatū mūdi. Satiſfactores ſtabiles defectus proprij. Et ſectatores vigiles diuini beneficij.

¶ In ſcdo memēto pro defunctis
Vt per ſuauiſſimū myſteriū: habeant continuū ſubſidiū. Vt per preces eccleſie fidelium habeant ſuaue a penis refrigeriū. Vt per hoc nr̄m diuinū viaticū habeāt ſecurū reditū ad ſctōꝝ conſortiū.

¶ Poſt miſſā ſit ſūma grāꝝ actio
De tanto pane ſuauiſſimo angelorū: creator ccreaturarū recepto
De tanto cibo perpetuo oīm ſanctoꝝ: creatore creaturaꝝ recepto
De tāto viatico ꝓficuo xp̄i electorū: creatore creaturarū recepto.

Bernardus dicit

O ſacerdos corpus tuū quotidie efficitur ſepulchrum chriſti
Quomodo ex ore tuo ꝓgredit̄ falſitas per qd̄ ingreditur veritas?
Quomodo oculi tui vident vanitatē: q̄ q̄tidie aſpiciūt veritatē?
Quomodo manꝰ tue extendūtur ad illicita: que tenēt tenentē oīa?
Quomodo te reples ⁊ īgurgitas vino: qui debes eſſe plenus deo?

¶ Oratio dicenda ante miſſam.

Deus ꝗ de indignis dignos / de peccatorib⁹ iuſtos / de immūdis mūdos facis: mūda cor et corpus meū ab oī cōtagione et ſorde pctī et fac me dignū altarib⁹ tuis miniſtrū: et cōcede ꝓpicius vt ī hoc altari ad quod indign⁹ accedo hoſtias acceptabiles offerā pietati tue ꝓ pctīs ⁊ offenſionibus meis: et īnumeris quotidianis exceſſibus: et pro oībus hic circumſtātibus vniuerſiſq; michi familiaritate et affinitate cōiunctis / atq; me odio aliquo inſectantibus et aduerſantibus: cūctiſq; fidelibus chriſtianis viuis ⁊ mortuis / et ꝑ eū ſit tibi meū votū atq; ſacrificiū acceptabile: qui ſe tibi deo patri obtulit in ſacrificiū ieſus chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpūſſancti deus. Per oīa ſecla ſeculoꝝ. Amen. ¶ Oratio dicenda poſt celebrationē miſſe.

Gratias ago tibi dulciſſime domine ieſu chriſte lux vera: ſalus credentium: ſolatium triſtium ſpeſq; cunctorum: gaudium angeloꝝ ꝗ me miſerum et magnum peccatorem famulū tuum hodie ſacratiſſimo corpore et ſanguine tuo paſcere dignatus es. Ideo ego miſerrimus et innumerabilibus criminibus infectus lachrymoſis precibus imploro benigniſſimam miſericordiam tuā et ſummam clementiam: vt hec dulciſſima refectio ſumma et incomprehenſibilis communio nō ſit michi in iudicium anime mee ſed proſit michi in remedium ad euacuandas omnes inſidias ⁊ nequicias dyabolice fraudis: ita vt nulla eius dominetur iniquitas in corde / corpore / aīa / et ſenſibus meis: ſed tua clementia me ꝓducat ad ſuperna cōuiuia angeloꝝ: vbi tu es vera beatitudo claritas: ſempiterna leticia. Amē. Deo gras.

¶ Bñdictio agni paſchalis ouorum et herbarum in die paſche.

Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio

Deus celi terreq; dominator qui das eſcā omni carni et reples omne animal bene ✠ dictione bene ✠ dic et ſancti ✠ fica hanc creaturam agni paſchalis et nobis dona tua ſumētibus aīe ⁊ corporis ſanitatē cōcede. Per chriſtū dñm noſtrum. Amen

Deus qui vniuerſe carnis es conditor qui noe et filiis ſuis de mundis et immundis animabus precepta dediſti: quiq; ſicut oua et olera herbarum humano generi / et quadrupedia munda edere permiſiſti: et ꝗ agnū paſchalē in egypto moyſi et populo tuo in vigilia paſche comedere ꝑcepiſti / in figura agni domini noſtri ieſu chriſti: cuius ſanguine omnia primogenita tibi de mundo redemiſti / et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepiſti / ſeruans populum agni ſanguine preuntatum. Dignare domine deus omnipotens benedi ✠ cere ⁊ ſancti ✠ ficare hunc agnum paſchalem: vt quicunq; et populo tuo fideliter de illo comederit: omni benedictione celeſti et gratia tua ſaturitati repleantur in bonitate. Per quem hec omnia domine cōdita ſunt / et ab initio creata ſaluator mūdi. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecla ſeculoꝝ. Amen. Deinde diſpergātur oīa aqua benedicta / et thurificentur a ſacerdote

¶ In vigilia ſancti andree apoſtoli. Ad miſſam. Officium.

Dominus ſecus mare galilee vidit duos fratres petrum et andreā ꝛ vocauit eos: venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hoīum. ps. Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Oratio.

Queſumus oīps deus: vt beatus andreas apoſtolꝰ/tuū ꝓ nobis imploret auxiliū: vt a noſtris reatibus abſoluti: a cunctis etiā periculis eruamur. Per dominū.

Memoria fiat de martyribus ſi ante aduentū hec vigilia contigerit/ſi infra nequaq̄. Oratio.

Deus qui nos beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ ſaturnini atq; ſiſinnij ꝯcedis natalicijs perfrui: eoꝝ nos tribue meritis adiuuari. Per do. Epl'a. Benedictio dn̄i In eccl'i. xliiij. Gr. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus eſt principatus eoꝝ. V. Dinumerabo eos et ſuper arenā multiplicabuntur.

Si hec vigilia in dn̄ica euenerit dicit̄ ſequēs Allā. V. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Et dicat̄ miſſa in capitulo: et hoc in oībus miſſis ꝑpis de vigilia q̄ in dn̄ica contigerint obſeruetur: niſi in vigilia natiuitatis dn̄i tm̄. Scd̄m iohēm. i. c.

In illo tēpore Stabat iohānes: et ex diſcipulis eiꝰ duo. Et reſpiciens ieſū ambulantē: dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eū duo diſcipuli loquentē: ꝛ ſecuti ſunt ieſū. Conuerſus aūt ieſus/ et videns eos ſequentes ſe: dixit eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi: quod dicit̄ interpretatū magiſter. Ubi habitas? Dicit eis. Uenite et videte. Uenerūt ꝛ viderunt vbi maneret: et apud illū manſerūt die illo. Hora aūt erat quaſi decima. Erat aūt andreas frater ſymonis petri vnꝰ ex duobꝰ q̄ audierāt a iohē: et ſecuti fuerāt eū. Inuenit hic primū fratrē ſuū ſymonē: ꝛ dixit ei. Inuenimus meſſiā: qd̄ eſt interpretatū xp̄s. Et adduxit eū ad ieſū. Intuitꝰ aūt eū ieſus: dixit. Tu es ſymon filius iohāna: tu vocaberis cephas/qd̄ interpretat̄ petrꝰ. In craſtinū autē voluit exire in galileā: et īuenit philippū. Et dixit ei ieſus. Seq̄re me. Erat aūt philippꝰ: a bethſaida ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanael: et dicit ei. Quem ſcripſit moyſes in lege et ꝓphete: inuenimꝰ ieſū filiū ioſeph a nazareth. Et dicit ei nathanael. A nazareth poteſt aliq̄d boni eſſe. Dicit ei philippus. Ueni ꝛ vide. Uidit ieſus nathanael venientē ad ſe: et dixit de eo. Ecce vere iſraelita: in quo dolus non eſt. Dicit ei nathanael. Unde me noſti? Reſpondit ieſus: et dixit ei. Priuſq̄ te philippus vocaret cū eſſes ſub ficu: vidi te. Reſpondit ei nathanael: et ait. Rabbi/tu es filiꝰ dei: tu es rex iſrael. Rn̄dit ieſus: ꝛ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te ſub ficu credis: maius his videbis. Et dicit eis. Amen amē dico vobis: videbitis celū apertū et angelos dei aſcendētes et deſcendētes: ſupra filiū hoīs. Offī. Gloria et honore coronaſti eum: ꝛ conſtituiſti eū ſuper opera manuū tuarū dn̄e. Secret.

Sacrandū tibi dñe mun⁹ offerim⁹: quo bti andree apſti tui ſolēnia ieiunijs et deuotꝭ officijs recolētes: purificationē q̄ꝫ nr̄is mētib⁹ implozam⁹. P. Alia ſec.

Oblatū tibi dñe mun⁹ p̄ beatorū martyꝝ tuoꝝ ſaturnini atq̄ ſiſinnij paſſione ꝓpicius aſſume: qđ eoꝝ interceſſione maieſtati tue fiat acceptū. P. Prefatio quotid. Cōio. Dixit andreas ſymoni fratri ſuo: inuenim⁹ meſſiā qui dicit xp̄s: et adduxit eū ad ieſū. P⁹ cō.

Perceptis ſalutarib⁹ ſacramentis humiliter te dñe deprecamur: vt intercedēte beato andrea apl'o tuo q̄ pro illius veneranda egimus ſolemnitate/nobis ꝑficiant ad ſalutē. P. Alia poſtcō.

Ut hec cōio nos dñe tua viſitatōe dignos efficiat: vbi ſaturnini martyris tui ſocioꝝqꝫ ei⁹: pia q̄s interceſſio ſēp imploret. P.

¶ In die ſcti andree apſi. Offīm.

Michi autem nimis honorati ſunt amici tui de⁹: nimis cōfortatus eſt principatus eoꝝ. ꝑ. Dñe probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā et reſurrectionē meā. Glozia patri. Si extra aduentū cōtigerit/dicitur Glozia in excelſ. ſi vero infra/non dicit. ſed poſt or. de ſcō fiat mēo. de aduē. ꝫ de ſ. maria. ꝫ hoc in oib⁹ feſtis ſctoꝝ q̄ infra aduētū cōtigerint obſeruet. Oro.

Maieſtatē tuā dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſie tue beatus andreas apoſtol⁹ extitit predicator et rector: ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dñm. Ad romanos. x.

Fratres Corde creditur ad iuſticiā: ore autē confeſſio fit ad ſalutē. Dicit enim ſcriptura. Oīs qui credit in illū: non cōfundetur. Non eni eſt diſtinctio iudei ꝫ greci. Nam idē dñs oīm: diues in oēs qui inuocant illū. Oīs eni quicūqꝫ inuocauerit nomen dñi: ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabūt: in quē nō crediderunt? Aut quō credēt ei: quē nō audierunt? Quō aūt audient: ſine predicante? Quō vero predicabunt: niſi mittātur? Sicut ſcriptum eſt. Quā ſpecioſi pedes euāgelizantiū pacē: euangelizantiū bona. Sed non oēs obediūt euāgelio? yſaias autē dicit: Dñe: qs credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbū xp̄i. Sed dico. Nunqđ non audierūt? Et quidē in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines orbis terre/verba eoꝝ. Gr. Conſtitues eos principes ſup oēm terrā: memores erūt nois tui dñe. V. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi ꝯfitebunt tibi. Allā. V. Dilexit andreā dñs in odorē ſuauitatis. Seq̄.

Sacroſancta hodierne feſtiuitatis preconia. Digna laude vniuerſa cathegorizet eccleſia. Mitiſſimi ſanctoꝝ ſanctiſſima extollendo merita. Apoſtoli andree admirando prefulgētis gratia. Hic accepto a iohāne baptiſta. Qr veniſſet qui tolleret peccata. Mox eius intrans habitacula audiebat eloquia Jnuētoqꝫ fratre ſuo bariona. Jnuenimus ait ouans meſſyā Et duxit eū ad dulciſſimā ſaluatoris preſentiam. Hunc perſcrutātē maria xp̄i vocauit clementia. Artem piſcandi cōmutans dignitate apoſtolica. Hui⁹ animā poſt clara feſti paſchalis tēpora. Sancti ſpūs pre clara pluſtrauit potẽtia. Ad predicandum populis penitentiam Et dei patris per filium clementiam. Gratulare ergo tãto patre achaia. Illuſtrata eius ſalutari doctrina. Honorata multimoda ſignorũ frequentia. Et tu gemẽs plora trux carnifex egea. Te luges inferna et mors tenet eterna. Et andreã felicia per crucẽ manent gaudia. Iam regẽ tuum ſpectas iam adoras iam in eius conſpectu andrea ſtas. Odorẽ ſuauitatis iã aſpiras quẽ diuini amoris aroma dat. Sis ergo nobis inclita. Dulcedo ſpirans intima Celeſtis vite balſama. ¶ Sciendũ eſt ꝙ in oĩbus feſtis .ix. lec. vel triũ lec. cũ regimĩe chori dicatur ſequẽtia ad miſſam: niſi in feſtis plurimorũ confeſſorũ/ et in feſto ſancti michaelis in monte tũba. In oct. vero et infra ſiue fuerint cũ regimĩe chori ſiue non/ ſequẽtia ad miſſã non dr̃: niſi per oct. et in oct. aſſũptionis et natiuitatis btẽ marie: ⁊ in dñica ĩfra oct. et in oct. dedicationis eccleſie: et in octa. apoſtolorũ petri et pauli.

¶ Secundum matheum. iiij. ca.

In illo tẽpore: Ambulãs ieſus iuxta mare galilee: vidit duos fratres/ ſymonẽ qui vocatur petrus/ et andreã fratrem eius mittentes rethe in mare. Erãt eñi piſcatores. Et ait illis. Venite poſt me: et faciã vos fieri piſcatores hominũ. At illi continuo relictis rethib⁹: ſecuti ſũt eum. Et procedẽs inde vidit alios duos fratres iacobũ zebedei/ et iohannẽ fratrẽ eius in naui cũ zebedeo patre eorũ reficientes rethia ſua: et vocauit eos. Illi autẽ ſtatim relictis rethibus ⁊ patre: ſecuti ſunt eum. Credo. Offer. Michi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Sacrificiũ noſtrũ tibi domine qs beati andree precatio ſancta conciliet: vt cuius honori ſolenniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptũ. Per d. Prefa. Et te dñe. Hec prefatio dicitur oĩbus feſtis apl'orũ et euangeliſtarũ: et per oct. apl'orũ petri et pauli atq; andree. preterꝗ̃ in feſto ſancti iohãnis apl'i in ebdo. nati. dñi. ĩ oct. vero eiuſdẽ dicet. et in feſto eiuſdẽ in paſchali tẽe. Cõio. Venite poſt me faciã vos fieri piſcatores hominũ: at illi relictis rethibus et naui ſecuti ſũt dominũ. Poſtcõmunio.

Sumpſimus dñe diuina miſteria beati andree feſtiuitate letantes: que ſicut tuis ſanctis ad gloriam/ ita nobis qs ad veniam prodeſſe perficias. Per.

¶ Per oct. dr̃ miſſa de ſctõ andrea ſicut in pma die: ſʒ ſine ſequẽ. ⁊ Credo. ⁊ niſi miſſa Salus ppl'i. ceſſat cãtanda/ ⁊ niſi ĩ ſab. qñ fit plenũ ſeruitiũ de ſcã maria. ⁊ niſi ĩfra aduẽtũ dñi. Infra aduẽtũ vo nichil fiet de eo ꝑter mẽo. vſq; ad oct. niſi dñica: tũc eñi de eo totũ fiat ſeruitiũ niſi ĩ ſab. vel ĩ dñica cõtigerit: etiã dr̃ miſſa de oct. in caplo. Qñ vo feſtũ ſci ãdree a dñica differt in ſcdam ferie. tũc ĩ ſequẽti dñica dicat miſ. de oct. in caplo cũ vna oõne. Sic qñ feſtũ ſci nicholai a dñica differt in ſcdaʒ fer. tũc in ipa ſcda fe. miſſa de oct. dr̃ in caplo ſimiliter cũ vna oõne. Eodẽ modo vna oratio tantũ dicitur ad miſſã que dicit in caplo in octab'. ſancti laurentij atq; ad miſſam de ſancta ſabina virgie.

¶ Scti osmūdi epi ⁊ ↄfes. Offm̄

Statuit ei dñs testamentum pacis: et principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Mias dñi in eternū cantabo. Or.

Omñps sempiterne deus qui nos beati osmūdi confessoris tui atq; pontificis hodierna festiuitate letificas tuā supplices exoramus clementiā: vt cuius solēnia deuotꝫ officijs veneramur: eius pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magn⁹. In cōi. fol. x. Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundū ordinem melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Allā. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dñm. Seq. Adest nobis. In cōi. fol. x. Euāgeliū. Hō quidā peregre. In cōi. fo. xi. Offr. Inueni dauid seruū meum: ⁊ in oleo sancto meo vnxi eū: man⁹ enim mea auxiliabitur et / et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Propiciare dñe q̄s supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis beato osmūdo confessore atq; pōtifice: his sacramentis celestibus seruientes: ab omi culpa liberos esse cōcede: vt purificante nos gratia tua eisdē quib⁹ famulamur mysterijs emūdemur. Per do. Cōio. Dñe quinq; talēta tradidisti michi ecce alia quinq; superlucrat⁹ sū: euge serue fidelis q: in pauca fuisti fidelis supra multa te ↄstituā intra in gaudiū dñi tui. Postcō.

Presta q̄s dñe deus noster: vt diuinis mysterijs expiati: intercedēte beato osmūdo confessore tuo atq; pontifice: ad superni plenitudinē sacramenti cu

sus libauimus sc̄ta tendam⁹. P
¶ Scti nicholai epi ⁊ ↄfes. Offi
Statuit. vt s. in primo. Orati
Deus qui beatū nicholau
pōtificē tuū innumeris de
corasti miraculis: tribue nobis
sumus: vt eius meritis ⁊ precib
a gehenne incendijs liberemur.
Per do. Epla. Ecce sacerdos ma
gnus. In cōi. fo. x. Gr. Dñe preue
nisti eū in benedictionibus dulcedini
posuisti in capite eius coronā de lapi
precioso. ℣. Vitā petijt et tribuisti ei
longitudinē dierū in seculū secli. Allā
℣. Justus germinabit sicut liliū ⁊ flo
rebit in eternū ante dñm. Sequētia
Congaudentes exultemus
vocali concordia. Ad beati
nicholai festiuā solēnia. Qui in
cunis adhuc iacens seruando ie
iunia. Ad papillas cepit sūma p
mereri gaudia. Adolescēs ample
xatur litterarū studia. Alienus
imunis ab omi lasciuia. Felix cō
fessor cui⁹ fuit dignitatis vox de
celo nūcia. Per quā prouect⁹ pre
sulatus sublimat ad sūma fasti
gia. Erat in eius aio pietas exi
mia / et oppressis ipendebat mul
ta beneficia. Auro per eum virgi
nū tollit infamia / atq; patris ea
rūdem leuat inopia. Quidā nau
te nauigantes et cōtra fluctuū se
uiciā luctātes naui pene dissolu
ta. Jam de vita desperātes in tan
to positi periculo clamātes voce
dicūt oēs vna. O beate nicholae
nos ad marꝫ portū trahe de mor
tis angustia. Trahe nos ad por
tum maris tu qui tot auxiliaris
pietatis gr̄a. Dū clamarent nec
incassū ecce quidaꝫ dicens assum
ad vestra presidia. Statim aura
datur grata et tempestas fit seda
ta quieuerunt maria. Ex ipsius

tumba manat vnctionis copia. Que infirmos oēs ſanat per eiꝰ ſuffragia. Nos qui ſumus in hoc mūdo viciorꝝ in ꝓfūdo tam paſſi naufragia. Glorioſe nicholae ad ſalutis portū trahe vbi par ⁊ gloria. Ipſam nobis vnctionē impetres a dn̄o ꝑce pia. Qua ſanauit leſiones multorum peccaminum in maria. Huius feſtū celebrātes gaudeāt per ſclā. Et coronet eos chriſtꝰ poſt vite pericula. Euāge. Hō qdā ꝑegre. in cōi ſo. xl. Offer. Ueritas mea et mīa mea cū ipſo ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eiꝰ. Secr.

Sanctifica qs dn̄e hec munera que in veneratione ſcti pontificis tui nicholai offerimꝰ: vt per ea vita noſtra inter aduerſa et ꝓſpera vbiqꝫ dirigatur. Per. Cōio. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcōmunio.

Sacrificia que ſūpſimus dn̄e pro ſolennitate ſcti pōtificis tui nicholai ſempiterna queſumus nos ꝓtectione confirment. Per dominum noſtrum ieſum.

¶ In octa. ſancti andree. Offi.

Michi autē nimis honorati ſūt amici tui deus nimis cōfortatꝰ eſt principatus eorum. ps. Domine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meam et reſurrectionem meā. Glia patri. Oratio.

Protegat nos qs dn̄e ſepiꝰ beati andree apoſtoli tui repetita ſolēnitas: vt cuiꝰ patrocinia pia deuotione recolimꝰ: perpetuā defenſionē ſentiamus. P. Epla Corde creditꝰ. vt in die fo. i Gr. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Vꝰ. Dinumerabo eos et ſup arenā multiplicabuntur. Allā. V. Dilexit andreā dn̄s in odorem ſuauitatis. Secundum marcum. i. ca.

IN illo t. Dixit ad zachariā āgel⁹ Ne timeas zacharia qm̄ exaudita eſt depcatio tua: ⁊ vxor tua helizabeth pariet tibi filiū: ⁊ vocabis nomē ei⁹ iohānē. Et dixit zacharias ad angelū. Vn̄ hoc ſciā? Ego ei ſū ſenex ⁊ vxor mea pceſſit i dieb⁹ ſuis. Et rñdēs āgel⁹ dixit ei. Ego ſū gabriel q̄ aſto āte deū/ ⁊ miſſ⁹ ſū loq̄ ad te/ ⁊ hec tibi euāgelizare. Et ecce eris tacēs ⁊ nō poterꝫ loq̄ vſq̄ in diē q̄ hec fiāt p eo q̄ nō credidiſti v̄bis meis q̄ iplēbunt i tp̄e ſuo. Et erat plebs expectās zachariā ⁊ mirabāt' q̄ tardaret ipe i tēplo. Egreſſus aūt nō poterat loqui ad illos. Et cognouerūt q̄ viſionē vidiſſet in tēplo. Et ipe erat inuēs illis: ⁊ pmāſit mut⁹. Et factū ē vt ipleti ſūt dies officij ei⁹ abijt i domū ſuā. Poſt hos aūt dies cōcepit helizabeth vxor ei⁹ ꝫ occultabat ſe mēſibus quinq; dicēs. Qr ſic fecit michi dn̄s in diebꝫ q̄bꝫ reſpexit auferre opprobriū meū iter hoīes. ¶ Si īfra oct. i ſab. vel i dn̄ica euenerit miſſa de oct. dr̄ in cap̄. ¶ In die viſitationis btē marie. Officium

Gaudeamus oēs in dn̄o diē feſtū celebrātes ſub honore marie virgīs: de cui⁹ viſitatiōe gaudēt āgeli ꝫ collaudāt filiū dei. ꝑ. Eructauit cor meū v̄bū bonū: dico ego opera mea regi. Or.

Deus q̄ ſacratiſſimā v̄ginē mariā vnigeniti tui matrē mutue ꝯſolationis grā beatā helizabeth viſitare feciſti: ꝯcede ꝓpici⁹ nobꝫ famłis tuis vt ex ei⁹ viſitatiōibꝫ aſſidue cōſolemur: et a cūctis aduerſitatibus tuo munimine ꝓtegamur. Per eūdē. Lectio libri ſapiētie canticorū. ij.

Ego flos cāpi ꝫ liliū ꝯualliū. Sicut liliū inter ſpinas ſic amica mea iter filias. Sicut mal⁹ iter ligna ſiluaꝝ ſic dilect⁹ me⁹ inter filios. Sub vmbra illi⁹ quē deſiderabā ſedi: et fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex i cellā vinariā: ordinauit in me caritatē. En dilect⁹ me⁹ loq̄tur michi. Surge ꝓpera amica mea colūba mea/ formoſa mea et veni. Iā eni hyēs trāſijt ymber abijt et receſſit. Flores appuerūt in terra nr̄a: tēp⁹ putatiōis aduenit. Vox turturis audita eſt i terra nr̄a. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos: vinee florētes odorē ſuū dederūt. Surge ꝓpera amica mea colūba mea: i foraminib⁹ petre in cauerna macerie. Oſtēde michi faciē tuā: ſonet vox tua i auribꝫ meis. Vox ei tua dulcis ē: facies tua decora. Gr. Bn̄dicta ꝫ venerabilis es v̄go maria q̄ ſine tactu pudoris iuēta es mr̄ ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quē tot⁹ nō capit orbis i tua ſe clauſit viſcera factus hō. Allā. ℣. Mat mirifica ſūma ꝑ grāꝝ dona multiplica ditās eccleſiā ſacris virtutibus tollēs diſſidiū ꝯfer petētibus tuum preſidiū. Sequētia.

Celebrem⁹ i hac die feſtū domus zacharie laudibꝫ letitie. Cōtēplemur ibi geſtū: et de feſto fiat feſtū iā dom⁹ eccl'e. Thema iā ſolēnitatꝫ copioſe caritatis grā recolit. Quā helizabeth vtā ſenectute fecūdata ſuſcepiſſe ſcribit. Vbis tot⁹ gratulet toto corde veneret dulcis viſitatio. Cōpaſſiui cordis benignitas excellīma ſtās ꝫ huilitas ſacra ꝯſolatio. In itroitu marie plē matrē ꝓphetie ſpūs illuminat. Cōfortata genitū roborata debitū felix pariēs termiat. Ergo feſti hāc auctricē lauda dei genitricē ſyō ex ꝯcordijs. Quicq̄d dicaſ de benigna min⁹ ē a laude digna debitꝫ ꝓconijs. Viſitatrix i mōtanis viſitatrix i his planis ſis matris eccleſie. Medicina xp̄iana q̄ nō valet vis humana fiat dono grāe. Bn̄dicta mulierū ſydus maris lumē verū meſtū ꝯſolare cleꝝ ppl'm irradia. Bn̄dicto vētris tui fructu dona nobꝫ frui ſicq; ſim⁹ ſy ſui i ꝑenni glīa. Euāge. Exurgēs maria. i adue. fo. vi. Offis. Aue maria grā plena dn̄s tecū bn̄dicta tu i mulieribꝫ et bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. Secr.

Eccleſie tue q̄s dn̄e oblationē ꝓpici⁹ ītuere et itercedēte glīoſa v̄gine dei genitrice maria vnitatꝫ ac pacis ſēper eidē dona cōcede. Per c. Prefa. Et te i viſitatiōe. Co. Btā viſcera marie v̄gis q̄ portauerūt eterni pr̄is filiū. Poſtcō.

DEus q̄ medīte btā vgine maria inīſto ſuccurriſti perdito: ipſi⁹ glīoſis meritꝫ et ꝓcib⁹ interuenientibꝫ cōcede placat⁹: vt ab eccl'ie tue regno oim ſcādaloꝝ ꝑturbatiōe remota: i tua ſēp pace tibi debite famuletur. Qui vi. Per octa. dicātur ſequētie: ſicut infra octauas aſſūptiōis eius ꝟ. In octab. die dicatur. Sequētia.

VEni mater grē fōs mīe miſeris remediū Veni lux eccleſie triſtibus leticie, tu infunde radium. Te reginā colimus tibi laudes canimus et affectu cordiū Que es in anguſtijs ⁊ i rebꝫ dubijs ſal⁹ ⁊ ſolatiū O ſtella ꝓfulgida: tu dira certamina marꝫ huius reprime. Symonis nauicula: filij tunicula ne ſcidat̄ ꝓhibe Portus nauigātiū ꝓces ſupplicātiū filioꝝ ſuſcipe. Cōſolare flebiles iuua puſillanimes et errātes corrige. Que deū hoībus ⁊ ima celeſtibus iungis o puerpera. Hereſes interime ſciſmata tu deſtrue firma pacis federa. Amē. ¶ Sāctoꝝ ꝓceſſi et martiniani mar. Offm.

IUdicāt ſcti gētes ⁊ dñant̄ ppl'is ⁊ regnabit do⁹ deus eoꝝ in ꝑpetuū. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Or.

DEus q̄ nos ſāctoꝝ martyꝝ tuoꝝ ꝓceſſi ⁊ martiniani ꝯfeſſionibꝫ glīoſis circūdas ⁊ ꝓtegis: da nobꝫ et eoꝝ imitatiōe ꝓficē ⁊ īterceſſiōe gaudē. P. Meō. de ſcō ſvvithuno. Or.

DEus q̄ hodiernā diē ſacratiſſimā nobis i btī ſvvithuni ꝯfeſſoris tui atq; pōtificis depoſitiōe celebrare ꝯcedis: adeſto ꝓpici⁹ eccl'e tue ꝓcib⁹ vt cui⁹ gl'iat̄ meritꝫ muniat̄ ſuffragijs. P. Meō. de apl'is. Epl'ā. Scti ꝑ fidē. in cōi ſa. vi. Gr. Exultabūt ſcti in glīa: letabunt̄ i cubilib⁹ ſuis. ꝟ Cātate dño cāticū nouū laus ei⁹ i eccl'ia ſctoꝝ. Allā. ꝟ Reddet de⁹ mercedē laboꝝ ſctoꝝ ſuoꝝ: ⁊ deducet illos i via mirabili. Euā. Sedēte ie. i cōi f. vij. Offr. Glīabūt i te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu dñe bn̄dices iuſto: dñe vt ſcuto bone volūtatꝫ tue coronaſti nos.

SUſcipe dñe ꝓces ⁊ mu Sec. nera oblata q̄ vt tuo ſint digna ꝯſpectui: ſctoꝝ martyꝝ ꝓceſſi ⁊ martiniani ꝓcibꝫ adiuuemur. Per. Alia ſec. de ſcō ſvvithuno.

SUſcipe clemētiſſime de⁹ mun⁹ qđ maieſtati tue offerim⁹ et īteruenīēte btō ſvvithuno ꝯfeſſore tuo atq; pōtifice ad vtriuſq; vite ꝓſꝑitatē illđ nobꝫ ꝑuenire ꝯcede. P. Alia ſec. de apl'is vtꝫ. Cōio. Aia noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū. Poſtcōio.

QUeſum⁹ dñe diuino refecti miſterio / vt q̄ ſctoꝝ martiꝝ tuoꝝ ꝓceſſi et martiniani tēꝑali ꝯmemoratiōe gaudem⁹: eoꝝ īterceſſionibꝫ i eā numeremur ſorte ſalutꝫ: i qua illi ſunt tua gratia glīoſi. P. Alia poſtcōio de ſancto ſvvithuno.

DEus q̄ nos a delictoꝝ cōtagijs tuoꝝ expias pceptiōe ſacramentoꝝ ꝑ ſa q̄s: vt btī ſvvithuni cōfeſſoris tui atq; pōtificꝫ meritis a cūctis eruamur aduerſis: ⁊ celeſtis vite delicijs ꝑfruamur. P. Alia poſtcō. de apl'is vtꝫ.

¶ Miſſa de apl'is petro ⁊ paulo īfra oct. qñ de eis fit ſeruitiū. Offi. Michi autem. in cōi fo. i. Oratio

DEus q̄ hodiernā diē apl'oꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli martirio ꝯſecraſti da eccl'e tue eoꝝ i oib⁹ ſequi ꝓceptū ꝑ q̄s religionis ſūpſit exordiū. P. Epl'ā. Iā nō eſtꝭ. i cōi f. i. Gr. Cōſtitues. Allā. ꝟ. Nimis ho.

Euāg. Hec mādo vo. Credo. Offr̃. Conſtitues eos. in cōi fo. ij. Secr̃.

Hoſtias dñe q̃s noī tuo ſacrādas offerim⁹ aplica pſequatur oroꝝ quā nos expiari tribuas et defēdi. p. Prefa. Et te dñe. Cō. Vos q ſecuti eſtis. in cōi fo. ij. p⁹cō.

Quos celeſti dñe alimēto ſaciaſti q̃s aplicis itercelſionibȝ ab oī aduerſitate cuſtodi. p.

¶ In tráſlatiōe ⁊ ordinatiōe ſcti martini. offi. Statuit. in cōi fo. ix.

Deus q pplō tuo eterne Or. ſalutis btm martinū miniſtrū gceſſiſti: pſta q̃s: vt q executor mādatoꝝ tuoꝝ extitit i terris: itercelſoꝝ nr̄ ſemꝑ eſſe digneř in celis. p. Mem. de aplis. Epla. Ecce ſacerdos magnus Gr. Inueni dauid. Allā. Elegit te. in cōi fo. x. Seq̃.

Sacerdotē xp̄i martinū cūcta per orbē canat ecclia pacis catholice Atq illi⁹ nomē oīs hereticus fugiat pallidus Pānonia leteř genitrix talis filij Italia exultet altrix tāti iuuenis. Et gallie trina diuiſio ſacro certet litigio cui⁹ eſſe debeat pſul. Sed pariter habere ſe patrē oēs gaudeāt turoni ſoli ei⁹ corpus foueāt Huic frācoꝝ atq germanie plebs oīs plaudat. Quibȝ vidēdū iſperit dñm i ſua veſte. Hic celebris eſt egypti partibȝ: grecie q̃q cūctis ſapiētibus. Qui ſpares ſe martini meritis ſētiūt atq ei⁹ medicamini Nā febres ſedat demoneſq fugat: paraliticca mēbra glutinat. Et mortuoꝝ ſua pce triū reddit corpora vite pſtine. Hic ritus ſacrilegos deſtruit ⁊ ad xp̄i gliam dat ignibȝ ydola Hic nudis miſteria brachijs gficiēs pdit⁹ eſt celeſti lumie. Hic oclis ac manibȝ i celū ⁊ totis viribus ſuſpēſ⁹ terrena cūcta reſpuit Eius ori nūq̃ xp̄s abfuit ſiue iuſticia vl' qcq̃d ad verā vitā ptinet Igiř te cūcti poſcim⁹ o martine: vt q multa mira hic oſtēdiſti. Etiā de celo gratiā xp̄i nobis ſupplicatu tuo ſēꝑ iſūdas. Scdm lucā. xij

In illo t. Dixit ieſ⁹ diſcipłis ſuis Nolite timere puſillꝰ grex: q2 gplacuit pr̄i vřo dare vobis regnū. Vēdite q̄ poſſidetis: ⁊ date elemoſinā Facite vobis ſacculos q nō veteraſcūt: theſauꝝ nō deficiētē i celis: q̄ fur nō appropiat: neq tinea corrūpit Vbi eſt eñ theſaur⁹ veſter: ibi ⁊ cor vřm erit. Offr̃. Veritas mea ⁊ mīa mea cū ipo et i noīe meo exaltabiř cornu ei⁹. ſcř.

Intercelſio q̃s dñe bti martini gfeſſoꝝ tui atq pōtificis mūera nr̄a gmēdet noſq maieſtati tue ſēꝑ reddat acceptos. p. Cō. Fidelis ſeruus ⁊ prudēs quē gſtituit dñs ſuꝑ familiā ſuā vt det illis in tēpore tritici menſurā. Poſtcō.

Refectē nobꝫ dñe q̃s ſūpta ſacramēta pſidiū ſalutare: ⁊ interuenietibȝ bti martini gfeſſoꝝ tui atq pōtificis meritꝭ: ab oīb⁹ nos abſoluant pctis. Per. ¶ In octa. apoſtoloꝝ petri et pauli. Officiū.

Sapientiā ſctoꝝ narrant ppli ⁊ laudē eoꝝ nūciat eccła: noīa aūt eoꝝ viuēt in ſclm ſcli. ps Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio.

Deus cuius dextera bea Or. tū petrū ambulātē in fluctibus ne mergeret erexit: et coapoſtolū eius paulū tercio naufragātē de pfundo pelagi liberauit: exaudi nos ppicius ⁊ cōcede: vt amborū meritis eternitatis gliam conſequamur. Qui viuis et regnas. Epla. Hi ſunt viri. in cōi fo. vij. Gr. Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſūt ⁊ nō tāgit illos toꝛmentū malicie. ℣. Uiſi ſūt oculis inſipiētiū moꝛi illi aūt ſūt i pace. Allā. ℣. Iſti ſūt due oliue ⁊ duo cādelabꝛa lucētia ante dñm: habēt poteſtatē claudere celū nubibꝫ ⁊ apire poꝛtas eius: qꝛ lingue eoꝝ claues celi facte ſunt. Seq̄. Ecce pulchꝛa: in cōi fo. vij. Secundum matheum. xiiij

IN illo t. Juſſit ieſ⁹ diſciplos ſuos aſcēdere i nauiculā ⁊ p̄cedere eū trāſfretū: donec dimitteret turbas Et dimiſſa turba: aſcēdit i mōtē ſol⁹ oꝛare Veſpe aūt facto: ſol⁹ erat ibi Nauicla aūt i medio mari iactabaẗ fluctibꝫ Erat eī vēt⁹ ꝯtrari⁹ Quarta aūt vigilia noctis venit ad eos ābulās ſupꝛa mare. Et vidētes cum ſupꝛa mare ambulātē: turbati ſūt dicētes qꝛ fātaſma ē. Et p̄ timoꝛe clamauerūt Statiq̄ꝫ ieſus locut⁹ eſt eis dicēs Habete fiduciā Ego ſū: nolite timere Rñdēs aūt petr⁹ dixit Dñe ſi tu es: iube me venire ad te ſup aq̄s At iṗe ait. Veni. Et deſcēdēs petr⁹ de nauicla: ābulabat ſup aquā vt veniret ad ieſū Vidēs vo vētū validū: timuit Et cū cepiſſet mergi: clamauit dicēs Dñe: ſaluū me fac Et ꝯtinuo extēdēs ieſ⁹ manū app̄hēdit eū: ⁊ ait illi Modice fidei: q̄re dubitaſti? Et cū aſcēdiſſet ieſ⁹ in nauiculā: ceſſauit vētus Qui aūt i nauicula erāt venerūt ⁊ adoꝛauerūt eū dicētes Uere fili⁹ dei es. nō dr̄ Credo niſi dn̄. fue. Offer. Exultabūt ſcti i glīa letabunẗ i cubilibus ſuis: exultatiōes dei i faucib⁹ eoꝝ.

INtēde p̄camur altiſſime. Sec. vota q̄ reddam⁹ tibi q̄ ⁊ placita fieri eoꝝ p̄cibꝫ ꝯcede: q̄ꝝ deferunẗ honoꝛe. p. Pꝛefa. Et te do. Cō. Juſtoꝝ aie i manu dei ſūt ⁊ nō tāget eos toꝛmētū malicie viſi ſūt oclis inſipiētiū moꝛi: illi aūt ſūt i pace. P⁹cō

Sūpta dñe ſacramēta celeſtia
bēis aplis petro et paulo de
p̄cātibꝫ: remediū nobis celeſte ꝯ
licēt. p. ¶ Trāſla. ſci thome m. of.
GAudeam⁹ oēs i dño di
feſtū celebꝛātes ſub ho
noꝛe thōe martirꝫ: de cu
ius paſſiōe gaudēt āge
li ⁊ collaudāt filiū dei. p̄s. Exaudi
deus oꝛōem meā cū dep̄coꝛ: a timoꝛe
inimici eripe aīam meā. Or.
DEus q̄ nobis bti thōe mar
tirꝫ tui atq̄ pōtificis trāſlationē
celebꝛare ꝯcedis: te ſuppliciter ex
oꝛam⁹: vt eius meritꝫ ⁊ p̄cibꝫ a vi
cijs ad v̄tutes: et a carcere trāſfe
ramur ad regnū. p. Epla. Dis pō
tifeci cōi fo. v. Gr. Poſuiſti dñe ſup
caput ei⁹ coꝛonā de lapide p̄cioſo. ℣.
Deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ volūtat
labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti eū. allā. ℣. Gl
et honoꝛe coꝛonaſti eū dñe ⁊ ꝯſtituiſt
eum ſup opera manuū tuaꝝ. Seq̄.
Solēne cāticū ho. q̄re ſ. i alia fe.
īfra oct. nati. Euā. Hō q̄dā nobil
in cōi fo. v. Offer. Poſuiſti domin
in capite eius coꝛonā de lapide p̄cioſ
vitā petijt a te ⁊ tribuiſti ei allā. Sec.
Deus q̄ panē ⁊ vinū i coꝛpus
tuū ⁊ ſanguinē celeſti bñdi
ctione ꝯuertis: ꝯcede nobꝫ p merita
bti thōe martirꝫ tui atq̄ pōtifici⁹
vt ad tuā miaꝫ reuertētes tuo bn̄
placito ꝯfoꝛmemur. q̄ vi. Cō. Ma
gna eſt glīa eius in ſalutari tuo: glo
riā magnā decoꝛē īpones ſup eū dñe.
Deus q̄ btīm thomā mar P⁹cō
tyrē tuū atq̄ pōtificē a ſup
plicijs ad gaudia trāſtuliſti: tbue
q̄s vt q̄ trāſlationē ei⁹ veneramu
i t'ris p ei⁹ p̄ocinium ad celeſtia trā
feramur. p. Nō dr̄ Credo ꝙ do. prima
poſt te. trāſla. ſ. thōe mar. celebꝛat
feſ. reliq̄arū eccle Sar. ¶ In die
reliq̄aꝝ. offm. Sapiētiā vtꝫ. Or.

PReſta q̃s op̃s deus: vt ſctẽ dei genitricis ſemperq̃ virginis marie et ſctõꝝ tuoꝝ quoꝝ reliquie in hac cõtinẽtur eccleſia nos protegant merita: quatenus eoꝝ precibus tranquilla pace in tuã iugiter laude letemur. Per e. Eplã. Hi ſunt viri. in cõi fol. vi. Gr. Exultabunt ſci in glĩa: letabuntur ĩ cubilibus ſuis. ℣. Cantate dño canticum nouũ: laus eius in eccleſia ſanctoꝝ. Allã. ℣. Sancti et iuſti in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatem ſibi. Seq̃n. Ecce pulchra. in cõi fo. vii. Euãg. Videns ieſus turbas. in cõi fo. vii. Offr. Mirabilis deus in ſctis ſuis: deꝰ iſraꝰl ipſe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi ſue benedictus deus alleluya. Secreta.

MUnera tue miſericordie deꝰ maieſtati oblata benigno q̃s intuitu aſpice: vt eoꝝ nobis fiãt precibꝰ ſalutaria: q̃ꝝ ſacratiſſime in hac baſilica reliq̃e ſũt recõdite. P. Cõ. Gaudete iuſti i dño allã rectos decet collaudatio allã. Pꝰcõ.

DIuina libãtes myſteria q̃s dñe vt eoꝝ nos vbiq̃ interceſſio ꝓtegat quoꝝ hic ſacra gaudemus habere patrocinia. Per d.

¶ Sctõꝝ ſeptẽ fratrũ mar. Offi.

LAudate pueri dominũ: laudate nomẽ dñi qui habitare facit ſterilẽ in domo matrẽ filioꝝ letãtẽ. Ps. Sit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nunc et vſq̃ in ſeculum. Oratio

PReſta q̃s op̃s deus: vt qui glioſos martyres tuos felicem / philippũ / vitalẽ / marcialẽ / alexandrũ / ſiluanũ ⁊ ianuarium fortes in ſua cõfeſſione cognouimus: pios apud te in nr̃a interceſſione ſentiamus. p. Eplã. Rememoramini. in cõi fo. vi. Gr. Aĩa nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ. ℣. Laqueus cõtritus eſt: et nos liberati ſumꝰ: adiutoriũ noſtrum in noĩe dñi: q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Allã. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nũc et vſq̃ in ſclm. Et dr̃ cũ vtroq̃ ℣. hac die ſicut in ſabbato in ebdõ. paſche. Scdm matheũ. xii.

IN illo tp̃e: Loquẽte ieſu ad turbas: ecce mater eiꝰ et fratres ſtabãt foris querẽtes loq̃ ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant: querentes te. At ipſe reſpõdẽs dicẽti ſibi ait. Que eſt mater mea: ⁊ qui ſũt fratres mei? Et extẽdens manũ in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicũq̃ enĩ fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater et ſoror: et mater eſt. Offr. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus. Secreta.

REſpice dñe oblationes fideliũ vt tibi grate ſint in tuorũ paſſione ſctõꝝ q̃ germano amore te diligẽtes ſua corpa martirio tradiderũt. p. Cõ. Quicũq̃ fecerit voluntatẽ pr̃is mei q̃ i celis eſt ipſe meꝰ frater ſoror ⁊ mr̃ eſt dicit dñs. Pꝰcõ.

REfecti dñe grẽ tue vitalibꝰ alimẽtis ſupplices imploramus vt quoꝝ celebramus victorias participemus et premiis. p.

¶ Trãſlatio ſcti bñdicti ab. Offi.

OS iuſti meditabitur ſapientiã ⁊ lingua eiꝰ loquetur iudiciũ: lex dei eius i corde ipſiꝰ. Ps. Noli emulari i malignãtibus: neq̃ zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria. Or.

INterceſſio nos q̃s dñe beati bñdicti abbatis tibi cõmẽdet.

vt q̄d nr̄is meritis nō valemus: ei⁹ patrocinio aſſequamur. Per. Epl'a. Juſt⁹ cor ſuū. in cōi fo. xii Gr. Os iuſti meditabitur ſapientiā et lingua ei⁹ loq̄tur iudiciū. ℣. Lex dei eius i corde ip̄ius: ⁊ nō ſupplātabunt greſſus ei⁹. Allā. ℣. Poſui adiutoriū ſup potētē: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Vl trāct. ix. lcc̄ões vl ſeq̄. de cōi ſctōꝝ. Adeſt nob'. in cōi fo. x. Euā. Nemo accēdit. in cōi fo. xii. Offr. Deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei dn̄e: ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti eū poſuiſti i capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo.

Sacris altarib⁹ dn̄e hoſtias ſuppoſitas ſctūs bn̄dictus q̄s in ſalutē nobis ꝓuenire depoſcat. P. Secr. Cōio. Btūs ſeruus quē cū venerit dn̄s iuenerit vigilantem: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcōio.

Protegat nos dn̄e cum tui ꝑceptione ſacramēti btūs bn̄dictus abbas pro nobis itercedēdo vt et cōuerſationis ei⁹ experiamur inſignia ⁊ interceſſionis ipſius ꝑcipiamus ſuffragia. P.

¶ Trāſl. ſcti ſwithuni cū ſo. of.

Sacerdotes ei⁹ induant ſalutari: et ſācti ei⁹ exultatione exultabunt. Ps. Memento dn̄e dauid: et oīs manſuetudinis eius. Or.

Omp̄s ſēpiterne de⁹ q̄ hodierna die honorabilē nobis in btī ſwithuni ꝯfeſſoꝝ tui atq; pōtificꝭ ſocioꝝq; ei⁹ trāſlatōe feciſti: da eccl'e tue i hac celebritate leticiā vt quoꝝ ſolēnitatē veneramur in terris: coꝝ interceſſione ſubleuemur in celis. P. Epl'a. Plures facti ſūt. in cōi fo. xiii. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſācti ei⁹ exultatione exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā xp̄o

meo. Allā. ℣. Fulgebūt iuſti ⁊ t
ſcintille in arūdineto diſcurrent i
num. Nulla d' ſeq̄. Euāge. N
lūbi. in cōi fo. xiii. Offr. Exu
būt ſcti in glīa letabunt i cubilib⁹
exultatiōes dei in faucib⁹ coꝝ. S
Reſpice q̄s dn̄e populū
ad tua ſacramēta curre
in p̄ſēti feſtiuitate btī ſwith
cōfeſſoris tui atq; pōtificis ſoc
q; eius: et cōcede vt ip̄is interce
tibus q̄d in honore tui nōis d
lerūt cūctis ꝓſit ad veniā. P.
Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊
ctū afferatis ⁊ fructus veſter man
Dignus vite eterne Poſ
capiētes dn̄e humiliter
ploramus vt intercedente be
ſwithuno cōfeſſore tuo atq; p
tifice cū ſociis ſuis quod in ym
gine cōtingimus ſacramenti
nifeſta participatione ſumam
Per dominum noſtrū. ¶ Sa
kenelmi regis et martyris. Of
Gloria ⁊ honore coro
ſti eum et cōſtituiſti
ſuper opera manuu
tuarum. Ps. Dn̄e dn̄s
ter: q̄ admirabile eſt nomen tuum
vniuerſa terra. Orat
Omnipotēs et miſericors
us qui nobis p̄clarā huius d
leticiam pro beati kenelmi reg
et martyris tui ſolennitate t
buiſti: intende ſerenus vota fi
lis populi et concede vt cuius
die feſta percolimus eius ſemp
meritis et precibus ſubleuem
Per dn̄m. Epl'a Beatus vir q
inuētus. in cōi fo. xiiii. Gr. Poſ
ſti dn̄e ſup caput eius coronā de la
de precioſo. ℣. Deſideriū aīe eius
buiſti ei ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fr
daſti eum. Alleluya. ℣. Beatus v
qui ſuffert tentationem quoniā cu

probatus fuerit accipiet coronā vite. Euāgeliū. Si quis venit ad me. in cōi folio. v. Offer. Gloria et honore coronaſti eū et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarum dñe. Secreta.

PReſentibus domine deus intende muneribus: et patrocinante beato kenelmo martire tuo cuius ſolennia venerando recenſemus fidelibus ſalutis indulgentiam conferant: et eternitatis premia dignanter acquirant. Per dñm. Cōio. Magna eſt glia eius in ſalutari tuo: gloriā ⁊ magnū decorē īpones ſup eū dñe. Poſtcō.

PErcipiat queſumus domine plebs tua beati martyris tui kenelmi natalicia celebrādo cum exultatione leticiam: et quam celeſtis menſe refeciſti edulio eternitatis tue facias aſſiſti conſortio. Per dñm. ¶ Sancti arnulphi epyſcopi ⁊ martyris. Offi.

LEtabitur iuſtus ī domino et ſperabit in eo et laudabūtur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orōem meā cū deprecor a timore inimici eripe animā meam. Oratio.

ADeſto ſupplicationibꝫ noſtris omnipotens deus: et quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: intercedente beato arnulpho martyre tuo atq; pontifice cōſuete miſericordie tribue benignus effectum. Per dominū. Eplā. Beatus vir qui in ſapiētia in cōi fo. iij. Gr. Iuſtus nō cōturbabitur quia dñs firmat manū eius V. Tota die miſeretur et cōmodat: et ſemē ei⁹ in bñdictione erit. Allā. V. Beatus vir qui timet dñm: in mādatis eius cupit nimis. Euāgeliū. Si quis vult poſt me. in cōi fol. iiij. Offer. In virtute tua domine letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Secreta.

SAncti martyris tui atq; pontificis arnulphi nobis dñe pia nō deſit oro: q̄ et munera nr̄a tibi cōciliet ⁊ tuā nobis indulgētiā ſp obtineat. P. Cō. Poſuiſti dñe in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo. Poſtcō.

VT nobis dñe tua ſacrificia dent ſalutem beatus martyr tuus arnulphus pontifex q̄s p̄cator accedat. P. ¶ Sācte margarete virgis ⁊ mar. Offi.

ME expectauerunt pctōres vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis cōſummationis vidi finem: latū mandatū tuū nimis. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Or.

DEus q̄ beatā virginē margaretā hodierna die ad celos per martyrij palmam venire feciſti: concede nobis q̄s: vt eius exempla ſequētes ad te p̄tingere mereamur. P. Eplā. Domine deus meus. in cōi fo. xiij. Gr. Specie tua et pulcritudine tua intēde proſpere procede et regna. V. Propter veritatem et manſuetudinem et iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Veni electa mea et ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Seq. Exultemus in hac die. in cōi folio. xiiij. Offer. Offerentur regi virgines poſt eā: proxime eius offerētur tibi in leticia et exultatione adducentur in tēplum regi domino. Secreta.

HEc victima queſumus domine btē virginis margarete martyrio oblata: et meritū nobis cōferat ſāctitatē et corporum obtineat iugiter caſtitatem. Per.

Cōio. Fecitudicium et iuſticiam domine non calūnientur michi ſuperbi ad omnia mādata tua dirigebar oēm viā iniquitatis odio habui. Poſtcō.

PErcipiat q̄s dn̄e plebs tua btē margarete virginis tue et martyꝛis natalicia celebꝛando leticiam: et quam celeſtis menſe refeciſti cōuiuio: eternitatis tue facias aſcribi conſoꝛtio. Per do.

¶ Scē pꝛaxedis virgis. Offi.

LOquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulāt in lege domini. Oꝛatio

ADſit plebi tue oīps de⁹ beate pꝛaxedis virgīs tue ſupplicatio: vt quicūq; eius gaudēt honoꝛe tuo ſēper pꝛegant auxilio Per do. Eplā. Sapientia vincit. in cōi fo. xv. Gr. Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatem. V. Pꝛopterea vnxit deus de⁹ tuus oleo leticie. Allā V. Emuloꝛ enim vos dei emulatione deſpondi vos vni viro virginem caſtā exhibere chꝛiſto. Euāg. Sile eſt regnū celoꝛū decē. in cōi. fo. xv Offer. Offerētur regi virgines poſt eā: pꝛime eius offerētur tibi. Secr.

SVſcipe q̄s dn̄e ob honoꝛem ſacre virginis tue pꝛaxedis munus oblatū et qđ nr̄is aſſequi meritis nō valemus: eiuſdē ſuffragantibus meritis nobis largire pꝛopicius. P. Cōio Simile eſt regnū celoꝛum homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas inuenta vna pꝛecioſa margarita: dedit omnia bona ſua et comparauit eam. Poſtcōio.

SAncta tua nos q̄s ſcē pꝛaxedis virginis tue meritis ſuffragātib⁹: et a pctīs oīb⁹ exuāt: et ad celeſtia regna perducāt. Per.

¶ Scē marie magdalene. Offi.

GAudeamus oēs in dn̄o diē feſtū celebꝛātes ſub honoꝛe marie magdalene de cuius ſolennitate gaudent angeli et collaudāt filiū dei. ps. Eructauit coꝛ meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oꝛ.

LArgire nobis clemētiſſime pater: quod ſicut beata maria magdalena vnigenitū tuum ſuper omnia diligendo ſuoꝛum obtinuit veniam peccaminū: ita nobis apud miam tuam ſempiternā impetret btitudinē. Per e.

¶ Meō. de ſctō vvādꝛegeſilo. oꝛ

DEus cuius gr̄a beati vvādꝛegiſili cōfeſſoꝛis tui atq; abbatis vita extitit laudabilis: ipſi⁹ interuētu qđ tibi placitū eſt pietas tua operetur in nobis. P. Eplā. Mulierē foꝛtē q̄s inueniet. in cōi fo. xiiij. Gr. Audi filia et vide ꝛ inclina aurē tuā q2 cōcupiuit rex ſpeciē tuā. V. Specie tua ꝛ pulchꝛitudine tua: intēde pꝛoſpere pꝛocede et regna. Allā. V. Optimā partē elegit ſibi maria q̄ nō auferet ab ea in eternū

MAne pꝛima ſabbati Seq. ſurgens dei filius nr̄a ſpes et glia. Victo rege ſceleris redijt ab īferis cū ſūma victoꝛia. Cui⁹ reſurrectio oī plena gaudio cōſolatur oīa. Reſurgentis itaq; maria magdalene facta eſt pꝛenūcia Ferens xp̄i fratribus eius moꝛte triſtibus expectata gaudia. O beati oculi: quibus regē ſeculi moꝛte iam depoſita pꝛima eſt intuita Hec eſt illa femina cuius cuncta crimina ad xp̄i veſtigia eius lauit gratia. Que dū ploꝛat et mēoꝛat facto clamat quod coꝛ amat ieſū ſuper oīa. Non ignoꝛat quē

Plorat quid precetur ſed deletur quod mens timet ꝯſcia. O maria mater pia ſtella maris appellaris operū per merita. Matri xp̄i coequata dū fuiſti ſic vocata ſed honore ſubdita. Illa mūdi imperatrix: iſta btā peccatrix leticie primordia fuderūt in eccliā. Illa enī fuit porta per quā fuit lux exorta hec reſurgētis preuūcia mūdum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena: apud chriſtum chorū iſtū clementer concilia. Ut fons ſūme pietatis qui te lauit a pctīs ſeruos ſuos atq; ſuos munder data venia. Amen dicant omnia. Sc̄dm lucam vij.

In illo tp̄e: Rogabat ieſum quidā phariſeus: vt māducaret cū illo. Et ingreſſus domū phariſei diſcubuit Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ ieſus accubuit in domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguenti. Et ſtās retro ſecus pedes dn̄i: lachrymis cepit rigare pedes eius et capillis capitis ſui tergebat: et oſculabat̄ pedes eius et vnguento vngebat. Uidēs aūt phariſeus qui vocauerat eū: ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta: ſciret vtiq; que et qualis eſt mulier que tangit eū: q2 peccatrix eſt. Et reſpōdens ieſus: dixit ad illū Symō habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Et reſpōdit ei ieſus. Duo debitores erant cuidam feneratori vn9 debebat denarios quingētos: et alius quīquaginta. Nō habētib9 illis vnde redderēt: donauit vtriſq;. Quis ergo eū plus diligit? Reſpondēs aūt ſymō dixit. Eſtimo: q2 his cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et cōuerſ9 ad mulierē: dixit ſymoni. Uides hāc mulierē? Intraui in domum tuā: aquā pedibus meis nō dediſti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculū michi nō dediſti: hec aūt ex quo intraui: nō ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum nō vnxiſti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei pctā multa qm̄ dilexit multū. Cui autē min9 dimittit̄: min9 diligit. Dixit autē ad illā dn̄s. Remittunt̄ tibi pctā tua. Et ceperūt q̄ ſimul diſcūbebāt dicere itra ſe. Quis eſt hic: q̄ etiā pctā dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te ſaluam fecit vade in pace. Credo. Offer. Filie regum in honore aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

Benedictionē tuam dn̄e his tibi oblatis tribue ſacrificijs et preſta: vt beata maria magdalene hoc nobis apud te obtineat qd̄ ab vnigenito tuo obtinuit dū ei miſtica obſeq̄a exhibuit. P. e.

¶ Alia de ſancto vvandregiſilo.

Pijs itercellionib9 btī vvādregiſili cōfeſſoris tui atq; abbatis q̄s ōps de9 tue familie cōmēdet̄ oblatio: cui9 vitalib9 decoratur exēplis. p. Prefa. q̄tid. Cō. Diffuſa eſt grā i labijs tuis ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternū. Poſtcōio.

Prebeat nobi dn̄e ſalutarē btē marie magdalene imitatio ſctā doctrinā: q̄ten9 illi9 optime partis mereamur eē ꝯſortes q̄ nō auferet̄ ab ea. Per dn̄m nr̄m. Alia poſtcō. de ſctō vvādregiſilo.

Tua dn̄e ſacramēta ſumētes ſuppliciter exoram9 vt btī vvandregiſili cōfeſſoris tui atq;

abbatis cuius ueneramur memoriam preſidium ſentiamus. Per.

¶ Sancti appollinaris mar. officiū.

SAcerdotes tui dñe induant iuſticiam: ꝯ ſcti tui exultēt ꝓpter dauid ſeruū tuū nō auertas faciē chriſti tui. Ps. Memēto dñe dauid: et oīs manſuetudinis eius. Oratio.

VEnimus nos dñe bti appollinaris martirꝭ tui atq; pōtificis natalis ſcēꝝ excipiat: q̄ et iocūditatē nobis ſue glorificationis infūdat ꝯ tibi nos reddat acceptos. P. Epla. Teſtificor in cōi. ij. iiii. Gr. Inueni dauid ſeruū meū et in oleo ſancto unxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei et brachiū meum cōfortabit eū. V. Nichil ꝓficiet inimicus i eo: et fili⁹ iniquitatis nō nocebit eū. Allā. V. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotē magnū in pplo ſuo. Euāge. Facta eſt ꝯtētio. in cōi fo. ii. Offe. Ueritas mea et mia mea cū ipſo et in noie meo exaltabit̄ cornu eius. Secr.

HOſtiā noſtrā q̄s dñe ſancti appollinaris martiris tui et uenerāda cōfeſſio: et exaudibilis cōmendet orō. P. Cōio. Semel iuraui in ſctō meo ſemē ei⁹ in eternū manebit: et ſedes ei⁹ ſicut ſol in cōſpectu meo: et ſicut luna perfecta in eternū: et teſtis in celo fidelis. Poſtcōio.

SUmētes dñe pignus redēptionis eterne q̄s: ut itercedēte btō appollinare martyre tuo uite preſētis auxilia nos foueat et eterne. P. ¶ In vigilia ſancti iacobi apli ad miſſā oīa fiāt ſicut i vigilia uni⁹ apli ꝯtinet̄. Et fiat memoria de ſctā criſtina virgīe. Or.

INdulgentiam nobis domine btā criſtina virgo ꝯ martyr imploret: que tibi grata ſemper extitit et merito caſtitatis et tue profeſſione virtutis. Secreta.

QUeſumus oīps de⁹: ut q̄ annua btē criſtine virgis tue et martyris ſolēnia ꝑſentib⁹ honoramus ſacrificijs: eius ſemper et fidei integritate roboremur: ꝯ pcīs apō te ꝑcib⁹ adiuuemur. P. Cō.

SUpplices te rogamus oīps deus: ut quos donis celeſtibus ſatiaſti: itercedēte btā criſtina virgie tua et martyre ꝑpetua ꝓtectione cuſtodias. Per. Si her vigilia dnica euenerit: nichil fiat de vigilia niſi tm̄ memoria. ¶ In die ſancti iacobi apoſtoli. Officiū.

MIchi autē nimis honorati ſūt amici tui deus nimis confortatus eſt principatus eorum. Ps. Domine ꝓbaſti me et cognouiſti me tu cognouiſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam. V. Oratio.

ESto dñe plebi tue ſctificator ꝯ cuſtos: ut apli tui iacobi munita ꝑſidijs: ꝯ cōuerſatione tibi placeat: et ſecura deſeruiat. P. Memoria de martyribus chriſtoforo et cucufaro. Oratio.

DEus mundi creator et rector: q̄ hūc diē btōꝝ xpofori ꝯ cucufati martirū tuoꝝ paſſione cōſecraſti: cōcede ut oēs q̄ martyrij coꝝ merita ueneramur eoꝝ interceſſionibus ab eternis gehēne incendijs liberemur. Per do. Epla. Jam nō eſtis. in cōi fol. i. Gr. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. V. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annūciat firmamētum. Alleluya. V. Nimis honorati ſunt amici tui deus nimis confortatus eſt principatus eoꝝ. Sequētia Alleluya nunc decantet in cōi fo. ij. Secundum matheum. xx. ca.

In illo tēpe: Acceſſit ad ieſum mater filioꝝ zebedei cū filijs ſuis adorās et petēs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeāt hi duo filij mei vnꝰ ad dexterā tuā et vnꝰ ad ſiniſtrā in regno tuo. Rñdens autē ieſus dixit. Neſcitis qd petatis. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſū? Dicūt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicē qdē meū bibetis: ſedere aūt ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā nō eſt meū dare vobis: ſed qbꝰ paratū eſt a pr̃e meo. Credo. Offer. Michi aūt nimis honorificati ſūt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Oblationes pplī tui q̄s dñe btī iacobi aplī tui paſſio beata cōciliet: vt q̄ nr̄is nō apta ſūt meritis: fiāt tibi placita eiꝰ deꝑcatione. P. ¶ Alia ſecr. de martyribꝰ.

Accipe domine munera dignanter oblata: ⁊ beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ criſtofori et cucufati ſuffragātibus meritis ad noſtre ſalutis auxiliū ꝓuenire cōcede. Per. Prefa. Et te dñe. Cōio. Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim: iudicātes duodecim tribus iſrael dicit dñs. Poſtcō.

Beati iacobi apoſtoli tui: cuius hodie feſtiuitate corpore et ſanguine tuo nos refeciſti: queſumus dñe interceſſione nos adiuua: pro cuius ſolēnitate percepimus tua ſcā letantes ſaluator mūdi. Qui viuis et regnas. ¶ Alia poſtcōio de martyribus.

Sumpſimus dñe ſctoꝝ xp̄ofori et cucufati martyrum tuorū ſolennitate ſacramēta celeſtia: quorū ſuffragijs q̄s largiaris: vt qđ tēꝑaliter gerimus: eternis gaudijs cōſequamur. Per do.

¶ Sctē anne matris marie. Offi.

Gaudeamus oēs in dño diē feſtū celebrātes ſub honore āne matris marie: de cuius ſolēnitate gaudent angeli ⁊ collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui beatā annā dilectiſſime genitricis tue matrē egregiā hodierna die ad celeſtis vite ſubleuaſti gaudia / fac nos q̄s glorioſis eiꝰ meritis ad eternā ꝑtīgere btitudinē: ex cuiꝰ puerperio ſalutari ꝓ ſalute mūdi humanā aſſumere dignatus es carnē. Qui viuis. Epl'a. Mulierem fortē quis inueniet. in cōī fo. xv.

Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna. Alleluya. V. Salue ſancta mater anna: ex qua proceſſit virgo maria que de celo ſuſcepit prolē et mundo genuit ſaluatorem. Sequentia.

Teſtamento veteri āna fuit genita: et de ſtirpe regia. Hec matrona nobilis diu fuit ſterilis in magna triſticia. Cui fructum cōtulit: et ſic luctum abſtulit diuina clemētia. Patriarchis edita anna luce perdita in perenni glīa. Deprecamur inclita vt per tua merita nobis detur grā. Anna parens labe carens: rubens roſa ſpecioſa: florens inter lilia. Matrem xp̄i genuiſti / tua prece nos a nece tuearis noxia. Ecce lucis officina egris ſpes et medicina: tua proles eſt regina in celeſti patria. Ipſa cūctis iā ꝑlata per te ſumēs hec ꝑcata: nr̄a fiat aduocata i dei preſētia. Euāge. Liber gn̄a. vt ſ. in feſto cōcep. b. Ma. viij. Decē.

Offr. Filie regū in honore tuo aſtitit regina a dextris tuis i veſtitu deaurato circūdata varietate. Secrē.

Sanctifica redēptor mūdi preſentis munera ſacrificij: et beate matris anne precibus eadē nobis effice ſalutaria de cui⁹ vteri palatio mat̄ tua aula virginee puritatis eſt egreſſa. Qui. Cōio. Diffuſa eſt grā i labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Poſtcō.

Votiua celeſtis mēſe percipiētes dñe ſacramēta beate āne matris marie glioſa itercelſione nos ꝓtege de q̄ virgo puerpera ad lucē humane natiuitatis ꝓduxit: q̄ nobis ſplendorē vite ſine caſtitatis diſpēdio ꝑhauit. dñm nrm ieſū xp̄m filiū tuū. Qui te.

¶ Sctōꝝ ſeptē dormientiū. Offi.

Salus autē iuſtorū a domino et ꝓtector eorū eſt in tp̄e tribulationis. ps. Noli emulari in malignātibꝫ: neq; zelaueris facientes iniq̄tatē.

Deus q̄ glorioſos reſur- Or. rectionis eterne ꝓcones ſeptem dormiētes magnifice coronaſti: preſta q̄s. vt eorū ꝓcibus reſurrectionē ſanctā que in eis mirabiliter ꝓceſſa ꝫ cōſequamur. Per. Epła Iuſtoꝝ aīe. in cōi. fo. vi. Gr. Exultabūt ſancti in gloria letabūtur in cubilibꝫ ſuis. V. Cātate dño canticū nouū laus eius in eccliā ſanctoꝝ. Allā. V. Iuſti epulētur et exultēt in cōſpectu dei: et delectētur in leticiis. Euāgl. Cū audieritis. in cōi. fo. viij. Offr. Mirabilis de⁹ in ſanctis ſuis deus iſrael ipſe dabit virtutē et fortitudinem plebi ſue benedictus deus alleluya. Secreta.

Deus in quo eſt oīm iuſtoꝝ requies et pax certa ſāctoꝝ nobis pacificas hoſtias tribue tibi digne offerre / vt perfectionē pacis qua tui ſancti iam fruūtur in celis. nos iugiter hanc meditemur in terris. P. Cō. Iuſtorū aīe in manu dei ſūt et nō tanget illos tormentū malicie viſi ſunt oculis inſipientiū mori illi autē ſūt i pace. P⁹cō.

Sanctorū tuorū victorias domine recolentes ſacramēta venerāda percepim⁹ que preſtēt nobis q̄s eorū meritis indulgentiam: in quorū dormitione tuam magnificētiā collaudamus. Per

¶ Sancti ſanſonis epi. Officiū.

Statuit ei dñs teſtamentū pacis: et principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. ps. Mias dñi: i eternū cātabo.

Omīps ſempiterne deus. Or. tribue nobis famulis tuis per interceſſionē ſancti ſanſonis epi poſcentibus peccatoꝝ veniā: querētibus ſalutis viā / pulſātibus aperire regni celeſtis aulā / vt ad eternā maieſtatis tue habitationē te adiuuāte ꝑuenire mereamur. P.

Mēo. de ſctō panthaleone mar.

Deus qui hūc diē beati pāthaleonis conſecraſti martyrio: preſta q̄s. vt ipſius interuētu hoc in noſtris floreat actibus / quod premijs remunerētur celeſtibus. P. Epła. Ecce ſacerdos. in cōi. fo. x. Gr. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. V. Non eſt inuētus ſimilis illi qui cōſeruaret legem excelſi. Alleluya. V. Amauit eum dominus et ornauit eū ſtola glorie induit eum. Euāgeliū. Homo quidā peregre. i cōi. fo. xi Offertoriū. Inueni dauid ſeruum meū et in oleo ſancto vnxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei / et brachium meum confortabit eum. Secreta.

ſecre.

Deus apoſtolorū: deus martyrū: deus confeſſorū deus oīm electorum te ſuppliciter exoramus: vt hanc hoſtiā ſanctam in honore ſancti ſanſonis ep̄i ſāctificare et benedicere digneris: q̄ ante conſpectum maieſtatis tue tam ad corporis ſanitatem: q̄ ad aīarum proficiat ſalutem. Per d.

Alia ſecreta de ſctō panthaleone.

Beatus panthaleon martir tuus dn̄e qui diuerſis ſupplicijs maceratus vera et viua factus eſt hoſtia: hec que tibi offerimus ad ſalutē nr̄am gratificet ſua iterceſſione libamina. p. Cō.

Fidelis ſeruus et prudens quē cōſtituit dn̄s ſup familiā ſuā: vt det illis in tp̄e tritici menſuram. Poſtcōio.

Satiati nos domine in hac ſolennitate ſancti ſanſonis cōfeſſoris tui atq̄ pontificis muneribus ſacris te queſumꝰ: vt eccleſie tue pacem/fidem/ſpem/caritatem multiplicare digneris: per quas tibi in eccleſia tua placere mereamur. Per dominū. ¶ Alia poſtcōio de ſancto panthaleone.

Redemptionis noſtre ſacro guſtu ſatiati q̄s dn̄e: vt iteruenīete btō panthaleone martyre tuo: per hec ſācta que ſūpſimꝰ. ad eterna gaudia preparemur. p.

¶ Sctoꝝ felicis/ſimplicij/fauſtini et beatricis martyrū. Officiū.

Sacerdotes eiꝰ induant ſalutari: et ſācti eiꝰ exultatione exultabunt. ꝑs. Memento dn̄e dauid: et oīs manſuetudinis eius. Or.

Preſta q̄s oīps deus vt ſicut populus chriſtianꝰ martyrū tuorū felicis/ſimplicij/fauſtini/et beatricis tp̄ali ſolennitate cōgaudet: ita perfruat eterna: et quod votis celebrat pio cōprehēdat effectu. Per. Epl̄a. Lingua ſapientum. in cōi fo. vij. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſācti eius exultatione exultabunt. Vꝰ. Illuc producam cornu dauid parauit lucernam chriſto meo. Allā. V. Vox exultationis et ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Euāgeliū. Attendite a fermento in cōi fo. viij. Offer. Exultabunt ſancti in gloria letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Hoſtias tibi domine pro ſāctorum martyrum tuorum felicis/ſimplicij/fauſtini/et beatricis honore deferimus ſuppliciter obſecrātes vt indulgentiam nobis conferant et ſalutē. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus veſter maneat. Poſtcōio.

Benedictionis tue domine plebs tibi deuota fructum reportet et gaudium: vt quod ſāctis martyribus tuis felici/ſimplicio/fauſtino/et beatrici exhibuit tēporali ſeruicio perēni preſidio conſequatur. Per dominū.

¶ Sctoꝝ abdō et ſēnis mr. Offi.

Intret in cōſpectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplū in ſinu eorū: vindica ſanguinē ſanctorū tuoꝝ qui effuſus eſt. ꝑs. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerunt templum ſctm̄ tuum: poſuerunt hieruſalē in pomoꝝ cuſtodiam. Or.

Deus qui ſanctis martiribꝰ tuis abdon et ſennē ad hāc gloriā veniēdi copioſū munꝰ grē tue cōtuliſti: da famulis tuis ſuorū veniā delictoꝝ: vt ſctōꝝ tuorū intercedētibus meritis ab oībus mereamur aduerſitatibꝰ liberari. Per do. Eplã. Benedictus deus. in cõi fol. iiij. Gr. Glorioſus deus in ſanctis mirabilis in maieſtate faciẽs prodigia. V. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute dextera manus tua confregit inimicum. Allã. V. Reddet deus mercedem laborũ ſanctorum ſuorum ⁊ deducet illos in via mirabili. Euã. Videte ne q̃s. in cõi folio. ix. in diuiſione. Offr. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi ſue bñdictus deꝰ allã. Secreta

Frequentata myſteria domine pro ſanctorum tuorũ abdon et ſennis veneratione deuota mente tractamus: quibus et preſidiũ nobis creſcat et gaudium. Per dñm. Cõio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terre: ſecundum magnitudinem brachii tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcõio

Sumat domine plebs fidelis celeſtis dona remedii: per que intercedentibus ſanctis martyribus tuis abdõ ⁊ ſenne: a ſuis emundetur delictis. Per dominũ.

¶ Sancti germani epi ⁊ cõfeſ. offi.

Sacerdotes dei benedicite dominũ: ſancti et humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite oĩa opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: et quia noſtre voces non merentur audiri ſancti germani confeſſoris tui atq; pontificis interuentio queſumus ſit accepta pro nobis. Per. Eplã. Iuſtum deduxit. in cõi fo. x. Gr. Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es

ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech. V. Dixit dominꝰ dño meo: ſede a dextris meis. Allã. V. Amauit eum dominus et ornauit eum ſtola glorie induit eum. Euãg. Vigilate qꝛ neſcitis. in cõi fol. xi. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiũ tibi dñe pro beati germani confeſſoris tui atq; pontificis celebritate offerentes queſumus ut ꝓpiciationẽ quã nr̃is operibus non meremur: piis ſuffragatoris interceſſionibus conſequamur. Per dominũ. Cõio. Dñe quinq; talenta tradidiſti michi ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituã: intra in gaudium domini tui. Poſtcõio.

Supplices te rogamus omnipotens deus ut qui percepimus celeſtis menſe ſubſtantiã: intercedente beato germano confeſſore tuo atq; pontifice: ad vitã perueniamꝰ eternam. Per dñm.

¶ Ad vincula petri apl'. Officiũ

Nunc ſcio vere quia miſit dñs angelum ſuum et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorũ. V. Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Oratio.

Deus qui beatũ petrũ apoſtolum a vinculis abſolutũ illeſum abire feciſti: noſtrorũ q̃s abſolue vincula peccatorũ: ⁊ oĩa mala a nobis ꝓpiciatus exclude. Per.

Memoria de martyribꝰ. Oratio.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona letificet que et fidei noſtre prebeat incrementa virtutum: et multiplici nos ſuffragio conſolet. P.

Lectio actuum apoſtolorum.xij.

IN diebꝰ illis. Egreſſꝰ petrꝰ de carcere: venit ad domũ marie matris iohis ꝙ cognominatꝰ eſt marcus: vbi erãt multi cõgregati ⁊ orãtes. Pulſãte autẽ eo ad oſtiũ ianue ꝓceſſit puella ad videndũ noīe rode. Et vt cognouit vocẽ petri pre gaudio nõ aperuit ianuã: ſed itrocurrẽs nũciauit ſtare petrũ ante ianuã. At illi dixerũt ad eã. Inſanis? Illa aũt affirmabat ſic ſe habere. Illi aũt dicebãt qꝛ angelꝰ eiꝰ eſt. Petrus aũt pſeuerabat pulſãs. Cũ aũt apuiſſẽt oſtiũ viderũt eũ et obſtupuerunt. Innuẽs aũt eis manu vt tacerent narrauit quomodo dñs eduxiſſet eũ de carcere. Gr. Conſtitues eos principes ſuꝑ oẽm terram: memores erũt nois tui dñe. V. Pro patribꝰ tuis nati ſũt tibi filii ꝓpterea ppłi cõfitebunt tibi. Allã. V. Solue iubẽte deo terrarꝫ petre cathenas: ꝗ facis vt pateant celeſtia regna beatis. Sequẽtia.

NUnc luce alma ſplendeſcit per orbem hec dies ecce glorioſa. Almi recolamus petri voce celſa. Gratanter modulos accõmodet in qua. Vincentis amorem ob ſupernum crucis ſacre trophea. Merito gloriamqꝫ perlatã in celeſti gloria. Pio corde fraterna iubiletqꝫ turma. Qui a chriſto ligandi ſoluendiqꝫ dona. Accipiens clauiger effectus noſtra reſoluẽs vincula. Subleuãdo etheris ſedibus poteſtate nos tradita. Iungat cetui ſancto culmine in poli paradiſiqꝫ amenta. Vbi adorat ordo te chriſte pſallendo armonica voce cantica. Noua ſãctorum reſonantium laude angelicus mellica. Cũ ſupnã maieſtatẽ tuã poſcentes hũiliter almam cuius digna nos cũ illis reſonemus vna rithmica in excelſis carmina. Celeſtiqꝫ in glia trinũ atqꝫ vnũ iugiter veneremur in arua. Celſa poteſtas angelica. Quans te laudat in gloria. Virtutes celi te glorificãt per aſtra. Qui patris ſedes ad dexterã. Noſtra exaudi angeloꝝ. Et famuloꝝ iũgẽs voces ꝓcamina. Quoꝝ vocibꝰ vt caterua. Glorificet ſemꝑ te et nřa. Regnantẽ iure cũ ſctis ineternũ. Euange. Venit ieſus in partes. in cõi fo.v. Credo. Offer. Conſtitues eos principes ſuper oẽm terram memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

OFferimus tibi dñe placabile munus ꝓcantes: vt ſicut beato petro apłõ tuo in vinculis dediſti ꝯſtãtiã: ita nobis tua grã idulgẽtiã opeř. P. Alia ſecr̃ de mar.

MIſteria dñe pro ſctõꝝ martyrũ tuorũ ſolennitate deuota mẽte oblata: nobis preſidiũ ꝓſtent ⁊ gaudiũ. P. Prefa. Et te dñe. Cõ. Tu es petrꝰ ⁊ ſuꝑ hãc petrã edificabo eccliam meã. Poſtcõ.

MUneris diuini ꝑceptio queſumus dñe btõ petro apłõ intercedente ſemꝑ a nobis peccõꝝ noſtrorũ vincula ſubmoueat: et pericula cuncta depellat. Per do.

¶ Alia poſtcõio de martyribus.

PReſta qs omꝑs deus: vt quorũ memoriã ſacramenti participatione recolimus: fidẽ quoqꝫ ꝑficiẽdo ſectemur. P.

¶ Sancti ſtephani pape ⁊ martyris. officiũ.

SAcerdotes tui dñe induant iuſticiam: ⁊ ſcti tui exultẽt ꝓpter dauid ſeruũ tuũ nõ auertas faciẽ chriſti tui. ps. Memẽto dñe dauid: et ois manſuetudinis eius. Oratio.

DEus qui nos beati ſtephani martyꝛis tui atq; pontificis annua ſolennitate letificas: concede pꝛopicius: vt cuius natalicia colimus: de eiuſdem etiam pꝛotectione gaudeamus. Per do. Epla. Omnis pōtifex. in cōi ſo. ꝟ. Gr. Inueni dauid ſeruum meū: oleo ſctō meo vnxi eū: manꝰ eni mea auxiliabitur ei: ⁊ bꝛachiū meū confoꝛtabit eū. ꝟ. Nichil pficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nō nocebit eū Allā. ꝟ. Elegit te dn̄s ſibi in ſacerdotem magnum in populo ſuo. Euāge. Homo quidā nobilis. in cōi ſoſ. ꝟ. Offꝫ. Inueni dauid ſeruum meū et in oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei et bꝛachiū meum confoꝛtabit eum. Secreta.

HOſtias noſtras q̄s dn̄e tibi reddat acceptas interceſſio ſancti ſtephani martyꝛis tui atq; pontificis: qui eas tibi digne offerendo cōplacuit. Per dn̄m. Cōio. Dn̄e quinq; talenta tradidiſti michi ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis q2 in pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te cōſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſtcōio.

SUmentes dn̄e diuina miſteria q̄s vt beati ſtephani martyꝛis tui atq; pōtificis interceſſione eterne nobis pꝛebeāt incrementa leticie. Per dn̄m noſtrū

¶ In inuentione ſancti ſtephani pꝛothomartyꝛis ſocioꝛūq; eiꝰ martyꝛum. Ad miſſam. Officium

ETenim ſederunt pꝛincipes et aduerſum me loquebantur et iniqui perſecuti ſunt me adiuua me domine deus meus: quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibꝰ. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Or.

DEus qui es ſanctoꝝ tuoꝝ ſplendoꝛ mirabilis: qui hodierna die beati ſtephani martyꝛis tui: nichodemi / gamalielis / atq; abibō inuentionē glioſā reuelaſti: da nobis q̄s in eterna leticia de eoꝝ ſocietate gaudere. Per do. Lectio actuum apſoꝛum vi. et vij

IN diebus illis: Stephanꝰ plenus gr̄a et foꝛtitudine: faciebat pdigia et ſigna magna in populo. Surrexerunt aūt qdā de ſynagoga q̄ appellabat libertinoꝝ et cyrenenſiū / et alexādꝛinorū: et eoꝝ qui erāt a cilicia ⁊ aſya diſputātes cum ſtephano: et non poterant reſiſtere ſapiētie ⁊ ſpūi qui loquebat. Audiētes aūt hec: diſſecabant cordibꝰ ſuis: et ſtridebant dentibus in eū. Cū aūt eſſet ſtephanus plenus ſpū ſancto: intendēs in celū vidit gloꝛiam dei: ⁊ ieſū ſtantem a dextris dei ⁊ ait. Ecce video celos apertos: et filiū hois ſtantē a dextris virtutis dei. Exclamantes autē voce magna continuerunt aures ſuas: et ipetū fecerūt vnanimiter in eum Et eijcientes eū extra ciuitatem: lapidabāt. Et teſtes depoſuerūt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis: qui vocabat ſaulus Et lapidabant ſtephanū inuocantē et dicentem. Dn̄e ieſu: ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis aūt genibus clamauit voce magna dicēs. Domine ieſu: ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet: obdoꝛmiuit in dn̄o. Gr. Sederunt pꝛincipes et aduerſū me loquebantur: et iniqui perſecuti ſunt me. ꝟ. Adiuua me dn̄e deus meus: ſaluū me fac pꝛopter miam tuam. Allā. ꝟ. Video celos apertos et ieſum ſtantē a dextris virtutis dei. Seq̄. Magnus deꝰ.

quere in aliis feſto.infra oct.nati. dñi. Secundum matheum. xxiij

IN illo tempoꝛe Dixit ieſus turbis iudeoꝛum:et pꝛincipibus ſacerdotum. Ecce ego mitto ad vos pꝛophetas et ſapiētes et ſcribas: et ex illis occidetis et crucifigetis:et ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris. Et perſequemini de ciuitate in ciuitatē vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram a ſanguine abel iuſti vſq; ad ſanguinem zacharie filij barachie quem occidiſtis inter templum et altare. Amen dico vobis venient hec omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem hieruſalem que occidis pꝛophetas ⁊ lapidas eos qui ad te miſſi ſūt:quotiens volui cōgregare filios tuos quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub alas:et noluiſti. Ecce relinquetur vobis dom⁹ veſtra deſerta. Dico enim vobis nō me videbitis a modo:donec dicatis. Bñdictus qui venit in nomine domini. non dicit Credo. Offer. Elegerunt apl'i ſtephanū leuitam plenū fide et ſpū ſctō quem lapidauerunt iudei oꝛantē et dicentē dñe ieſu accipe ſpiritū meū allā. Secre.

SAcrificium tibi domine fidelium tuoꝛum votis oblatū ſerenus intende:vt quod dilecto martyꝛi tuo ſtephano:nichodemo/gamalieli atq; abibon hodiernam inuentionis coꝛum contulit gloꝛiam:nobis ad redēptionem pꝛoſit et gratiam. Per dñm. Cōio. Video celos apertos ⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei:domine ieſu accipe ſpiritum meum: et ne ſtatuas illis hoc peccatum quia neſciunt quid faciunt. Poſtcōmunio

EPularū tuarum alimento ſaginati te humiliter rogamus dñe de⁹ noſter: vt beati martyꝛis tui ſtephani/nichodemi/gamalielis/atq; abibō meritis nos vbiq; adiuues:quoꝛum hodie reuelationis ſolennitatem celebꝛamus. Per dñm. ¶ Sācti oſvvaldi regis et martyꝛis. Officiū.

GLoꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonaſti eum et cōſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noſter:quã admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. Oꝛatio.

Concede qͣs oꝑs deꝰ: vt bti martini cōfeſſoꝛis tui atq͛ pōtificis frequētata ſolēnitas: ad ꝑpetuā pplo tuo ꝓficiat ſalutem et quē ſepiꝰ veneramur in terris: ſēꝑ habeamꝰ patronū in celis. P. Epl'a. Ecce ſacerdos magnus. in cōi fo. x. Gr. Dn̄e ꝓueniſti eū in bn̄dictionibꝫ dulcedinis poſuiſti i capite eius coꝛonā de lapide pꝛecioſo. V. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculū ſcli. Allā. V. Hic martinꝰ pauꝑ et modicus celū diues ingredit̃: hymnis celeſtibꝰ honoratur. Euāge. Hō quidā peregre. in cōi fo x. Offer. Veritas mea ⁊ miſericoꝛdia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. Secr.

Hec oblatio dn̄e qͣs quā iterata ſancti martini cōfeſſoris tui atq͛ pontificis feſtiuitate offerimus tue maieſtati pro ſit nobis ad indulgētiā: vt per eā a noſtris liberemur pctīs: ⁊ ſacris altaribus aſtare digni efficiamur. P. Cō. Btūs ſeruꝰ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis ſuꝑ oīa bona ſua ꝯſtituet eū. Poſtcō.

Sacramēta dn̄e qͣs q̄ ſūpſimꝰ btō martino confeſſoꝛe tuo atq͛ pōtifice itercedēte: ab oī nos aduerſitate defēdāt ⁊ ꝑpetua pꝛoſꝑitate tibi ſoli ſeruire cōcedāt. P.

¶ Si iſte oct. in do. vel i ſabbato contigerit fiat de eis meō. ad miſſā abſq͛ miſſa i capl'o ¶ Scti edmūdi regis et martyꝛis. Officium.

Gloꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonaſti eū: et cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarū. Ps. Dn̄e dn̄s nr̄: q̄ admirabile eſt nomē tuū i vniuerſa terra.

Deus ineffabilis mie qui Or. btiſſimū regē edmūdū tribuiſti ꝓ tuo noīe inimicū moꝛiēdo vincere: cōcede ꝓpiciꝰ familie tue vt eo iteruenīēte mereat̃ i ſe ātiq͛ hoſtis incitamēta ſuperādo extinguere. P. Epl'a. Btūs vir q̄ inuē. in cōi fo. iiij. Gr. Poſuiſti dn̄e ſuꝑ caput eius coꝛonā de lapide ꝓcioſo. V. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei: et voluntate labioꝝ eius nō fraudaſti eum. Allā. V. Letabit̃ iuſtꝰ in dn̄o ⁊ ſꝑabit in eo ⁊ laudabunt̃ oēs recti coꝛde. Seq. Organicis. in cōi fo. iiij. Euāge. Si quis venit ad. in cōi fo. v. Offer. Glīa ⁊ honoꝛe coꝛonaſti eū ⁊ ꝯſtituiſti eū ſuꝑ opa manū tuarū dn̄e. Secr.

Hoc ſacrificiū redēptiōis noſtre qͣs oꝑs deꝰ clemēter reſpice: ⁊ itercedēte btō edmūdo rege ⁊ martire tuo pꝛo hac familia tua placatꝰ aſſume. P. Cōio. Magna ē glīa eiꝰ i ſalutari tuo: glīaꝫ ⁊ magnū decoꝛē ipones ſuꝑ eū dn̄e. Poſtcō.

Sint tibi oꝑs deus grata nr̄e ſeruitutis obſeq͛a: et hec ſācta que ſūpſimꝰ intercedēte btō edmũdo regez martyꝛe tuo: ꝓſint nobis ad capeſcẽda pꝛemia vite perpetue. Per dñm. ¶ Sc̃e cecilie virginis et martiris. Officiũ.

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulãt in lege domini. Oratio

Deus qui nos ãnua btẽ cecilie virginis tue ⁊ martiris ſolẽnitate letificas: da vt quã veneramur officio: etiã pie cõuerſationis ſequamur exẽplo. p. Epla. Dñe deus. in cõi fo. xiiii. Gr. Audi filia et vide ⁊ iclinã aurẽ tuã qꝛ cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã. V. Spẽ tua ⁊ pulcritudine tua itẽde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. Allã. V. Ueni electa mea ⁊ ponã in te thꝛonũ meũ qꝛ cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã. Seq. Exultem⁹. in cõi fo. xiiij. Euã. Sĩle eſt re. ce. the. i cõi fo. xiiij. Offer. Offerẽtur regi virgies poſt eã ꝓxime eius offerẽt tibi. Sec.

Preſta q̃s oĩps et miſericoꝛs de⁹: vt ſicut diuina offerimus i ſctẽ cecilie ṽgis tue ⁊ martiris ſolẽnitate ſacramẽta: ſic indulgẽtie tue largitatẽ pijs ei⁹ pꝛecib⁹ aſſequamur. p. Cõ. Cõfundant ſuꝑbi qꝛ iĩuſte iĩq̃tatẽ fecerũt i me: ego aũt i mãdatis tuis exercebar i tuis iuſtificationib⁹ ⁊ nõ cõfũdebar. Poſtcõ

Sacramẽtoꝝ tuoꝝ dñe ꝑticipes effecti iploꝛam⁹ clementiã tuã: vt btẽ cecilie virgis tue et martiris iteruẽtu peccatoꝝ nroꝝ veniã cõſeq̃ mereamur. p. ¶ Sc̃i clemẽtis pape ⁊ martiris. Offm.

Dixit dñs ſermones mei q̃s dedi i os tuũ nõ deficiẽt de oꝛe tuo adeſt eni nomen et munera tua accepta erunt ſuper altare meum. ps. Dñe exaudi oꝛationem meam: et clamoꝛ meus ad te veniat. Oꝛatio.

Deus q nos ãnua bti clemẽtis martiris tui atq; põtificis ſolẽnitate letificas. cõcede ꝓpici⁹: vt cui⁹ natalicia colim⁹ virtutẽ quoq; paſſionis imitemur. p Memoꝛia de ſctã felicitate ṽgie. Oꝛ

Preſta q̃s oĩps de⁹: vt btẽ felicitatis martiris tue ſolẽnia recẽſentes meritis ipſi⁹ pꝛotegamur et pꝛecibus. Per dominũ. Epla. Ad philippenſes iiij. capi.

Fratres: Rogo vos cariſſimi et deſideratiſſimi: gaudiũ meũ ⁊ coꝛona mea: ſic ſtate in dño cariſſimi. Rogo euchodiã et ſynthicẽ depꝛecoꝛ idipſũ ſapere in dño Etiã rogo te germane cõpar adiuua eas q̃ mecũ laboꝛauerũt in euãngelio cũ clemẽte ⁊ ceteris adiutoꝛib⁹ meis. Quoꝝ noĩa ſũt in libꝛo vite. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es ſacerdos in eternũ ſecundũ oꝛdinem melchiſedech. V. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Allã. V. Iſte ſctũs digne i memoꝛiã vertit hoim q ad gaudia tranſiuit angeloꝝ. Seq. Oꝛganicis. in cõi fo. iiij. Euã. Hõ q̃dã no. i cõi fo. v Offer. Inueni dd ſeruũ meũ ⁊ i oleo ſctõ vnxi eũ manus eni mea auxiliabit ei ⁊ bꝛachiũ meũ cõfoꝛtabit eũ. Sec.

Pro paſſione bti clementis martiris tui atq; põtificis gratãter tibi dñe mun⁹ offerim⁹: qꝛ ſicut eũ ſentimus in te viuere glioſũ ſic ꝓ nobis interuenire cõfidim⁹. p. Alia ſec. de ſctã felicitate.

Munera tibi dñe pꝛo ſctẽ felicitatis glioſa ſolẽnitate deferimus obſecrãtes: vt q̃ nobis huius celebꝛitatis effectũ: et cõfeſſione dedicauit et ſãguine: mi ſerationis tue cõtinuũ īploret auxiliũ. P. Cõ. Beñs ſeruꝰ quẽ cũ venerit dñs īuenerit vigilantẽ: amen dico vobis ſuper oĩa bona ſua cõſtituet eũ.

PVrificent nos dñe Poſtcõ. q̄s et diuini ꝑceptio ſacramẽti: et glioſa deꝑcatio btĩ clemẽtis martiris tui atq; põtificis. P.

Alia pꝰcõio de ſancta felicitate.

HEc dñe ſacramenta ſumentes q̄s: vt intercedente beata felicitate martire tua vite eterne in nobis nutriant alimenta. P.

¶ Sancti griſogoni mar. Offĩm

GLoria ⁊ honore coronaſti eum et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noſter: q̄ admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Oratio.

ADeſto dñe ſupplicationibꝰ nr̃is vt qui ex iniq̄tate nr̃a reos nos eſſe cognoſcimꝰ: beati griſogoni martyris tui interceſſione liberemur. P. Epla. Beatꝰ homo qui īuenit. in cõi fo. I. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronã de lapide precioſo. V. Deſideriũ anime eius tribuiſti ei: et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Allã V. Beatus vir qui ſuffert tentationẽ q̄m cũ probatus fuerit accipiet coronã vite. Euange. Qui vos audit in cõi fo. iiij. Offr. Gloria et honore coronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum dñe. Secr.

MUnera nr̃a q̄s dñe ſincero vultu ſuſcipe vt intercedẽte btõ griſogono martyre tuo criminũ nr̃oꝝ contagia cũcta expurgẽt. P. Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius coronã de lapide ꝑcioſo. Poſtcõ.

ANnue q̄s dñe: vt miſterijs tuis recreati: ſãcti q̄q; griſogoni martyris tui ſemper muniamur auxilijs. Per dñm.

¶ Sancte katherine virginis ⁊ martiris. Offĩ.

ME expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis cõſummationis vidi finem: latũ mandatũ tuum nimis. Ps. Beati imaculati in via qui ambulãt in lege dñi. Or.

OMnipotens ſempiterne deus qui corpus glioſe virginis tue katherine in monte ſynai ab angelis deferri iuſſiſti: cõcede queſumꝰ: eius obtentu nos ad arcem virtutũ prouehi: vbi viſionis tue claritatis mereamur intueri. Per. Epla. Confitebor tibi. in cõi fo. xiij. Gr. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende proſpere ꝓcede et regna. V. Propter veritatem ⁊ mãſuetudinem et iuſticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Loquebar de teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ et nõ cõfũdebar dñe. Seq̄.

ODas hac in die letas: xp̄o canit oĩs etas corde voce fidibus. Omnẽ ſpectat ad etatẽ katherine dignitatẽ cumulare laudibus. Hec eſt illa coſti nata cuiꝰ ortu decorata gloriat᷑ grecia. Hec eſt que mnã ſibi datam xp̄o reddit duplicatã oris eloquẽtia. Scolis vacãs artes diſcẽs altiora concupiſcẽs: ſtudet euãgelio. Duo legens teſtamẽta vite videt alimẽta: xp̄m in preſepio. Cibo dulci refouet quo plus guſtat plus augetur: ſanctũ deſideriũ. Cibo cõfortatur iſti: ſe cõfigens cruci chriſti currit ad martiriũ. Rex hic terret hinc blãditur hec nõ timet nec lenitur: pre mẽtis cõſtantia. Hinc terrores vt fauille/ hinc res ſerui vel ancille ſpernũtur vt vilia. Sapientes ſuperant credũt xp̄o flãmis dant̃ ſed nec perit fimbꝛia. Carceratur virgo ceſa: viſitat̃ fit illeſa ſuperũ pꝛeſẽtia. Quã regina dñi ſolat̃: ad certamẽ inuitatur fauet quãs coꝛonat̃ certat die tercia. A columba dñi cibat̃ virgo rota fabꝛicat̃ oꝛat nexus diſſipat̃: ſternit̃ plebs impia. Tot triũphans in toꝛmẽtis ad ſupna cũ ducẽtis pꝛemittit poꝛphiriũ. Impetrato quicquid oꝛat: ferit lictoꝛ lac irroꝛat ferientis gladiũ. Coꝛp⁹ celit⁹ ſublatũ eſt in ſyna tumulatũ tũba manat oleũ. Syna ſignis illuſtrat̃ celũ ſibi gloꝛiat̃ addi ſydus aureũ. Virgo ſydus honeſtatis dux ⁊ decus pꝛobitatis: xp̃i reos maieſtatis xp̃o recõcilia tuas virtutũ via moꝛũ flos odoꝛis odoꝛ floꝝ nos tuere nos celoꝝ transfer ad palatia. Euãge. Simile eſt re. ce. theſ. in cõi ſo. xv. Offer. Filie regum in honoꝛe tuo aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.

Sec̃. Suſcipe q̃s dñe ꝓpici⁹ oblatiões tuoꝝ fideliũ quas tibi in honoꝛe ſctẽ katherine virginis tue et martyꝛis hodierna ſolẽnitate letãter offerimus ſicq̃ nobis ipſa intercedẽte per hoc ſacrificiũ placatus adeſto: vt nos ⁊ a periculis hui⁹ vite clemẽter eripias: et a pctis oib⁹ miſerat⁹ abſoluas. P. Cõio. Simile eſt regnũ celoꝝ hoi negociatoꝛi q̃rẽti bonas margaritas: inuẽta vna p̃cioſa margarita dedit oia ſua ⁊ cõparauit eã. Poſtcõ.

Da q̃s dñe per hec ſãcta que ſumpſimus ꝑplo tuo ſalutẽm mentis et coꝛpoꝛis: et intercedente btã katherina virgine tua et martyꝛe in cui⁹ honoꝛe letamur perpetuis conſolationibus tuoꝛũ reple coꝛda fideliũ: vt diuina ꝓtectione releuati: et pia tibi deuotione complacẽãt: et tua ſemper beneficia conſequant̃. P.

C Sancti lini pape et mar. offi.

Sacerdotes tui dñe induãt iuſticiam: ⁊ ſcti tui exultẽt ꝓpter dauid ſeruũ tuũ nõ auertas faciẽ chriſti tui. Ps. Memẽto dñe dauid: et ois manſuetudinis eius. Oꝛatio.

Deus qui ſanctã nobis huius diei leticiam pꝛo cõmemoꝛatione beati lini martiris tui atq̃ põtificis feciſti adeſto familie tue pꝛecibus: ⁊ da vt cuius hodie feſta celebꝛamus: eius meritis et intercesſionibus adiuuemur. Per do. Epl'a. Omnis pontifex. in cõi ſo. v. Gr. Inueni dauid ſeruum meũ oleo ſancto meo vnxi eum: manus eni mea auxiliabitur ei/ et bꝛachium meum confoꝛtabit eum. V⁹. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ nocebit eum. Allã. V. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotem magnum in populo ſuo. Euangelium. Homo quidam nobil. in cõi ſo. v. Offer. Inueni dauid ſeruũ meum: et in oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei et bꝛachium meum confoꝛtabit eum. Secreta.

Intende ꝓpici⁹ q̃s dñe oblata tibi hec muneras deꝓcatione bti lini martiris tui atq̃ põtificis in cui⁹ ca cõmemoꝛatiõe deferimus noſi ꝓ nos eadẽq̃ ſctifica. Per. Cõ. Btũs ſeru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis ſup oia bona ſua cõſtituet eũ. Poſtcõio.

Sumpſimus domine in ſcti martyꝛis tuis atq̃ pontificis lini ſolennitate celeſtia ſacramenta: cui⁹ ſuffragijs q̃s largiaris: vt quod tẽpoꝛaliter gerimus eternis gaudijs cõſequamur. P.

C Explicit ſanctoꝛale.

¶ Incipit cōe sāctoꝝ. In vigilia vnius ap̄li siue euāgeliste Offi͞m.

Ego sicut oliua fructificaui in domo dn̄i: speraui in mia dei mei et expectabo nomen tuū q̄m bonū est ante cōspectū sctōꝝ tuoꝝ. ps. Quid gliaris in malicia: qui potēs es i iniq̄tate. Or.

Quesumus om̄ps deus: vt nostra deuotio q̄ natalicia beati N. ap̄li tui antecedit: patrocinia nobis intercessione eius accumulet. Per dominū nostrum. Lectio libri sapie. Ecclastici. xlv

Benedictio dn̄i super caput iusti: ideo dedit illi hereditatē/ et diuisit illi partē in tribubus duodeci/ ꝛ inuenit gratiā in cōspectu oīs carnis. Et magnificauit eū in timore inimicoꝝ: ꝛ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū i ꝯspectu regū: ꝛ ostēdit illi gloriā suā. In fide et lenitate ip̄si⁹ sanctū fecit illū: et elegit eū ex oīm carne. Et dedit illi cor ad precepta et legē vite et discipline: et excelsū fecit illū. Statuit ei testamentū eternū: ꝛ circūcinxit eū zona iusticie. Et induit eum dn̄s: corona glorie. Lectio libri sapientie Prouerbioꝝ. iij. c.

Beatus homo qui iuenit sapientiā: et q̄ affluit prudentia. Melior est acq̄sitio eius negociatione argenti et auri: p̄mi et purissimi fruct⁹ ei⁹. Preciosior est cūctis opibus sapiētia: et oia que desiderant huic nō valent cōparari. Longitudo dierū in dextera eius: ꝛ in sinistra illius diuitie et glīa. Vie eius vie pulchre et om̄s semite illius pacifice. Lignū vite est his qui apprehenderint eā: ꝛ qui tenuerit eam beat⁹. Dn̄s sapientia fundauit terraz: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illius eruperūt abyssi: et nubes rore ꝯcrescunt. Gr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. ℣ Ad annūciandū mane misericordiā tuā: et veritatem tuā per noctem. Si dn̄ica fuerit dicatur vnū Allā. de cōmuni apostoloꝝ. Scd̄m iohannē. xv. c.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnē palmitē in me non ferentem fructum: tollet eum. Et oēm qui fert fructū purgabit eū vt fructū plus afferat. Iam vos mundi estis: ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis. Manete in me: et ego i vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso nisi māserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū multū/ qꝛ sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittet foras sicut palmes/ et arescet. Et colligēt eū: et in ignē mittent et ardet. Si manseritis in me/ et verba mea in vobis māserint: quodcūqꝫ volueritis petetis: et fiet vobis. Scd̄z iohēm. xv

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis Ego sum vitis: vos palmites Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructum multū: qꝛ sine me nichil potestis facere Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes/ et arescet. Et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manſeritis in me et verba mea in vobis manſerint: quodcūqȝ volueritis petetis/et fiet vobis. Offer. Glia et honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuarū dñe. Se

Accepta tibi ſit dñe nr̄e deuotionis oblatio: et ad apoſtolicā puriores nos faciat venire feſtiuitatē. Per. Prefatio qtidiana. Cōio Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriā et magnū decorē impones ſuper eū domine. Poſtcōio

Preſta nobis eterne largitor eius vbiqȝ pia protegi oratione: cuiuſ natalicia per hec ſancta que ſūpſimus: votiuo preuenimus obſequio. Per dominū

¶ In die vnius apoſtoli. Offm.

Michi autē nimis honorati ſunt amici tui deꝰ nimis ꝯfortatꝰ eſt principatꝰ eoꝝ. In tp̄e paſchali. allā. Ps. Dñe probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā et reſurrectionem meā. Gloria. Oratio.

Exaudi dñe populū tuū cū ſācti apoſtoli tui N. patrocinio ſupplicantē: vt tuo ſemper auxilio munitus: ſecura tibi poſſit deuotiōe ſeruire. Per. Lectꝰ ep̄le beati pauli apli. Ad epheſios. ij.

Fratres: Jam nō eſtis hoſpites et aduene: ſed eſtis ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei/ſuperedificati ſuper fundamentū apoſtoloꝝ et ꝓphetarū ipſo ſūmo angulari lapide xp̄o ieſu. In quo oīs edificatio cōſtructa: creſcit in templū ſanctū in dño. In quo ꝛ vos coedificamini in habitaculum dei: in ſpiritu ſancto.

Lectio actuum apoſtolorum. v.c

In diebus illis: Per manꝰ apl'oꝝ fiebant ſigna et prodigia multa in plebe: et erāt oēs vnanimiter i porticu ſalomōis. Ceteroꝝ autē nemo audebat cōiungere ſe illis: ſed magnificabat eos populs. Magis aūt augebatur credentiū in dño multitudo viroꝝ ac mulierū: ita vt in plateis eiicerent infirmos/et ponerēt in lectulis et grabatis vt veniēte petro ſaltē vmbra illius obūbraret quēqȝ illoꝝ/et liberarent ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autē multitudo vicinarū ciuitatum hieruſalē: afferentes egros et vexatos a ſpiritibꝰ imundis: q curabant omnes. Gr. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus eſt prīcipatus eoꝝ. V. Dinumerabo eos ꝛ ſuper arenā multiplicabuntur. Gr. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eorum: et in fines orbis terre verba eoꝝ. V. Celi enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius annūciat firmamentū. Gr. Conſtitues eos principes ſup oēm terram: memores erunt nōis tui dñe. V. Pro patribꝰ tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea pp̄li ꝯfitebūtur tibi. Alleluya. V. Nimis honorati ſunt amici tui deꝰ nimis cōfortatus eſt principatus eoꝝ. Allā. V. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ et in fines orbis terre verba eoꝝ. Allā. V. Per manus autē apl'oꝝ fiebant ſigna ꝛ ꝓdigia multa in plebe. Allā. V. Nō vos me elegiſtis ſed ego elegi vos et poſui vos vt eatis et fructū afferatis et fructꝰ veſter maneat. Infra lxx. tx.

Beatus vir qui timet dñm: i mādatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit ſemen eiꝰ: generatio rectoꝝ bñdicet. V. Glia ꝛ diuitie in domo eiꝰ: ꝛ iuſticia eiꝰ manet in ſclm ſcli.

Clare ſanctorū Sequētia.
ſenatus apoſtolorū prin=

ceps oꝛbis terraꝝ rectoꝛqꝫ regnorum. Eccleſiarū moꝛes et vitam moderare. Que per doctrinā tuā fideles ſunt vbiqꝫ. Antiochus et romus cōcedunt tibi petre regni ſolium. Tyꝛannidē tu paule alexandrinā inuaſiſti greciā. Ethiopes hoꝛridos mathee agnelli vellere. Qui maculas neſciat aliq̄s veſtiſti candido. Thoma bartholomee iohānes philippe ſymon. Iacobiqꝫ pariles andꝛea thadee dei. Bellatoꝛes incliti. En vos oꝛiens et occidens. Immo teres mundi circulus Se patres habere gaudet et expectat iudices. Et idcirco mundus omīs laudes vobis et honoꝛem ſanctis debitum ſupplex impendit. Sequentia.

Alleluya nunc decātet vniuerſalis eccleſia. Extollendo laude celſa apoſtoloꝝ p̄conia. Quoꝝ pꝛinceps per crucē ſcādit petrus alta poli culmina Doctoꝛ oꝛbis triumphat ſub nerone vrbe ī romulea. Crux andꝛee digna confert pꝛemia. Iacobus vterqꝫ nitēt laurea. Egeas illū/hos iudaica gens tranſmiſit ad ethera Sunt matheo ſunt iohanni collata. Duo clara gratiarū munera. Hyꝛtacus illū necat/hunc ſuas ieſus vocat ad epulas Philippus chꝛiſti gratia docens pꝛedicat in ſithia. Thomas cōfoſſus lancea curſum cōſūmat in india. Symon et iudas dum ſacra perſis oſtendunt monita Fuſus ſanguis ābos ſtola perluſtrauit purpurea. Bartholomeus dat indis vite dogmata. Mathie culmē dedit ſoꝛs apoſtolica. Plaudat ergo tellus/plaudat celoꝛū curia. Et hac die ſacra plaudat pꝛeſēs familia. Honoꝛando ſacroſācta apoſtoloꝛū merita. Hi ſunt candelabꝛa ante deum lucentia. Hi p̄lati celſa ſūmi regis in curia. Hi ſal terre/hi lux mundi/hi clara celi lumina. Iam palma iā coꝛona iā pꝛomiſſa olim mēſa illis eſt appoſita. O q̄ta q̄p̄clara iam iocunda celebꝛant illoꝝ ſolēnia. His noſtra ſint ſolēnia. Sint vota ſint pꝛeconia. Sint grata laudū carmina. Scdm iohannē. xv.

In illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit: ſcitote quia me pꝛioꝛē vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mūdus quod ſuum erat diligeret. Quia vero de mūdo non eſtis: ſed ego elegi vos de mundo/ꝓpterea odit vos mūdus. Mementote ſermonis mei quē ego dixi vobis: non eſt ſeruꝰ maioꝛ dn̄o ſuo. Si me perſecuti ſunt: et vos perſequent̄. Si ſermonē meū ſeruauerūt: et veſtrū ſeruabūt. Sed hec oīa faciēt vobis ꝓpter nomen meū: qꝛ neſciūt eū q̄ miſit me. Si nō veniſſē et locutus fuiſſē eis: pctm̄ nō haberēt Nūc aūt excuſationē non habēt de pctō ſuo. Qui me odit: ⁊ patrē meū odit. Si opa nō feciſſē in eis que nemo aliꝰ fecit: pctm̄ non haberent. Nūc aūt et viderūt ⁊ oderunt: et me et patrē meū. Sed vt adipleat̄ ſermo qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt: quia odio habuerūt me gratis. Secūdū matheum. x.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in medio lupoꝝ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: et ſimplices ſicut columbe. Cauete autē ab hoībus. Tradent enim vos in conſiliis: et in ſynagogis ſuis flagellabūt voſ: et ad reges et preſides ducemini propter me in teſtimoniū illis ꝛ gentib⁹. Cū aūt tradēt vos: nolite cogitare quō aut quid loquamini. Dabit̄ eni vobis in illa hora: qđ loqmini. Nō eni vos eſtis qui loqmini/ſed ſpūs patris vr̄i qui loquit̄ in vobis. Tradet aūt frater fratrē in mortē: et pater filium. Et inſurgent filij in parentes: ꝛ morte afficient eos. Et eritis odio oībus hoībus: propter nomen meū. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit. Secundū matheum xix. ca.

IN illo tp̄e: Dixit ſymon petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimus oīa: et ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis ꝙ vos qui ſecuti eſtis me/in regeneratione cū ſederit filius his in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis et vos ſup ſedes duodecī/iudicantes duodecī tribus iſrael. Et oīs qui reliqrit domū vel fratres/aut ſorores/aut patrē/aut matrem/aut vxorē/aut filios/aut agros propter nomen meū: centuplū accipiet/et vitam eternam poſſidebit. Secundum matheum. xvi. c.

IN illo tēpore: Venit ieſus in partes ceſaree philippi: et interrogabat diſcipulos ſuos dicēs. Quē dicūt hoīes eſſe filiū hoīs? At illi dixerūt. Alij iohēm baptiſtā: alij aūt helyā/alij vero hieremiā/aut vnū ex prophetis. Dicit illis ieſus. Vos aūt quem me eſſe dicitis? Reſpondēs autē ſymon petrus: dixit Tu es xp̄s filius dei viui. Reſpōdens autē ieſus: dixit ei. Beat⁹ es ſymon bar iona/qꝛ caro et ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus ꝗ in celis eſt. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et ſup hanc petrā edificabo eccleſiā meā. Et porte inferi: non preualebūt aduerſus eā. Et tibi dabo: claues regni celoꝝ. Et quodcūq; ligaueris ſup terram: erit ligatū et in celis. Et qđcūq; ſolueris ſup terrā: erit ſolutū et in celis. Secundum lucam. xxij.

IN illo tp̄e: Facta eſt contentio inter diſcipulos ieſu: qs eoꝝ videret̄ eſſe maior. Dixit autem eis. Reges gentiū dominantur eoꝝ: et qui poteſtatē habent ſuper eos/benefici vocant̄. Vos autē non ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut iunior. Et qui preceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nā qs maior eſt qui recūbit an ꝗ miniſtrat? Nōne qui recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſum: ſicut ꝗ miniſtrat. Vos autē eſtis ꝗ permanſiſtis mecū in tentationib⁹ meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater me⁹ regnū vt edatis et bibatis ſup menſam meā in regno meo/et ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecī tribus iſrael. Offr̄. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Offr̄. Conſtitues eos pricipes ſup oēm terrā: memores erūt nois tui in omī progenie et generatione. Offr̄. Michi aūt nimis honorificati ſunt amici tui deus nimis ꝯfortat⁹ eſt pncipat⁹ eoꝝ. In tp̄e paſc. allā. Se.

BEati apl̄i tui. N. dn̄e ſolennia recenſentes qs: vt eius auxilio tua beneficia capiam⁹ p quo tibi hoſtias laudis offerim⁹. Per. Prefatio. Et te do. Cōio. Vos qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſup ſedes iudicantes duodecī tribus iſrael dicit dn̄s. In tp̄e paſc. allā al. P⁹ co.

Tuere nos miſericors deus per hec ſancta que ſumpſimus:et beati apl'i tui N.cui⁹ natalicia celebram⁹:ſemper guberna preſidijs.Per dūm. ¶ In natali vnius euangeliſte. Officiū.

Os iuſti meditabitur ſapientiā et lingua ei⁹ loquetur iudiciū lex dei ei⁹ in corde ipſi⁹. ps. Noli emulari in malignantibus:neq zelaueris facientes iniquitatem. Oro.

Interueniat pro nobis dñe q̄s ſanctus tuus N. euãgeliſta:qui crucis mortificationē iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominū. Lectio ezechielis pphe. i.c

Similitudo vult⁹ quattuor animaliū:facies hōis et facies leonis a dextris ipſorū quattuor. Facies aūt bouis a ſiniſtris ipſorū quattuor. Et facies aquile:deſuper ipſorū quattuor Et facies eorū et penne eorū:extēte deſuper. Due penne ſingulorū iūgebant:ꝛ due tegebāt corpora eorū Et vnūquodq eorum:corā facie ſua ābulabat Ubi erat impet⁹ ſpūs illuc gradiebant:nec reuertebantur cū ambularēt. Et ſimilitudo aīaliū et aſpectus eorū:quaſi carbonum ignis ardentiū / et quaſi aſpectus lāpadarū. Hec erat viſio:diſcurrēs in medio animaliū Splēdor ignis:et de igne fulgur egrediēs. Et aīalia ibant et reuertebant:in ſimilitudinē fulguris choruſcantis. Gr. Os iuſti meditabit ſapientiā: et lingua eius loquet iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipſius et nō ſupplantabunt greſſus ei⁹. Allā V. Primus ad ſyon dicet ecce aſſum:ꝛ hieruſalem euangeliſtā dabo. Sequētia.

Laus deuota mēte choro cōcinātē xp̄o ſit cū gl'ia Qui euangeliſtas veri dogmatiſtas inſigniuit gratia. Quiq ſuo more luce cū fulgore dat per orbis climata. Tales dn̄s elegit per quos iā ſubegit hereſes et ſciſmata Ut his bini fōtes valles atq mōtes irrigantes flumine Orti paradiſo mundū indiuiſo illuſtrātes lumine. Illos per bis bina viſio diuina ſignat aīalia A quibuſdā viſa formis tūc diuiſa geſtu ſed equalia. Pēnis decorata terris eleuata cum rotis euntia. Facie ſerena oculorū plena verbi dei annūcia. In his poſſunt cerni anuli caterni quibus archa vehit. Quorum dogma ſanū per ſamaritanū circūquaq ſeritur. Tali quaſi plauſtro mulier ab auſtro ſalomonē adyt. In hac ceu quadriga agn⁹ eſt auriga q̄ p̄ nobis obyt. Iſtis in his binis caput eſt et finis xp̄s cōplens oīa. Horū documētis horum inſtrumētis florēs ſtat eccleſia. Horū nos precatu mortis a reatu ſoluat xp̄i gratia. Horū vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celeſtia. Secundū lucam. x.

In illo tēpore: Deſignauit dn̄s et alios ſeptuagintaduos:ꝛ miſit illos binos ante faciē ſuā / in oēm ciuitatē et locū quo erat ipſe ventur⁹ Et dicebat illis Meſſis quidē multa:operarij aūt pauci Rogate ergo dn̄m meſſis: vt mittat operarios in meſſē ſuā Ite. Ecce ego mitto vos:ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculū neq peram neq calciamenta:et neminē per viā ſalutaueritis. In quācūq domū intraueritis:primum dicite. Par huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illū pax vr̄a. Si autē ad vos reuertet. In eadem aūt domo manete edentes ꝗ bibentes: que apud illos ſunt. Dignus eſt enī opari⁹: mercede ſua. Credo. In tp̄e paſchali. Euāg. Ego ſum vitis vera. vt ſ. fol. i. Offer. Poſuiſti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioſo: vitā petijt a te ꝗ tribuiſti ei allā. et finiat̄ cū allā. q̄ ſi cūqꝫ dicitur extra lxx. Secreta.

Donis celeſtibus da nobis q̄s dn̄e libera mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniēte beato N. euangeliſta et medicinā nobis operent̄ et veniam. Per. Prefatio. Et te dn̄e. Non dꝫ in hac p̄fatiōe Per btōs euāgeliſtas. ſed Per btōs apl'os. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriā et magnū decorē impones ſuper eum domine. Poſtcōio.

Preſta q̄s oīps deus: vt id quod de ſancto altari percepimus: precib⁹ bti euangeliſte tui N. ſaluificet aīas nr̄as per qđ ſemper tuti eſſe poſſum⁹. Per.

¶ In natali vni⁹ martyris. Offm.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur plantat⁹ in domo dn̄i in atrijs dom⁹ dei noſtri. ps. Bonū eſt confiteri domīo: et pſallere nomini tuo altiſſime. Aliud officium.

Iuſtus non cōturbabitur quia dominus firmat manū eius tota die miſeretur et cōmodat et ſemen eius in benedictiōe erit in eternū conſeruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Offm.

Gloria et honore coronaſti eum: et conſtituiſ eum ſup opera manuū tuarum. ps. Domine dominus noſter: q̄ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. Officium.

In virtute tua dn̄e letabitur iuſtus et ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſideriū anime eius tribuiſti ei. ps. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Aliud officium.

Letabitur iuſtus in domino et ſperabit in eo/ et laudabunt oīs recti corde. In tp̄e paſchali. allā allā. ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Aliud officiū.

Protexiſti me deus a cōuentu malignantiū alleluya. a multitudie operantiū iniquitatem allā alleluya. ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris: et interceſſione beati N. martyris tui perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per dominū no.

Lcō libri ſapie. Eccli. xiiij. et xv

Beatus vir qui in ſapiētia morabit̄: et qui in iuſticia meditabit̄/ et in ſenſu cogitabit circūſpectionē dei. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua ſapiētie ſalutaris potabit illū. Et firmabit̄ in illo et non flectetur: et cōtinebit illum et non cōfundetur/ et exaltabit illum apud proximos ſuos. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noſter. Pauli. Ad epheſios. i. cap.

Fratres: Benedictus deus et pater dñi noſtri ieſu xp̄i qui benedixit nos in om̄i benedictione ſpūali in celeſtibus in chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionē: vt eſſemus ſancti et īmaculati in conſpectu eius in caritate. Qui predeſtinauit nos in adoptionē filiorū per ieſū xp̄m in ipſū ſcd̄m ꝓpoſitū voluntatis ſue in laudē gratie ſue in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionē per ſanguinē eiꝰ remiſſionem pctōꝝ: ſcd̄m diuitias gratie ſue que ſuperabūdauit in nobis Per ieſum chriſtū: dñm noſtrū.

Lectio, libri ſapiētie. Eccſa.xxxi

Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula: et qui poſt aurū non abijt/nec ſperauit in theſauris pecunie. Quis eſt hic/et laudabimus eum? Fecit eni mirabilia: in vita ſua. Qui probatꝰ eſt in illo et perfectus inuētꝰ eſt: et erit illi gloria eterna. Qui potuit tranſgredi et non eſt tranſgreſſus: et facere mala et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illiꝰ in dño: et elemoſinas illius enarrabit/omnis eccleſia ſanctorum.

Pauli Ad tymotheum. ij. iiij. c.

Cariſſime: Teſtificor coraȝ deo et ieſu xp̄o qui iudicaturus eſt viuos et mortuos: et ꝑ aduentū ipſius et regnum eius. Predica verbū: inſta oportune importune. Argue/obſecra/increpa: in om̄i patientia et doctrina. Erit eni tp̄s cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidē auditū auertent: ad fabulas aūt ꝯuertent. Tu v̄o vigila: in oibꝰ labora/opus fac euāgeliſte/miniſteriū tuū imple/ſobriꝰ eſto. Ego eni iā delibor: ꝯ tp̄s mee reſolutiōis inſtat. Bonū certamen certaui: curſū ꝯſūmaui/fidē ſeruaui. De reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie: quā reddet michi dñs i illa die iuſtꝰ iudex. Nō ſolū aūt michi: ſꝫ et his q̄ diligūt aduētū eius. Ad tymotheū. ij. ij.

Cariſſime: Nemo militans deo: īplicat ſe negocijs ſecularibꝰ: vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. Nā et qui certat in agone: nō coronabit̃ niſi qui legitime certauerit Laborātē agricolā: oportet primū de fructibus accipere. Intellige que dico: dabit eni tibi dñs in oībus intellectū. Memor eſto igit̃ ieſuꝫ xp̄m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemie dauid ſcd̄m euāgeliū meū in quo laboro vſq; ad vincula quaſi male operans: ſed verbū dei non eſt alligatū. Ideo oīa ſuſtineo ꝓpter electos: vt ꝯ ipſi ſalutē ꝯſequant̃ q̄ eſt in xp̄o ieſu: cū glīa celeſti. Ad galathas. v. c.

Fratres: Confido de vobꝫ in dño: ꝙ nichil aliud ſapietis. Qui aūt cōturbat vos: portabit iudiciū q̄cūq; eſt ille. Ego autē fratres ſi circūciſionē predico: quid adhuc perſecutionē patior? Ergo euacuatū eſt ſcandalum crucis. Utinā et abſcidātur: qui vos cōturbant. Quicūq; eni volūt placere in carne: hi cogūt vos circūcidi tantū vt crucis xp̄i perſecutionē nō patiant̃. Neq; ei qui circūcidunt̃ legē cuſtodiūt: ſed volunt vos circūcidi: vt i carne veſtra glorient̃. Michi aūt abſit gliari: niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i. Per quē michi mundus crucifixus eſt et ego mūdo. Gr. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius coꝛonā de lapide pꝛecioſo. ℣. Deſideriū aīme eius tribuiſti ei: et volūtate labioꝛū ei⁹ nō fraudaſti eū. Gr. Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit ſemen eius: generatio rectoꝝ benedicet. Gr. Juſtus nō cōturbabitur: qꝛ dn̄s firmat manū eius. ℣. Tota die miſeret et cōmodat et ſemen eius in benedictiōe erit. Gr. Juſtus vt palma floꝛebit ſicut cedꝛus libani multiplicabitur in domo dn̄i. ℣. Ad annūciandū mane miam tuā: ⁊ veritatē tuā per noctē. A llā. ℣. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius: coꝛonā de lapide pꝛecioſo. Allā. ℣. Letabit iuſtus in dn̄o et ſperabit in eo: ⁊ laudabunt oēs recti coꝛde. Allā. ℣. Beūs vir q̄ ſuffert tētationē: qm̄ cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet coꝛonā vite. Allā. ℣. Beat⁹ vir qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis Allā. ℣ Gloꝛia et honoꝛe coꝛonaſti eū dn̄e et cōſtituiſti eū ſuꝑ opera manuū tuarū. Allā. ℣. Juſtus nō cōturbabit qꝛ dn̄s firmat manū eius. Tractus.

DEſideriū aīe eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labioꝛū eius nō fraudaſti eum. ℣. Qm̄ pꝛeueniſti eū in benedictiōe dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſuꝑ caput eius coꝛonam de lapide pꝛecioſo

ORganicis canam⁹ Sequētia modulis nunc N. ſolennia Digenis dn̄o vocibus reddētes odas debitas. Qui in ſuis ſanctꝫ mirabilis nimis multiplici virtutū floꝛe eoſdē decoꝛat ac mirifice adoꝛnat. Nam et in ipſis quaſi ī quibuſdā muſicis inſtrumētis digito ꝓpꝛio fides agitat fides virtutū ſonoꝛa. Has numeroſe percurrens ſingulas. Permiſcet ſingulis dyateſſeron melliſluam melodiā. Quā generat virtutū mater illa. Que aliīs decētter cōpoſita reddit ſuauē ſymphoniā. Qua ſine cūcta fiūt diſſona Nec nō et friuola. Qua cū oīa fiūt ꝯſona. Nec nō vtilia. Qua iuſti bñ Moꝛati rite Petētes excelſa poli ſydera. Alacres decātāt noua cātica ī cythara tercia. Quoꝝ agētes feſta conſoꝛtia mereamur in celeſti patria. Secundū iohannem. xij.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: niſi granū frumenti cadēs in terrā moꝛtuū fuerit/ ipſū ſolū manet. Si aūt moꝛtuū fuerit: multū fructum affert Qui amat aīam ſuā: perdet eā. Et qui odit aīam ſuā in hoc mūdo: in vitam eternā cuſtodit eā. Si q̄s michi miniſtrat: me ſequat̄. Et vbi ſum ego: illic et miniſter me⁹ erit. Si q̄s michi miniſtrauerit: honorificabit eū pater me⁹ / qui eſt in celis. Secundum lucam. x.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit: me audit. Et qui vos ſpernit: me ſpernit. Qui autē me ſpernit: ſpernit eū qui me miſit Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo: cū gaudio dicētes. Dn̄e/ etiā demonia ſubiciuntur nobis: in nomie tuo. Et ait illis. Videbam ſathanā: ſicut fulgur de celo cadentē. Ecce dedi vobis poteſtatē calcādi ſupꝛa ſerpentes et ſcoꝛpiones: et ſupꝛa oēm virtutē inimici/ et nichil vobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus vobis ſubiciuntur. Gaudete autē q̄ nomina veſtra: ſcripta ſunt in celis. Scd̄m matheum. xvi.

IN illo tēpoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si q̄s vult poſt me venire: abneget ſemetipſū et tollat crucē ſuā/et ſequat̄ me. Qui enī voluerit aīam ſuā ſaluā facere: perdet eam. Qui aūt perdiderit animā ſuā ꝓpter me: inueniet eam. Quid enī prodeſt homini ſi vniuerſū mundū lucret̄: anime vero ſue detrimentū patiat̄? Aut quā dabit homo cōmutationē ꝓ pro anima ſua? Filius enī hominis venturus eſt in gloria patris ſui cū angelis ſuis: ꝛ tunc reddet vnicuiq; ſecundū oꝑa eius Amen dico vobis: ſunt quidā de hic ſtātibus qui nō guſtabūt mortē/donec videant filiū hois venientē in regno ſuo. Scđm lucam. xiiij

IN illo tēpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis Si quis venit ad me et non odit patrē ſuū ꝛ matrem et vxorē et filios ꝛ fratres ꝛ ſorores/adhuc autē et aīam ſuā: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulus Et q̄ nō baiulāt crucē ſuā ꝛ veīt poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enī ex vobis volēs turrim edificare: nōne prius ſedens cōputat ſūptꝰ qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiēdū? Ne poſtea q̄ poſuerit fundamentū et nō potuerit perficere: oēs qui viderint incipiant illudere ei dicētes Quia hic homo cepit edificare: ꝛ non potuit conſūmare. Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduerſus aliū regē: nōne prius ſedens cogitat ſi poſſit cū decē milibus occurrere ei qui cū viginti milibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente legationē mittens: rogat ea q̄ pacis ſunt. Sic ergo oīs ex vobis q̄ nō renunciat oībꝰ q̄ poſſidet: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulus. Scđm matheum. x.c

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipl'is ſuis. Nichil opertum quod nō reueletur: et occultū qđ non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate ſuꝑ tecta. Et nolite timere eos qui occidūt corpus: aīam aūt nō poſſunt occidere. Sed potius eū timete: qui poteſt et aīam et corpus perdere in gehennā. Nonne duo paſſeres aſſe veneūt: et vnꝰ ex illis non cadet ſuper terrā ſine patre veſtro? Veſtri aūt et capilli capitis: omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Oīs ergo qui ꝯfitebit̄ me corā hoībus: cōfitebor ꝛ ego eū corā patre meo qui eſt in celis. In tp̄e paſchali. Euangel'. Ego ſum vitis vera. vt s. fol. i. Offr. In virtute tua dn̄e letabitur iuſtus et ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū anime eius tribuiſti ei. In tp̄e paſc. allā al. Offr. Poſuiſti dn̄e in capite eius coronam de lapide precioſo: vitā petijt a te tribuiſti ei allā. Et finiatur cū allā. q̄ncūq; dicit̄/niſi infra lxx. Offr Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur. In tp̄e paſchali allā. Offr. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄e: et veritatē tuā in eccl'ia ſanctoꝝ allā allā. Offr. Glia et honore coronaſti eū ꝛ ꝯſtituiſti eū ſuꝑ oꝑa manuū tuarū dn̄e. Secrē

PResentia munera dn̄e q̄s ſerena pietate intuere: vt ſancti ſpūs perfundant̄ benedictione: quatenꝰ illā validius in noſtris cordibus dilectionē infūdant: per quā ſanctus N. martyr tuus oīa corporis tormēta deuicit. Per do. in vnita. eiuſd. Cōio

Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſū ꝛ tollat crucē ſuā et ſequatur me. Cōio. Qui michi miniſtrat me ſe quatur: et vbi ego ſum illic et miniſter meus erit. Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius coronã de lapide precioſo. In tpe paſchali. allã allã. Cõio. Letabitur iuſtus in dño et ſperabit in eo: et laudabunt oẽs recti corde. In tpe paſchali. allã al. Cõio. Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites: qui manet in me et ego in eo hic fert fructũ multuꝫ allã allã. Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriã et magnũ decorem impones ſuper eum dñe. Poſtcõio.

Quos refeciſti domine celeſti myſterio ab oĩbus hos propiciatus abſolue delictis: vt intercedẽte beato N. martyre tuo/ diuino munere purificatis mentibus ꝑfruamur. Per do. In natali vniꝰ marty. ⁊ põtificis Oro.

Deus qui ſanctã nobis huius diei leticiã pro ꝯmemoratione btĩ martyris tui N atq pontificis feciſti: adeſto familie tue precibus/ et da vt cuiꝰ hodie feſta celebramus/ eius meritis et interceſſiõibus adiuuemur. Per dominũ noſtrũ. Ad hebreos. v. c.

Fratres: Oĩs põtifex ex hoĩbus aſſũptus ꝓ hoĩbus cõſtituitur in his que ſunt ad deũ: vt offerat dona et ſacrificia ꝓ pctĩs Qui ꝯdolere poſſit his qui ignorant et errãt: qm̃ et ipſe circũdatus eſt ĩfirmitate. Et ꝓpterea debet quẽadmodũ et pro ꝑplo: ita etiã et pro ſemetipſo offerre pro pctĩs. Nec qſq̃ ſumit ſibi honorẽ: ſed qui vocatur a deo tanq̃ aarõ quẽadmodũ ſcriptũ eſt. Tu es ſacerdos in eternũ: ſecundũ ordinẽ melchiſedech. Ad hebreos. xiij. c.

Fratres: Doctrinis varijs et peregrinis: nolite abduci. Optimũ eſt enim grã ſtabilire cor: non eſcis que nõ profuerunt ambulãtibꝰ in eis. Habemꝰ altare de q̃ edere nõ habẽt ptãtem: q tabernaculo deſeruiũt. Quoꝝ enĩ aĩaliũ infertur ſanguis pro pctõ in ſancta per pontificẽ: hoꝝ corpora cremantur extra caſtra. Propter qð et ieſus vt ſctificaret per ſuuꝫ ſanguinẽ populũ: extra portam paſſus eſt. Exeamꝰ igitur ad eũ extra caſtra: ĩproperiũ eius portantes. Non enĩ habemus hic manẽtem ciuitatẽ: ſed futurã inquirimus. Per ipſũ ergo offeramꝰ hoſtiã laudis ſemper deo: id eſt fructũ labioꝝ ꝯfitentiũ noĩ eius. Beneficientie aũt et cõionis: nolite obliuiſci. Talibus enĩ hoſtijs: ꝓmeretur deus. S. matheu. ix. et x.

In illo tpe: Circuibat ieſus ciuitates oẽs et caſtella: docens in ſynagogis eoꝝ/ et predicans euangeliũ regni/ et curans oẽm languorẽ et oẽm infirmitatem. Videns aũt turbas miſertus eſt eis: qꝛ erant vexati et iacẽtes ſicut oues nõ habẽtes paſtorem. Tũc dixit diſcipulis ſuis. Meſſis quidẽ multa: operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm meſſis: vt mittat operarios in meſſẽ ſuã. Euntes aũt predicate dicentes: qꝛ appropinquabit regnũ celoꝝ. Infirmos curate: mortuos ſuſcitate leproſos mũdate/ demones eijcite. Gratis accepiſtis: gratis date Ecce ego mitto vos: ſicut oues ĩ medio lupoꝝ. Eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes: et ſimplices ſicut colũbe. Hoc ſequẽs euãgeliũ dꝛ in feſ. cuiuſlꝫ põtif. exulãtꝫ ſiue mar. ſiue ꝯfeſſo. S. lucã. xix.

In illo tpe Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hanc. Hõ quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã: accipe ſibi regnũ et reuerti. Uocatis autẽ decẽ ſeruis ſuis: dedit illis decẽ mnas/et ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues autẽ eius oderant illum: et miſerunt legationẽ poſt illũ dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos quibꝰ dedit pecuniã vt ſciret q̃tũ quiſqꝫ negociatus eſſet. Uenit autẽ pꝛimus: dicens Dñe: mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi Euge ſerue bone quia ĩ modico fuiſti fidelis: eris poteſtatẽ habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe: mna tua fecit quinqꝫ mnas Et huic ait. Et tu eſto ſuper quiqꝫ ciuitates. Et alter venit: dicẽs Dñe ecce mna tua quã habui: repoſitã in ſudario. Timui eni te: qꝛ homo auſterꝰ es/tollis qđ nõ poſuiſti/et metis qđ non ſeminaſti. Dixit ei. De oꝛe tuo te iudico ſerue neq̃. Sciebas ꝙ ego hõ auſterus ſum: tollẽs qđ nõ poſui/et metens qđ nõ ſeminaui. Et quare nõ dediſti pecuniã meã ad mẽſam: et ego veniẽs cũ vſuris vtiqꝫ exegiſſẽ illã? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnã: et date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe habet decẽ mnas. Dico aũt vobis: qꝛ omñi habenti dabitur et abũdabit. Ab eo aũt q nõ habet: et qđ habet auferet ab eo. Uerũtamen inimicos meos illos: qui noluerũt me regnare ſuper ſe/adducite huc et interficite ante me. Et his dictis pꝛecedebat: aſcẽdẽs hieroſolymã. In tpe paſchali. Euãgeliũ. Ego ſum vitis vera. vt ſupꝛa. fol. i. Secrẽ

Intende ꝓpiciꝰ q̃s dñe oblata tibi hec munera: et depꝛecatione beati N. martyꝛis tui atqꝫ põtificis in cuius ea cõmemoꝛatione deferimꝰ: noſipſos eadẽqꝫ ſanctifica. Per dñm nr̃m. Poſtcõio.

Sumpſimus dñe in ſcti martyꝛis tui atqꝫ põtificis N. ſolẽnitate celeſtia ſacramẽta: cuius ſuffragiis q̃s largiariſ: vt qđ tẽpaliter gerimꝰ eternis gaudiis conſequamur. Per do. ¶ In natali plurimoꝝ martyꝝ. Officiũ.

Intret ĩ cõſpectu tuo dñe gemitꝰ cõpeditoꝝ redde vicinis nr̃is ſeptuplũ in ſinu coꝝ vindica ſanguinẽ ſctoꝝ tuoꝝ qui effuſus eſt. In tpe paſch. allã allã. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam: polluerunt templũ ſanctũ tuũ/poſuerunt hierl'm in pomoꝝ cuſtodiã. Off.

Timete dñm oẽs ſancti eius qm̃ nichil deeſt timẽtibꝰ eũ: diuites eguerũt et eſurierũt/inqrẽntes aũt dñm nõ deficient oi bono ps. Benedicã dñm in omni tempoꝛe: ſemꝑ laus eius in oꝛe meo. Officium

Iuſti epulent ⁊ exultẽt in ꝯſpectu dei ⁊ delectẽtur in leticia. ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipent inimici eiꝰ: ⁊ fugiãt q̃ oderũt eũ a facie eiꝰ. Off.

Sapientiã ſctoꝝ narrãt ppſi et laudẽ coꝝ nũctat eccl'ia noia aũt coꝝ viuẽt ĩ ſeculũ ſecli. In tpe paſc. allã al. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Officiũ.

Salus aũt iuſtoꝝ a dño et ꝓtectoꝛ eoꝝ in tpe tribulatiõs. ps. Noli emulari in malignãtibꝰ: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ. Officium

Sancti tui dn̄e benedicent te: gl'am regni tui dicent alleluya. ℣. Exaltabo te deus meus rex: et bn̄dicā nōi tuo in ſeculū/et in ſeclm ſeculi. Pl'ioꝝ mar. nō pōtificū. Oꝝ

Omp̄s ſempiterne deus: da nobis ſctoꝝ martyꝝ tuoꝝ N. et N. ita digne merita venerari: quaten⁹ ab inſtātibus liberemur periclis: ꝯ digni efficiamur gaudijs ſempiternis. Per dn̄m. Pl'ioꝝ martyꝝ et pontificū. Oro

Omp̄s ſempiterne deus: qui in ſanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ atq; pontificū N. et N. cordib⁹ flāmā tue dilectionis accendiſti: da mentibus noſtris eandē fidei caritatiſq; virtutē: vt quoꝝ gaudemus triumphis/ꝓficiamus exemplis. Per d. Ad hebreos xi.

Fratres: Sancti per fidē vicerūt regna: operati ſunt iuſticiā/adepti ſūt repromiſſiōes. Obturauerūt ora leonū: extinxerunt īpetū ignis/effugarūt aciē gladij/cōualuerūt de infirmitate fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterūt exteroꝝ: acceperūt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij aūt diſtenti ſunt nō ſuſcipientes redēptionē: vt meliorem inuenirēt reſurrectionē. Alij vero ludibria et verbera experti: inſuper et vincula et carceres. Lapidati ſunt/ſecti ſunt/tētati ſūt: in occiſiōe gladij mortui ſūt. Circuierūt in melotis: in pellib⁹ caprinis. Egētes/anguſtiati/afflicti: qbus dignus non erat mūd⁹. In ſolitudinibus errantes: et in montibus et in ſpelūcis/et in cauernis terre. Et hi oēs: teſtimonio fidei ꝓbati inuenti ſunt. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Lcō li. ſapiētie. iij.

Iuſtoꝝ anime in manu dei ſunt: et non tāget illos tormentū malicie. Viſi ſunt oculis inſipiētiū mori: et eſtimata eſt afflictio exit⁹ illoꝝ. Et qd a nobis eſt iter exterminij: illi aūt ſūt in pace. Et ſi corā hoībus tormēta paſſi ſunt: ſpes illoꝝ imortalitate plena eſt. In paucis vexati/in multis bene diſponent: qm̄ deus tētauit eos/īuenit illos dignos ſe. Tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos: et q̄ſi olocauſta hoſtie accepit illos/et in tp̄e erit reſpect⁹ illoꝝ. Fulgebūt iuſti: et tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt. Iudicabūt natiōes: et dn̄abunt pplis. Et regnabit dn̄s illorum: in perpetuum. Lectio libri ſapiētie. v. c.

Iuſti aūt ī perpetuū viuēt: et apud dn̄m eſt merces eoꝝ et cogitatio illoꝝ apud altiſſimū. Ideo accipient regnū decoris: et dyadema ſpeciei de manu domini. Qm̄ dextera ſua reget eos: et brachio ſancto ſuo defēdet illos. Accipiet armaturā zeli illius: et armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Induet pro thorace iuſticiam: et accipiet pro galea iudicium certū. Sumet ſcutū inexpugnabile equitatē: ibunt directe promiſſiones. Et ad certū locum deducet illos: dominus deus noſter. Ad hebreos. x. caplo.

Fratres Remēoramini priſtinos dies: in quib⁹ illuſati magnū certamē ſuſtinuiſtis paſſionū. Et in altero qdē opprobrijs et tribulatōibus ſpectaculū facti: in altero aūt ſocij taliter cōuerſātiū effecti. Nā et vinctis ꝯpaſſi eſtis: et rapinā bonorū veſtroꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis cognoſcentes vos habere meliorē et manentē ſubſtantiā. Nolite itaq; amittere confidentiā veſtrā: q̄ magnā habet remunerationē. Patiētia enī vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem dei facientes reportetis promiſſionē. Adhuc enim modicū aliquantuliſq;: qui venturus eſt veniet et non tardabit. Juſtus aūt me⁹: et fide viuit.

Ad cōrith. i. iiij

FRatres: Spectaculū facti ſumus huic mūdo: et angelis et hoībus. Nos ſtulti propter xp̄m: vos autē prudentes in xp̄o. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Vſq; in hanc horā et eſurim⁹ & ſitimus: et nudi ſum⁹ et colophis cedimur/ et inſtabiles ſum⁹ et laboramus operātes manib⁹ nr̄is. Maledicimur: et bn̄dicim⁹. Perſecutionē patimur: et ſuſtinem⁹. Blaſphemamur: et obſecramus. Tanq̄ purgamēta hui⁹ mūdi facti ſumus oīm peripſima vſq; adhuc. Non vt cōfundā vos hec ſcribo: ſed vt filios meos cariſſimos moneo. In xp̄o ieſu: dn̄o noſtro.

Lectio libri ſapie. Prouerb. xv. c.

LIngua ſapientū ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtulticiā. In omni loco: oculi dn̄i contēplant bonos et malos. Lingua placabilis lignū vite: q̄ aūt imoderata eſt conteret ſp̄m. Domus iuſti plurima fortitudo: et in fructib⁹ ipij cōturbatio. Labia ſapientiū diſſeminabūt ſciētiā: cor ſtultoꝝ diſſimile erit. Victime impioꝝ obominabiles domino: vota iuſtorum placabilia. Qui ſequitur iuſticiā: diligetur a dn̄o.

Lectio libri ſapientie. x. c.

REddet de⁹ mercedē laborū ſctōꝝ ſuoꝝ: ⁊ deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: et in luce ſtellarum nocte. Trāſtulit illos per mare rubrū: ⁊ trāſuexit illos per aquā nimiā. Inimicos aūt illoꝝ demerſit in mare: et ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iuſti tulerūt ſpolia ipioꝝ: ⁊ decantauerūt dn̄e nomē ſanctū tuū. Et victricē manū tuā laudauerūt pariter dn̄e de⁹ noſter.

Lcō li. ſapie. eccſ. xliiij

HI ſunt viri mie: quoꝝ iuſticie obliuionē nō acceperūt. Cū ſemine eoꝝ permanēt bona: hereditas ſancta nepotes eorū. Et in teſtamentis ſtetit ſemē eorum: et filij eoꝝ ꝓpter eos vſq; ī eternū manent. Generatio eorū/ et glīa eoꝝ non derelinquet. Corpora eoꝝ in pace ſepulta ſunt: et noīa eoꝝ viuent in ſecula. Sapientiā eoꝝ narrabūt oēs populi: et laudē eoꝝ pronūciet oīs ecclīa ſanctoꝝ. Gr. Glorioſus de⁹ in ſanctis: mirabilis in maieſtate/ faciens prodigia. V. Dextera tua dn̄e glificata eſt in virtute: dextera manus tua cōfregit īimicos. Gr. Clamauerunt iuſti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oīb⁹ tribulationib⁹ eoꝝ liberauit eos. V. Iuxta eſt dn̄s his qui tribulato ſunt corde: et humiles ſp̄ū ſaluabit. Gr. Timete dn̄m oēs ſancti eius: qm̄ nichil deeſt timentibus eū. V. Inquirentes aūt dn̄m non deficiēt om̄i bono. Gr. Iuſtorū aīe in manu dei ſunt: ⁊ nō tanget illos tormentū malicie. V. Viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt in pace. Gr. Exultabūt ſcī in glīa: letabunt in cubilibus ſuis. V. Cantate dn̄o canticū nouū: laus ei⁹ in ecclīa ſctōꝝ. Gr. Vindica dn̄e ſāguinē ſctōꝝ tuoꝝ q̄ effuſus eſt. V. Poſuerūt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas volatilib⁹ celi carnes ſctōꝝ tuoꝝ beſtijs terre. Gr. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū hītare fratres in vnū. V.

Sicut vnguentũ in capite q̃d deſcẽdit in barbã barbã aaron. Ali⁹ V. Mandauit dñs benedictionẽ: et vitã vſq; in ſeculũ. Gr. Aĩa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laq̃o venantiũ. V. Laque⁹ cõtritus eſt et nos liberati ſumus: adiutoriũ noſtrũ in noĩe dñi qui fecit celũ ꝛ terrã. Alleluya. V. Sancti tui dñe bñdicẽt te/gl̃iam regni tui dicẽt. Allã. V. Sancti tui dñe florebũt ſicut liliũ: et ſicut odoꝝ balſami erũt ante te. Allã. V. Scĩ et iuſti in dño gaudete vos elegit deus in hereditatem ſibi. Allã. V. Vox exultationis et ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝝ. Allã. V. Iuſti epulentur et exultent in conſpectu dei: et delectent̃ in leticia. Allã. V. Reddet de⁹ mercedẽ laboꝝ ſcõꝝ ſuoꝝ: ꝛ deducet illos ĩ via mirabili. Allã. V. Mirabilis dñs noſter in ſctĩs ſuis. Allã. V. Te martyrũ cãdidat⁹ laudat exercit⁹ dñe. Tr.

Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metẽt. V. Euntes ibãt et flebant: mittentes ſemina ſua. V. Venientes aũt venient cũ exultatiõe portãtes manipulos ſuos. Sequẽtia

Preſta q̄s omīs deus: vt q̄ ſanctarū virginū et martyrū tuarū N. et N. ſolēnitate percepimus diuina myſteria: earuꝫ interceſſione remedia capere mereamur eterna. Per do. ¶ De virginibꝰ non martyribꝰ. Oro.

Omīs ſēpiterne deus q̄ nos ydoneos nō eſſe perpēdis ad maieſtatē tuā ſicut dignū eſt exoꝛādū: fac ſctās virgines tuas N. et N. pꝛo nobis interuenire pctīs/ quaꝝ meritis nobꝫ idulgētiā largiaris. P.

Intercedētibꝰ ſanctis Sec. virginibꝰ tuis N. et N. domine q̄s plebis tue munus ſctifica: vt ab oībus noxijs expedita/ et hic et in eternū cūcta ſibi pꝛofutura percipiat. Per d. Poſtcōio.

Queſumus dñe deus noſter vt ſacri myſterij munus indultū intercedētibus ſanctis virginibus tuis N. et N. et pꝛeſētis nobis vite ſubſidiū et eternitatꝫ largiatur affectū. P. ¶ In cōmemoratiōe ſancte trinitatis. Offm.

Benedicta ſit ſācta trinitas atq̄ īdiuiſa vnitas confitebimur ei q̄ꝛ fecit nobiſcum miam ſuā. In tp̄e paſc. allā al. ℣. Bndicamꝰ pr̄em ⁊ filiū: cū ſancto ſpū. Oro.

Omīs ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in ꝯfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiā agnoſcere/ et in potentia maieſtatis adoꝛare vnitatē: q̄s/ vt eiuſdē fidei firmitate ab oībꝰ ſemꝑ muniamur aduerſis. In q̄ viuis ⁊ regnas. Ad romanos. xi.

O Altitudo diuitiaꝝ ſapiētie et ſciētie dei: q̄ꝫ incōpꝛehēſibilia ſunt iudicia eiꝰ/ et inueſtigabiles vie eiꝰ. Quis eni cognouit ſēſū dñi: Aut q̄s ꝯſiliariꝰ eiꝰ fuit. Aut q̄s pꝛioꝛ dedit illi ⁊ retribuetur ei? Qm̄ ex ipſo et per ipſū ⁊ in ipſo ſunt oīa: ipſi glīa in ſecula ſeculoꝝ amē. Ad coꝛithios. ij. xiij.

FRatres. Gratia dñi noſtri ieſu xp̄i: et caritas dei et cõmunicatio ſc̄ti ſp̄s / ſit ſemper cū oībus nobis. In xp̄o ieſu: dño noſtro. Gr. Benedictus es dñe qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. V. Bñdicite deū celi: qꝛ fecit nobiſcū miam ſuā. Allā. V. Benedictus es dñe deus patrū noſtroꝝ et laudabilis in ſecula. Allā. V. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. ſit nomē dñi benedictum ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.

Secundum iohannem. xv.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis qui a patre ꝓcedit ille teſtimoniū perhibebit de me Et vos teſtimoniū perhibebitiſ: qꝛ ab initio mecū eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt nō ſcandalizemini Abſqꝫ ſynagogis faciēt vos Sed venit hora: vt oīs qui interficit vos / arbitretur obſequiū ſe preſtare deo. Et hec faciēt vobis: qꝛ non nouerūt patrē neqꝫ me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ reminiſcamini qꝛ ego dixi vobis. Offr. Benedict⁹ ſit deus pater / vnigenitusqꝫ dei filius / ſanctus quoqꝫ ſpiritus: qꝛ fecit nobiſcum miam ſuā. In tp̄e paſch. allā. Sec.

SAnctifica q̄s dñe deus trinitas ſancta per tui ſancti nominis inuocationē huiꝰ oblationis hoſtiā: et cooperante ſpū ſancto per eā noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui vi. in vnitate eiuſdē. Prefatio. Qui cū vnigenito. Cōio. Benedicimus deū celi et corā oībus viuentibus cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. In tp̄e paſch. allā allā. Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis et aīe dñe de⁹ huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdēqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. In q̄ viuis et regnas deus. Per o. ſ. ſ. a.

Miſſa de angelis. Officium.

BEnedicite dñm oēs angeli eius potentes virtute qui facitis verbū eius ad audiendā vocē ſermonū eius. In tp̄e paſch. allā. Ps. Benedic anima mea dño: et omnia que intra me ſūt nōi ſancto eius. Oro.

PErpetuū nobis dñe tue miſerationis preſta ſubſidiū: quibus et angelica preſtitiſti ſuffragia nō deeſſe. Per. Lect. libri apocal. bti iohis apli. xix. c.

IN dieb⁹ illis: Dixit michi angelus. Scribe: beati qui ad cenā nuptiaꝝ agni vocati ſūt Et dixit michi. Hec verba dei vera ſunt. Et cecidi ad pedes eius: vt adorarē eū. Et dixit michi Uide ne feceris: cōſeruus tuus ſum et fratrū tuoꝝ habentiū teſtimoniū ieſu. Deū adora. Gr. Benedicite dñm oēs angeli eius potētes virtute qui facitis verbū eius. V. Benedic aīa mea dño et omnia interiora mea nomen ſanctū eius. Allā. V. In conſpectu angelorum pſallam tibi domine deus meus. Secundū iohannem. v.

IN illo tēpore. Erat dies feſtus iudeoꝝ: et aſcendit ieſus hieroſolymā. Eſt autē hieroſolymis ꝓbatica piſcina que cognominatur hebraice bethſaida: quinqꝫ porticus habēs In his iacebat multitudo magna languētiū / cecorū / claudoꝝ / aridorū: expectantiū aque motū. Angel⁹ autem dñi ſcḋm tēpus deſcendebat in piſcinā: et mouebat aqua. Et q̄ prior deſcendiſſet in piſcinā poſt motionē aque: ſan⁹ fiebat a qua tiꝑ deꝫ ſine bal ſſimilitate. Offꝫ. Stetit angelꝰ iuxta arā tēpli habēs thuribulū aureū in manu ſua: ⁊ data ſūt ei incēſa multa: et aſcēdit fumus aromatū in cōſpectu dei allā. Secꝫ.

Hoſtias tibi dn̄e laudis offerimus ſuppliciter deprecātes vt eaſdem angelico pro nobis interueniēte ſuffragio: et placatus accipias: et ad ſalutē noſtraꝫ prouenire cōcedas. Per do. Cōio. Benedicite omnes angeli dn̄i dn̄o: hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſc̄la. In tpe paſ. allā. Poſtcōio.

Repleti dn̄e benedictione celeſti ſuppliciter exoramus: vt quod fragili celebramus officio: ſc̄oꝝ angeloꝝ oīmq́ celeſtiū ſpirituū nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per dn̄ꝫ. Sciēdū ē ꝙ per totū aduentū et a Dn̄e ne in ira. vſq́ ad caput ieiunij ⁊ ab oc. paſ. vſq́ ad aſcē. dn̄i ⁊ a feſto ſc̄e trinitatis vſq́ ad aduentū dn̄i ſīgulis ebdomadis ſemel ſolet dici miſſa. Salus populi. p fr̄ibꝫ ⁊ ſororibꝫ ita ꝙ ſi vacauerit a feſtis ſc̄toꝝ et extra oct. cum regimie chori: et ſi miſſa dn̄icalis i ebd. cantanda fuerit ꝯpleta: cōme quoq́ bt̄e marie et feſt. loci ⁊ proprie epiſtole ⁊ euange. ꝓpria propter illā miſſā non fuerit pretermiſſa: tunc illa ſi qua dies vacauerit eſt cantāda. Si vero proprie epl̄e et propria euang. q̄ quartis ferijs intitulant̄ frequēter nequeāt ibi dici i ꝓpris. ſeq̄n. fer. ſi vacauerit ꝑlegantur vel propter miſſā. Salus po. vel Nos aūt. alicubi p̄ totum annum aliquāter omittātur. In miſſis ētiaꝫ Salus po. vel Nos aūt ſup kyrieſ. Sāctus. et Agnus. ſēp dr̄ cantus ferialis. Et notād eſt ꝙ p totū tēpus ꝓdictū qn̄ miſſa do. in dn̄ica vel i iij. fer. cantāda fuerit ⁊ feria fer. vacauerit ſp dr̄ miſ. Salꝰ popl̄i. i ꝓa iij. fer ⁊ ſi nō vacauer. tunc i aliq̄ fer. ipſiꝰ ebd. q̄ ad hoc vaca. cātetur. Et ſciēd eſt ꝙ miſſ. Salꝰ popl̄i. eſt in diſpoſitōe cātoris qn̄ conueniētiꝰ ⁊ quota fer. pōt dici. Qn̄ vero dr̄ miſſa Salꝰ popl̄. tunc nulla dr̄ mēo. de do. neq́ de aliqua alia miſſa triū lect. niſi i aduentu. Dicat̄ etiā miſ. Salꝰ po in vnaq̄q́ ebd. ſemel niſi i xl. ⁊ niſi feſtū ipediat vl oct. cū regimie chori: et niſi i fra tp̄s nati. dn̄i ⁊ niſi in ebd. paſ. ⁊ pēthecoſtes. Officiū.

Salus ppl̄i ego ſum dicit dominꝰ: de quacūq́ tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos ⁊ ero illoꝝ dominus in ꝑpetuū. In tpe paſ. allā al. Ps. Attēdite popule meꝰ legē meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Nō dicitur Gloria in excelſis. i hac miſſa. Oratio.

Deus qui caritatis dona p gratiā ſācti ſpiritus tuoꝝ cordibꝰ fideliū infūdis: da famulis ⁊ famulabꝰ tuis fratribꝰ ⁊ ſororibus nr̄is pro q̄bus tuā deprecamur clemētiā: ſalutē mētis et corporis vt te tota virtute diligāt ⁊ que tibi placita ſunt tota dilectione perficiāt. Per dn̄m in vnitate eiuſdē. Lc̄o yſaye prophete. xix.

Hec dicit dn̄s deꝰ In die illa deferet̄ munꝰ dn̄o exercituū et rex fortis dn̄abit eoꝝ. In die illa erit altare dn̄i in medio terre et cognoſcet dn̄s: et colēt eū in hoſtijs et muneribꝰ: ⁊ vota vouebūt dn̄o et ſoluēt. Et reuertentur ad dn̄m et placabitur eis: et ſanabit eos. In die illa erit iſrl̄ bn̄dictio in medio terre: cui bn̄dixit dn̄s exercituū dicēs. Bn̄dictꝰ populꝰ meus: ꝛ opꝰ manuū meaꝝ hereditas mea isrl̄. Dicit dñs oīps. Gr. Propiciꝰ esto dñe pctīs nr̄is nequādo dicāt gētes vbi est deꝰ eoꝝ. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: ꝛ ꝓpter honorē nois tui dñe libera nos. Allā. ℣ Ostēde nobis dñe miām tuā ꝛ salutare tuum da nobis. In tp̄e paschali. Allā. erit de missa dñicali p ebdō. sicut i fes. sine regie chori. Tū in ꝓcessione vbi fit statio scdm Allā nō dicet. Itē modꝰ obseruet i missa ꝓ pace ꝛ cōsilibꝰ. S. mar. xij.

In illo tp̄e: Sedēs iesus cōtra gazophilacium aspiciebat quō turba iactaret es i gazophilaciū Et multi diuites iactabāt multa. Cū venisset aūt vna vidua paupcula: misit duo minuta qd̄ est q̄drās. Et cōuocās discipulos suos ait illis. Amē dico vobis: qꝛ vidua hec paupcula plus oībꝰ misit q̄ miserūt in gazophilaciū. Oēs eni ex eo qd̄ abūdabat illis miserūt. hec vero de penuaria sua: oīa q̄ habuit: misit totum victū suū. Offr. Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā intēde in me et exaudi me In tp̄e pas allā. Seq̄ntes duo ℣ dūr alternis vicibꝰ infra aduētū dñi: ꝛ a. lxx. vsqꝫ ad. l. tīn. ℣. Conturbatus sū a voce inimici ꝛ a tribulatione pctōris: ꝛ expectabā eū q̄ me saluū faceret. ℣. Ego aūt ad deū clamaui libera aīam meā ꝛ extendes manū tuam in retribuendo illis. Secreta

Miserere q̄s dñe famulis et famulabꝰ tuis pro q̄bꝰ hoc sacrificiū laudis tue offerimꝰ maiestati: ꝛ p̄sta vt per hec scā supne bn̄dictiōis grām obtineant et gliam eterne felicitatis acq̄rāt. p. Co. Amē dico vobis: q̄cq̄d orātes petitis credite qꝛ accipietis ꝛ fiet vobis.

In tp̄e paschali allā allā. Postcō.

Diuina libātes misteria q̄s dñe vt hec salutaria sacramēta illis ꝓficiāt ad ꝓsperitatē et pacē: ꝓ quoꝝ quarūqꝫ dilectiōe hec tue obtulimꝰ maiestati. Per.

¶ In cōmēmoratiōe scti spūs. offi.

Spiritus dñi repleuit orbē terraꝝ allā: et hoc qd̄ cōtinet oīa sciētiā habet vocis allā allā allā. ps. Exurgat deus et dissipentꝰ inimici eiꝰ: et fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Or.

Deus q̄ corda fideliū scti spiritꝰ illustratiōe docuisti da nobis in eodē spū recta sapere: et de eiꝰ sēp cōsolatiōe gaudere. P d. in vni. eiusd. Lcō actuū apo. viij

In diebꝰ illis: Cū audissent apli q̄ erāt hierosolimis qꝛ recepisset samaria vbū dei: miserūt ad eos petrū et iohānē. Qui cū venissēt orauerūt ꝓ ipsis vt acciperēt spm̄ sctm̄ Nōdū eni i quēq̄ illoꝝ venerat: sꝫ baptizati tātū erant in noīe dñi iesu Tūc iponebant manꝰ sup illos: ꝛ accipiebāt spm̄ sctm̄. Gr. Btā gēs cuiꝰ est dñs deꝰ eoꝝ ppl's quē elegit dñs in hereditatē sibi. ℣ Verbo dñi celi firmati sūt et spū oris eiꝰ oīs virtꝰ eoꝝ. Allā. ℣. Veni scē spūs reple tuoꝝ corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende. In tp̄e pas. pmū Allā. ℣. Emitte spm̄ et scdm Allā. ℣. Veni scē. vrs.

In illo tp̄e Dixit S. ioh xiiij iesꝰ discipulis suis Si q̄s diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus et mansionē apud eū faciemꝰ. Qui nō diligit me: sermones meos non seruat Et sermonem quem audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris Hec locutus sū vobis: apud vos manens. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa et ſuggeret vobis omnia quecūqꝫ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor veſtrū: neqꝫ formidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad patrē: qꝛ pater maior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſꝙ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jā nō multa loquar vobiſcū. Venit enī princeps mundi huius: et in me non habet quicꝙ. Sed vt cognoſcat mūdus qꝛ diligo patrē: ⁊ ſicut mādatū dedit michi pater: ſic facio. Offer. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo qđ eſt in hieruſalē tibi offerent reges munera alleluya. Secr.

Munera qs dn̄e oblata ſctifica: ⁊ corda nr̄a ſcti ſpūs illuſtratione emūda. Per eū. In vni. eiuſdē. Prefa. Qui aſcē. Nō dr̄ i hac p̄fatiōe. Hodierna die. niſi i ebd̄. pen. tm̄. Co. Fact⁹ eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpūs vehemētis vbi erāt ſedētes allā ⁊ repleti ſunt oēs ſpū ſancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Poſtcōio.

Sancti ſpūs dn̄e corda nr̄a mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſiōe fecūdet. Per in vni.

¶ In ꝯmēō. corporis xp̄i. offm̄.

Cibauit eos ex adipe frumēti allā: ⁊ de petra melle ſaturauit eos allā allā allā. Ps. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob. Or.

Deus qui nobis ſub ſacramēto mirabili paſſiōis tue memoriā reliquiſti: tribue qs: ita nos corporis ⁊ ſāguinis tui ſacra miſteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis et regnas cū deo. Ep. Ad corinthios .i. xi. ca.

Fratres: Ego enī accepi a dn̄o quod et tradidi vobis qm̄ dn̄s ieſ⁹ in q̄ nocte tradebat: accepit panem et gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate: hoc eſt corp⁹ meū qđ p vobꝫ tradet. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicē poſtꝙ cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamentū eſt in meo ſanguine: hoc facite q̄tienſcūqꝫ ſumitis in meā cōmemorationē. Quotienſcūqꝫ enī māducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis: mortē dn̄i ānūciabitis donec veniat. Ita q̄cūqꝫ māducauerit hūc panē vel biberit calicem dn̄i indigne: re⁹ erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i. Probet aūt ſeipſum hō: ⁊ ſic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enī māducat et bibit īdigne iudiciū ſibi māducat ⁊ bibit: nō diiudicās corp⁹ dn̄i. Gr.

Oculi oīm in te ſperant dn̄e ⁊ tu das eſcā illis in tp̄e oportuno. V. Aperis tu manū tuā ⁊ imples oē aīal benedictione. Allā. V. Caro mea vere eſt cibus et ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum ſanguinem in me manet ⁊ ego in eo. Secundum iohānem. vi.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorum. Caro mea vere eſt cibus et ſāguis me⁹ vere eſt pot⁹. Qui māducat meā carnē et bibit meū ſanguinē: in me manet et ego in illo. Sicut miſit me viuēs pater: et ego viuo ppt̄ patrē. Et qui māducat me: et ipſe viuet ppt̄ me.

Hic eſt panis: qui de celo deſcendit. Nō ſicut māducauerūt patres veſtri māna in deſerto: ⁊ mortui ſūt. Qui māducat hūc panē: viuet in eternū. Offr. Sacerdotes dn̄i incēſū et panes offerunt deo: et ideo ſcti erūt deo ſuo: ⁊ nō polluēt nomē eiꝰ. Sec.

Eccleſie tue q̄s dn̄e vnitatis et pacis ꝓpicius dona cōcede que ſub oblatis muneribꝰ miſtice deſignant̄. ꝑ. Prefa. Qui per incarnati. Coīo. Quotienſcūq̄ māducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec veniat: itaq̄ quicūq̄ māducauerit panē vel biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i allā. Poſtcōio.

Fac nos q̄s dn̄e diuinitatis tue ſempiterna fruitione repleri: quā precioſi corporis et ſāguinis tui tēporalis perceptio p̄figurat. Qui vi.

¶ Sciendū eſt q̄ miſſa de cruce de oī vi. fer. a Deus oīm vſq̄ ad aduentū dn̄i: niſi feſtū ix. l. impediat vel oct. cū regimine chori vel dies oct. vel q̄ ex neceſſitate oporteat agere miſſā dn̄icalē: vel aliq̄d tale feſtū. iij. lec. q̄d aliq̄d ꝓpriū habet ſeruitiū. Si vero in vi. fer. aliq̄d feſtū. iij. lec. euenerit vnde nullū ꝓpriū habeat ſeruitiū: tūc eſt in diſpoſitione cātoris dicere miſſā de cruce vel non. Cū vero vi. fer. oino a feſto vacauerit / ⁊ nō oportet ex neceſſitate dicere miſſā dn̄icalē: ſēp infra p̄dictū tēpꝰ dr̄ miſſa de cruce q̄uis oēs hore dicant̄ de feria: ⁊ nulla fiat mēō. de miſ. dn̄icali. Tamē ſi oporteat dicere miſſā. Salus ppl'i. oino p̄termittat̄ miſſa de cruce ¶ Ad miſſā de cruce.

Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: in quo eſt ſalus vita et reſurrectio noſtra per quē ſaluati et liberati ſumus. In tēpe paſch. allā allā. ps. Deus miſereat̄ noſtri ⁊ bn̄dicat nobis: illuminet vultū ſuū ſup nos et miſereat̄ noſtri. Nō dr̄ Gl'ia in excelſis. or.

Deus qui vnigeniti filij tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i precioſo ſāguine viuifice crucis vexillū ſctificare voluiſti: cōcede q̄s eos qui eiuſdē ſctē crucis gaudēt honore tua q̄q̄ vbiq̄ ꝓtectione gaudere. Per eūd. Ad philippenſes. ij. ca.

Fratres: Xp̄s factus eſt pro nobis obediēs vſq̄ ad mortē: mortē aūt crucis. Propter q̄d et deus exaltauit illū: et donauit illi nomen q̄d eſt ſup oē nomē vt in noīe ieſu oē genu flectat̄: celeſtiū / terreſtriū / ⁊ infernoꝝ. Et oīs lingua confiteat̄: q2 dn̄s nr̄ ieſus xp̄s: in gl'ia eſt dei p̄ris. Gr. Xp̄s factus eſt pro nobis obediēs vſq̄ ad mortē: mortē aūt crucis. V. Propter q̄d et deus exaltauit illū: et dedit illi nomen quod eſt ſup oē nomen. Allā. V. Dulce lignū dulces clauos: dulcia ferēs pōdera: q̄ ſola fuiſti digna ſuſtinere regē celoꝝ et dn̄m. In tp̄e paſ. ij. Allā. V. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri ieſu chriſti. Secundum matheum. xx. caplo.

In illo tp̄e: Aſcendens ieſus hieroſolimā aſſūpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis Ecce aſcēdimꝰ hieroſolimā ⁊ filiꝰ hoīs tradet̄ principibꝰ ſacerdotū ⁊ ſcribis: ⁊ cōdēnabūt eū morte Et tradēt eū gētibꝰ ad illudēdū / et flagellādū / ⁊ crucifigendū. Et tercia die reſurget. Offr. Protege dn̄e plebē tuā per ſignū ſctē crucis ab oībꝰ inſidiis inimicoꝝ oīm: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. In tēpore paſchali. allā. Secreta

Hec oblatio q̄s dn̄e ab oīb⁹ nos purget offensis: que in ara crucis imolata etiam totius mūdi tulit offensas. P. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sumus et per sanctā crucē liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: fili⁹ dei redemit allā. et finiatur cū allā. q̄ñcunqꝫ dicit: nisi infra lxx. vsqꝫ ad pascha. Postcōio.

Adesto nobis dn̄e de⁹ nr̄: et quos sācte crucis letari facis honore: ei⁹ quoqꝫ ꝑpetuis defēde subsidijs. P. ¶ Sanctus bonifaci⁹ papa egrotauit vsqꝫ ad mortē: q̄ instāter petijt a deo vitā i hoc sc̄lo sibi ꝓlōgari. Ad quē misit dn̄s sāctū raphaelē archāgelū cū officio misse de q̄nqꝫ vulnerib⁹ xp̄i dicēs ad papā. Surge scribe istud offi. et dicas ipsū q̄nqꝫ vicib⁹ ⁊ ꝯtinuo recipies sanitatē. Et q̄cūqꝫ sacerdos hoc offm̄ deuote ꝓ se vel ꝓ alio egrotāte celebrauerit q̄nq̄es: hic sanitatē ⁊ grām recipiet: et in futuro vitā eternā possidebit: si in bono perseueret. Et in q̄cūqꝫ tribulatione hō extiterit in hoc sc̄lo si ꝓcurauerit a sacerdote hoc officiū q̄nq̄es ꝓ se legi: sine dubio liberabit. Et si ꝓ aīa defūcti legat: statim postq̄ ꝯplete dictū fuerit: scilꝫ q̄nq̄es: a penis aīa soluetur. Sanctus igit bonifacius papa hec audiēs, statī erexit se in loco quo iacuit īfirmat⁹ ⁊ ipsū ꝯiurauit ꝑ oīpotentē deū vt absqꝫ suo ꝑiculo recederet ⁊ q̄s esset ⁊ ad q̄d venisset sibi cōtinuo īdicaret. Qui statim dixit se eē archāgelū raphaelē a deo sibi missū: ⁊ supius ꝓnūciata ꝓmittebat sine dubio fore rata. Sanctus tunc bonifaci⁹ papa offm̄ ꝯfirmauit ap̄lica auctoritate tribuēs oīb⁹ vere ꝯfessis ⁊ ꝯtritis: septimā partē remissiōis oīm peccatoꝝ suoꝝ q̄ illud deuote legerit q̄na vice. Et simil' illis ꝓdictū offi. legi ꝓcurātib⁹ quadraginta dies crīaliū ⁊ vnū ānū venialiū i dn̄o relaxauit. ¶ Incipit offm̄ misse de q̄nqꝫ vulnerib⁹ dn̄i nr̄i iesu xp̄i

Humiliauit semetipsū dn̄s nr̄ ies⁹ xp̄s vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis ꝓpt̄ q̄d ⁊ de⁹ exaltauit illū ⁊ donauit illi nomen q̄d est sup oē nomen. Ps. M̄ias dn̄i in eternū cātabo. Et d̄r Glīa in excelsis. nisi per aduē. ⁊ a lxx. vsqꝫ ad pas. Or.

Domine iesu xp̄e fili dei viui qui de celo ad terram de sinu patris descēdisti: et in ligno crucis q̄nqꝫ plagas sustinuisti: ⁊ sāguinē tuū p̄ciosū in remissionē peccatoꝝ nr̄oꝝ effudisti: te humiliter dep̄camur vt i die iudicij ad dexterā tuā statuti a te audire mereamur illā dulcissimā vocē. Venite benedicti in regnum patris mei. Qui cū eodē prē. Addat etiā vna collecta vbi placuerit scd̄m numerū et t̄pis exigentiā pro viuo vel pro defuncto ꝓ quo iste misse celebrant. Lcō zacharie ꝓphete. xij.

Hec dicit dn̄s de⁹ Effūdā de spū meo super domū dauid et sup hītatores hierl̄m spm̄ grē et miserationis: et aspicient in eū quē cōfixerūt ⁊ plāgēt eū planctu q̄si sup vnigenitū: et dolebūt sup eū vt doleri solet in morte p̄mogeniti. In die illa erit planctus magnus in hierl̄m: et dicetur ei. Que sūt iste plage in medio manuum tuaꝝ? Et dixit eis. His plagat⁹ sū in domo eoꝝ qui me diligebāt. Framea suscitare sup pastorē meū et sup virū coherentē michi dicit dn̄s exercituū. Percutiā pastorē:

et diſpgētur oues gregis. Dicit dñs exercituū. Gr. Improperiū expectauit coꝛ meū ⁊ miſeriā ⁊ ſuſtinui: q̄ ſimul cōtriſtaret ⁊ nō fuit: cōſolātē me q̄ſiui ⁊ nō īueni. ℣. Et dederūt in eſcā meā fel: et in ſiti mea potauerūt me aceto. Allā. ℣. Aue rex noſter ieſu xp̄e tu ſolus noſtros errores et reatus miſeratus pertuliſti patri obediens ductus es ad crucem vt agnus māſuetus ad occiſionem tibi gloꝛiā oſānna tibi ſumme laudis et honeſtatis choꝛea. Tractus.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meā de gente nō ſancta ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue me. ℣. Qꝛ tu es deus foꝛtitudo mea quare me repuliſti ⁊ quare triſtis incedo dū affligit me inimicꝰ. ℣. Teſtes eni iniq̄ inſurrexerūt aduerſū me ⁊ mētita eſt iniq̄tas ſibi. ℣. Supꝛā doꝛſū meū fabꝛicauerūt pctōꝛes ꝓlongauerunt iniquitatē ſuā. ℣. Ipſi vero cōſiderauerūt et īſpexerūt me diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſuper veſtē meam miſerunt ſoꝛtē ℣. Foderunt manꝰ meas et pedes meos ⁊ dinumerauerūt oīa oſſa mea et doloꝛem ſuper doloꝛē vulneribus meis addiderūt. Sequētia

Cenā cū diſcipulis xp̄e celebꝛaſti: ⁊ moꝛtē apl'is palā nūciaſti et auctoꝛē ſceleris iudā demonſtraſti ⁊ egreſſus ꝓtinꝰ ortulum intraſti. Tunc procidēs dominus humo ſe ꝓſtrauit et tranſferri calicem a ſe poſtulauit: ſed patris arbitrio illud cōmēdauit et ecce mox ſanguinis ſudoꝛ emanauit. Iudas poſt hoc oſculū oꝛi dedit xp̄i: ad quid īquit dominus amice veniſti: iniq̄d trades oſculo quē iā vendidiſti aſſiſtētes pꝛotinus irruūt miniſtri. Mox īſōtis itaq; illa ducebat: nulla pꝛoꝛſꝰ requies ieſu ꝓſtabat: magiſtroꝝ impia plebs iniuriat: alapis et colaphis inocēs mactat. Dū ieſū eripere pylatꝰ conatur iudeoꝝ furia magis īflāmatur: ⁊ tumultus populi ingens excitat: ⁊ plebis vox intonat vt crucifigat. Tradit militibꝰ vinculis artat vndiq; Verberibꝰ coꝛpus cruētat: caput regis glie ſpinis coꝛonat poſtq̄ flexis genibꝰ quiſq; irridat. Ecce caro tenera pij ſaluatoꝛis ad columnā neq̄ter coartat loꝛis ſic flagellis cedit impij toꝛtoꝛis q̄ emanāt riuuli vndiq; cruoꝛis. Poſt per vrbis mediū ieſus ꝓcedebat ⁊ crucis patibulū humeris ferebat ad foꝛes ad oſtia ppl's fluebat eiuſq; cōfuſio oībꝰ patebat. Ad pudoꝛis tumulū ieſu denudaris ⁊ vētis ac frigoꝛi nudus ſpoliaris inocens cū īpijs in cruce dānaris et quaſi dux ſceleris medio locaris. Tenſis ligno bꝛachijs manꝰ cōclauātur cruci caro crucibꝰ clauis tractabātur nerui vene ſimili modo laniātur pedes plāte etiā ferro cōcauant. Loquēs ieſus poſtea ſitio dicebat et acetū ꝓtinꝰ felle cōmiſcebat ac infuſū ſpōgie oꝛi poꝛrigebat: qđ deguſtās paululū ſumere nolebat. O ieſu mirifice qđ eſt quod agebas: tu de ſiti cōquerens de cruce ſitiebas: numq̄d hāc doloꝛibꝰ magis ſitiebas: aut ſalutē potiꝰ nřam ſitiebas. Vocē pꝛomens vltimā patrē īuocaſti ſpm̄q; manibus eiꝰ cōmēdaſti: cū clamoꝛe valido tandē expiraſti: ſic ſalutē oīm opus conſūmaſti. Nunc ego ſupbio tu hūiliaris ego culpas perpetro tu pena grauaris: ego pomū moꝛdeo tu felle potaris ego peto mellia tu dure tractaris Demū cuiꝰ valeat mens vel lingua fari: virgo intꝰ credit quātū cruciari dñi cernit ſuũ moꝛtuũ lat⁹ vulnerari atq; nati viſcera lancea rimari. Coꝛpus quidẽ moꝛtuũ iam nil ſẽtiebat militis ſed lancea pectus infigebat quã fixã in filij latere videbat vnde aqua ſanguine mixta effluebat. Fudit riuos ſãguinis fõtes ſaluatoꝛis ꝓperans huc aĩa currat pctõꝛis et hauriat q̃ſpiã ſacrati liq̃oꝛis quo frequẽter liniat vulnera doloꝛis Ad hũc ergo ꝓpera fõtẽ ſaluatoꝛis vt fluẽtis impleas viſcera dulcoꝛis atq; vite lauacrum precium cruoꝛis: hinc tui curatio ꝓfluat languoꝛis. Secundum iohannem xix.

IN illo tp̃e: Preſciens ieſus q2 iam oĩa cõſũmata erant de ipſo: vt conſummaretur ſcriptura dixit Sitio. Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autẽ ſpõgiam plenam aceto yſopo circumponentes obtulerunt oꝛi ei⁹. Et cum accepiſſet ieſus acetum: dixit. Conſummatũ eſt. Et inclinato capite: tradidit ſpiritũ. Iudei ergo qm̃ paraſceue erat vt nõ remanerent in cruce coꝛpoꝛa ſabbato: erat eni magn⁹ dies ille ſabbati: rogauerũt pylatũ vt frangerent eoꝝ crura ⁊ tollerent. Venerũt ergo milites: et p̃mi quidẽ fregerũt crura et alteri⁹ qui crucifixus eſt cũ eo. Ad ieſũ autẽ cũ veniſſent vt viderũt eũ iã moꝛtuũ: nõ fregerũt eius crura. Sed vn⁹ militũ lãcea latus ei⁹ aperuit: et cõtinuo exiuit ſãguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimoniũ ꝑhibuit: et verũ eſt teſtimoniũ ei⁹. Offer. Inſurrexerũt in me teſtes iniqui abſq; miã queſierũt me interficere: et non pepercerũt in faciẽ meã ſpuere: et lanceis ſuis vulnerauerunt me; et conquaſſa ſunt omnia oſſa mea. Secreta.

DOmine ieſu xp̃e qui ꝓ mũdi redẽptione crucis lignũ aſcendiſti vt vniuerſus mundus qui in tenebꝛis erat illuminaret: illam q̃s lucem in aĩas noſtras ⁊ coꝛpoꝛa infũde: per quã ad eternã lucem peruenire mereamur. Qui cũ patre ⁊ ſpũ ſctõ viuis. Prefa. Qui ſalu. Cõio. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: et dinumerauerunt omnia oſſa mea. Poſtcõio.

DOmine ieſu xp̃e q̃ hoꝛa diei ſexta ꝓ redẽptione mundi crucis patibulũ aſcẽdiſti: et ſanguinẽ tuũ precioſũ in remiſſionẽ pctõꝝ nr̃oꝝ fudiſti: te humiliter depꝛecamur: vt per tue paſſionis et vulnerũ tuoꝝ merita: poſt obitũ noſtrũ paradiſi ianuã gaudenter mereamur introire. Qui cũ p̃re ⁊ ſpũ ſancto viuis et regnas deus.

¶ In feſto coꝛone dñi. Officiũ.

GAudeamus oẽs in dño diẽ feſtum celebꝛantes ſub honoꝛe coꝛone domini de cuius ſolẽnitate gaudent angeli ⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Gaudẽt angeli ⁊ exultãt archangeli letantur et congratulantur omnes ſancti. Oratio.

PReſta q̃s oĩps deus vt qui in memoꝛiã paſſionis dñi nr̃i ieſu xp̄i coꝛonã eius ſpineã veneramur i terris: ab ipſo glia ⁊ honoꝛe coꝛonari mereamur i celis. Qui tecũ. Lcõ libꝛi ſapie Cãticoꝝ. iij.

LEctulum ſalomonis ſexaginta foꝛtes ambiũt ex foꝛtiſſimis iſrael: omnes tenentes gladios: et ad bella doctiſſimi. Vnuſquiſq; enſis ſup femur ſuũ ꝓpter timoꝛes nocturnos. Ferculũ fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas reclinatoꝛiũ aureum:

aſcenſū purpureū media caritate cōſtrauit propter filias hieruſalem. Egredimini filie ſyon: et videte regē ſalomonē in diademate quo coronauit eū mater ſua in die deſponſationis illiꝰ: et in die leticie cordis eiꝰ Quā pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es. Oculi tui columbarū: abſqꝫ eo qđ intrinſecꝰ latet. Veni de libano ſpōſa mea veni de libano: veni coronaberis Allā. ℣. Tuā coronā adoramus dn̄e tuū glioſū recolimꝰ triūphū. Allā. ℣. Diadema ſpineum veneremur hodie cuiꝰ per aculeū ſertū dat glie. Seq.

Si vis vere gliari et a deo coronari honore et glia. Hāc coronā venerari ſtudeas atqꝫ ſectari portātes veſtigia. Hanc celorū rex portauit honorauit et ſacrauit ſacro ſuo capite In hac galea pugnauit cum antiquum hoſtem ſtrauit triūphans in ſtipite Hec pugnātis galea triumphantis laurea tyara pontificis. Primū fuit ſpinea poſtmodum fit aurea tactu ſcti verticis. Spinarū aculeos virtus fecit aureos xp̄i paſſionis. Que peccatis ſpineos mortis eterne reos adimpleuit bonis. De malis colligitur et de ſpinis plectitur ſpinea puerſis. Sed in aurū vertitur qñ culpa tollitur eiſdē cōuerſis. Iocūda miſteria ſūt hec ſed materia preſentis leticie. Nobis eſt hyſtoria qua patenter francia coronatur hodie. Huiꝰ coronatio corone ſuſceptio cuius feſtū agimus. Debito cū gaudio et anniuerſario honore recolimus. Theſauro tam nobili tā deſiderabili diues es effecta. Terra carēs ſimili carens cōparabili deo ꝑdilecta. Tria priuilegia regna tibi alia ſubdunt in honore. Fides et militia ductioqꝫ regia quarū flores flore Tibi o urbs inclita omni laude ꝑdita mater ſtudiorū. Eſt corona tradita et in te repoſita urbs pariſiorū. In dei preconiū totum cōfer ſtudium totum cor appone Que xp̄i palladiū et ſacre ſacrarium facta es corone. Ieſu pie ieſu bone noſtro nobis in agone largire victoriā. Mores noſtros ſic cōpone vt perpetuo corone mereamur gloriā. Scd̄m iohānē. xix.

In illo tēpore. Apprehēdit pylatus ieſū: et flagellauit Et milites plectētes coronam de ſpinis: impoſuerūt capiti eius et veſte purpurea circūdederunt eum et veniebant ad eū et dicebāt Aue rex iudeorū. Et dabant ei alapas Exiuit iterū pylatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoſcatis quia in eo nullā inuenio cauſā. Exiuit ergo ieſꝰ portans ſpineā coronā et purpureū veſtimētū. Credo. Offꝫ. Gloria et honore coronaſti eū et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū dn̄e. Secr.

Votorū militū rex oīs virtutē corrobora: vt quos in huiꝰ mortalitatis ſtadio vnigeniti filii tui corona letificat: et cōſummato curſu certaminis immortalitatis brauiū apprehēdāt. Per eūdē

Prefatio de cruce. Cō. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo

Poſtcō. Supplices te rogamus oīs deꝰ vt hec ſacramēta q̄ ſūpſimus per ſacroſancte filii tui corone cuius ſolennia recenſemus virtutem nobis proficiant ad medelam. Per eundem.

Sabbato celebratur de btā virgine et q̄re in. vij. feria de btā virgine initiū habuit. Qm̄ in quadā eccl'ia ciuitatis Cōſtan ſtinoplitane erat imago btē virginis corā qua dependebat velū quod totā velabat imaginē: ſed hoc velum in ſexta feria poſt veſperas recedebat de imagine nullo mouente: ſolo dei miraculo q̄ſi deferret̄ in celū vt ad plenū poſſet imago cōſpici. Celebratis veſperis in ſabbato deſcēdebat ipſū velū ante eādē imaginē. et ibi manebat vſq; in feriā vi. ſequentem Hoc viſo miraculo ſancitū eſt vt ſēper illa feria celebret̄ de btā virgine. Alia etiam ratio eſt: qꝛ dn̄o crucifixo et mortuo diſcipulis fugientibus et de reſurrectione deſperātibus: in illa ſola tota fides remanſit. Sciebat eni quomodo portauerat eū ſine labore: et pepererat ſine dolore ⁊ ideo certa erat q̄ filius dei eſſet: et a mortuis tercia die reſurgere deberet / et hec eſt ratio quare dies ſabbati magis q̄ alia dies btē marie appropriatur. Tercia ratio eſt: qꝛ dies ſabbi eſt ianua ⁊ introit⁹ ad dn̄icā diē dies aūt dn̄ica eſt dies requiei ⁊ ſignificat vitā eternā Unde cū in gr̄a ſum⁹ dn̄e nr̄e: ſum⁹ q̄ſi in ianua paradiſi. Igit̄ qꝛ ipſa eſt nobis porta ad regnū celorū qđ per diē dn̄icā figurat̄: ideo de illa ſolēnizam⁹ in vij. feria q̄ diē dn̄icā p̄cedit. Quarta ratio eſt vt ſolēnitas matris ſolēnitati filij cōtinuet̄. Quinta rō eſt vt feſtiuius agat̄ i die qua de⁹ ab oī ope q̄euit

Ordinatio miſſe quotidiane btē marie virgis q̄ dicit̄ **Salue.** Pulſato ad miſſā btē marie cōueniāt clerici ad eandē per ebdomadā deputati: qui dictis prius horis beate virginis in capella eiuſdē: videlicet prima. iij. vi. et. ix. miſſā ſolenniter exequātur. Hoc addito q̄ in inceptione cuiuſlibet hore dicitur ſalutatio angelica: ſcilicet **Aue maria.** genuflectendo ſub ſilentio. Ad miſſam quotidianā beate marie ſacerdoti aſſiſtant dyaconus et ſubdyaconus miniſtrantes ei: in dalmaticis et tunicis omni duplici feſto per annum et per octa. natiuitatis dn̄i: paſche. et penthecoſtes in ſabbatis: et in dn̄icis et in omnibus feſtis que habent inuitatoriū triplex. Et in oīb⁹ his **Alleluya.** a duobus ſuperiorib⁹ in ſuperpellicijs cantat̄: alias clericis inferiorib⁹ in habitu ſēꝫ eodē Celebratur etiā miſſa beate virginis ſolenniter omni die per annum in capella eiuſdem: niſi duobus dieb⁹ proximis ante paſcha

¶ Ad miſſā beate virginis quotidianam dicendam in capella et in choro infra aduentū quādo fit plenū ſeruitium de ea: niſi in feſto conceptionis eiuſdem. Offm̄.

Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluant iuſtum aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem. ps. Et iuſticia oriatur ſimul: ego dominus creaui eum. Deinde repetatur officiū **Rorate. Gloria patri.** Tercio repetatur offm̄. Et ſic fiat ibidem per totum annū: etiā infra paſſionē Ad miſſā quotidianā de ſācta maria in capella eiuſdē oī die per annū: niſi duob⁹ dieb⁹ ante paſcha. dr̄ vnū **Kyrie.** et iſtis ſequētibus videlꝫ oībus duplicibus feſtis: ſiue fiat in choro de tēpalib⁹: ſiue de feſtis ſctōꝝ dr̄ vnū iſtoꝝ abſq; verſibus: ſcꝫ **Kyrie rex ſplēdens,** vel **Kyrie fons bonitatis.** In oīb⁹ ho dn̄icꝫ dr̄ abſq; v̄ſib⁹ vnū eorūdē: vel iſtud ſcꝫ **Kyrie rex genitor**

Feria ſcḋa. Kyrie de O rex clemēs. Feria tercia. Cōditor. Feria q̄rta Cuncti potens. Feria. v. Orbis factor. Feria ſexta. Lux ⁊ origo. Sabbato. Kyrie omnipōs. Oratio.

DEus qui de btē marie virginis vtero verbũ tuũ angelo nūciante carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eã dei genitricē credim⁹ eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eūd. ¶ Sequētes memorie fiant per totũ annũ ad miſſã eiuſdē in capella: ſcḋa oro de trinitate. Or. Omnipōs ſempiterne deus. tercia oratio pro epis viuis oro. Omnipōs ſempiterne deus qui facis mirabilia. quarta oratio pro benefactoribus defūctis. oratio. Omnipōs ſempiterne deus vnica ſalus mor. quinta oratio generalis ſcilʒ. Omnipotens ſempiterne deus qui viuorum. Require predictas orationes cum ſecretis et poſtcōio. ante officium. Salue ſancta parens. Lcō eſaie ꝓphete. vij

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad achaz dicens. Pete tibi ſignũ a dño deo tuo in profundũ inferni: ſiue in excelſũ ſupra. Et dixit achaz. Non petã: et non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parũ vobis eſt moleſtos eſſe hoibus: qꝛ moleſti eſtis et deo meo? Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Butyrũ et mel comedet: vt ſciat reprobare malũ et eligere bonũ. ¶ In capella beate virginis per totũ annũ gradale cum ſuo verſu cantetur a toto choro. Gr. Tollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis aſcendet in montem dñi aut quis ſtabit in loco ſctō eius: Innocens manibus ⁊ mũdo cordis. Nunq̄ eni repetat Gr. poſt ſuũ V. in miſſis quotidianis de ſancta maria: neqȝ de trinitate: neqȝ de ceteris cōmemorationibus: niſi in pleno ſeruitio tantũ. Alleluya. V. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Item. Alla. per totũ aduentũ dicitur in choro in commemoratione beate marie: et ſimiliter in capella. Et ſciendũ eſt q̄ quotidie per annum dicitur ſequētia in capella beate virginis et ſimiliter in choro quando dicit̄ miſſa ſolenniter de eadē. Quādo fit plenũ ſeruitium de ſancta maria per aduētũ: dicit̄ vna ex iſtis ſequētijs per ordinē ſimiliter dicunt̄ ad miſſã quotidianã. Seq̄.

MIſſus gabriel de celis verbi baiulus fidelis: ſacris diſſerit loquelis cum beata virgine. Verbum bonũ et ſuaue pãdit intus in cōclaue: et ex eua formãs aue eue verſo nomine. Conſequenter iuxta pactum adeſt verbũ caro factũ ſēp tamē eſt intactũ puellare gremiũ. Patrē pariens ignorat et quã hō nō deflorat: nō torquetur nec laborat qñ parit filiũ. Signũ audis nouitatis crede ſolum ⁊ eſt ſatis non eſt tue facultatis ſoluere corrigiam. Grande ſignũ et inſigne eſt in rubo et in igne ne appropiet in illũ calciat⁹ quiſpiã. Virga ſicca ſine rore nouo ritu nouo more: fructum ꝓtulit cũ flore ſic ⁊ virgo peperit. Benedictus talis fructus: fruct⁹ gaudij non luctus non erit adã ſeductus ſi de hoc guſtauerit. Ieſus noſter ieſus bonus: pie matris ꝑlum onus: cuius eſt in celo thronus naſcit᷑ in ſtabulo. Qui ſic eſt ꝓ nobis natus nr̄os deleat reatꝰ q̄ʒ nr̄ incolatꝰ hic eſt i ꝑiculo

Mittit ad virginē nō Seq̄. quēuis angelū ſed fortitudinē ſuū archangelū amator hominis. Fortē expediat pro nobis nunciū nature faciat vt preiudiciū in partu virginis. Naturā ſuperet natus rex glorie regnet et imperet et zima ſcorie tollat de medio. Superbientium terat faſtigia colla ſublimium calcās vi propria potens in prelio. Foras eiciat mūdanū principē ſpō ſāqʒ faciat ſecum participem patris imperij. Exi qui mitteris hec dona dicere reuela veteris velamen littere virtute nuncij. Accede nūcia dic aue cominus dic plena gratia dic tecum dominus et dic ne timeas. Virgo ſuſcipias dei depoſitū i quo perficias caſta ꝓpoſitum et votū teneas. Audit et ſuſcipit puella nūciū credit et cōcipit et parit filium ſed admirabilem. Conſiliarium humani generis et deū fortiū et patrē poſteris in pace ſtabilem. Sequentia.

Verbū bonū et ſuaue ꝑſonemus illud aue per quod xp̄i fit conclaue virgo mater filia Per qđ aue ſalutata mox cōcepit fecundata virgo dauid ſtirpe nata inter ſpinas lilia. Aue veri ſalomonis mater vellꝰ gedeonis cuius magi tribꝰ donis laudāt puerperiū. Aue ſolem genuiſti aue prolem ꝓtuliſti mūdo lapſo cōtuliſti numen et imperiū. Aue mater verbi ſūmi maris portꝰ ſignū dumi aromatum virga fumi angelorū dn̄a. Supplicamus nos emenda emendatos nos cōmenda tuo nato ad habenda ſempiterna gaudia. Secundum lucam .i. caplo.

In illo tempore: Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem deſponſatā viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid: et nomen virginis maria Et ingreſſus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribꝰ. Que cū audiſſet turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enī gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vteroꝫ paries filiū: ⁊ vocabis nomen eiꝰ ieſū. Hic erit magnus: et filiꝰ altiſſimi vocabit᷑. Et dabit illi dn̄s deus ſedē dauid patris eiꝰ et regnabit in domo iacob in eternū: et regni eiꝰ nō erit finis Dixit autem maria ad angelū. Quō fiet iſtud: q̄m virū nō cognoſco? Et rn̄dens angelꝰ: dixit ei. Spūs ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtꝰ altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoqʒ ⁊ qđ naſcetur ex te ſctm̄: vocabitur filius dei Et ecce helizabeth cognata tua: et ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus illi q̄ vocat᷑ ſterilis: q̄ʒ nō erit impoſſibile apud deū oē vbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi ſcd̄m verbū tuū. ¶ Et legatur euangeliū ad miſſā btē marie in eiuſdē capella oī die per annū cū eadē nota qua ⁊ euangeliū ad miſſam de die legendum eſt.

¶ Nota ꝙ ad miſſā quotidianā btē marie ſēp dr̄. Credo. qn̄ dicendum eſt ad miſſam de die. Offr.

Aue maria gratia plena dn̄s tecum: bn̄dicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ſine Ꝟ. vel quoduis aliud ad placitũ. Secr.

In mẽtibus nr̃is q̃s dñe vere fidei ſacramenta ꝯfirma: vt qui cõceptũ de virgine deũ verũ et hoiem firmiter cõfitemur: per eiuſdẽ ſalutifere incarnationis potẽtiã ad eternã mereamur ꝑuenire leticiã. P̃ eũ. Prefa. Et te in veneratione. Et dr̃ hec p̃fatio quotid. in capella: et etiã in cõmemorationib⁹ eiuſdẽ per totũ ãnũ niſi a nat. dñi vſq3 ad purifi. Cõ. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ: et vocabit nomẽ ei⁹ emanuel. Poſtcõ.

Gratiã tuã q̃s dñe mentibus nr̃is infũde: vt q̃ angelo nũciante xp̃i filij tui incarnationẽ cognouimus: per paſſionẽ eius et crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

¶ Hec p̃dicta poſtcõ. ſcz Gratiã dicit̃ in paſchali tp̃e vſq3 ad vigiliã aſcẽtionis dñi excluſiue q̃n poſt aliquã miſſã fit memoria de btã maria cũ officio Salue ſãcta

¶ Notãdũ eſt q̃ in oĩbus feſtis btẽ marie p totũ ãnũ: ⁊ quotidie infra oct. ⁊ i oct. eiuſdẽ dr̃ eadẽ miſſa in capella q̃ dicenda eſt in choro: ita tñ q̃ ep̃ſa nõ mutet̃ p oct.

¶ Ad miſſã de ſãcta maria in die natiui. dñi et q̃tidie ab hinc vſq3 ad purifi. in capella et in choro: q̃n fit plenũ ſeruitiũ de ea. Offi.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Quando autẽ dicit̃ Gloria in excelſis. cum ꝟ. Spiritus et alme. habet dici r⁹b⁹ ſabbatis in capella cũ hoc cantu.



In choro aũt quater in anno. videlz in vltĩa ꝯmemoratiõe btẽ vgĩs ãn aduẽtũ dñi ⁊ ãn. lxx. et tũc dr̃ Sp̃us et alme. a toto choro dicet̃ etiã i choro i oct. aſſũptiõis ⁊ nat. btẽ marie a trib⁹ clericis de ſuperiori gradu in ſuppellicijs ad gradũ chori. ¶ Et ſciẽdũ eſt q̃ q̃ñcũq3 dr̃ in choro vel extra. ꝟ. Sp̃us et alme. dr̃ ſup Kyrie. cãt⁹ de Kyrie omp̃s. et iſte ſeq̃ns cãt⁹ ſup Sctũs cũ hac aditiõe Bñdict⁹ marie fili⁹ Et dr̃ iſte cãt⁹ ſup Agn⁹ dei. Or.

Deus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecũda humano generi premia preſtitiſti: tribue q̃s, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiam⁹ per quã meruimus auctorẽ vite ſuſcipere dñm nr̃m ieſũ xp̃m filiũ tuũ. Q̃ t. Lcõ ep̃ſe bti pauli. Ad tytum. iij.

Cariſſime: Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris nr̃i dei. Nõ ex opib⁹ iuſticie q̃ fecim⁹ nos: ſed ſcdm ſuã miam ſaluos nos fecit Per lauacrũ regenerationis ⁊ renouationis ſp̃us ſctĩ quẽ effudit i nos abũde: per ieſũ xp̃m ſaluatorẽ nr̃m. Vt iuſtificati gr̃a ipſius heredes ſimus: ſcdm ſpẽ vite eterne. In xp̃o ieſu dño nr̃o. Gr. Specioſus forma pre filiis hoim diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ꝟ. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribentis. Alleluya. ꝟ. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pro nobis. Hoc Allã. dicit̃ in cõmemoratione btẽ marie in choꝛo in xp̄e nat. dñi: et etiã q̄tidie in capella. Itē in die purificatiõis dē Allã ꝟ Adoꝛabo. in choꝛo ⁊ in capella. vſꝫ. in eodē die purifi. Qñcunqꝫ eni ſit plenũ ſeruitiũ de ſãcta maria dicit᷑ vna ex iſtis ſequẽtiũ p ordinē. Seq̄.

Poſt partum virgo maria. Dei genitrix fecũda gr̃a tonãtis plena Aue terraꝝ dña alma celoꝝ regina Tibi ethera oiſqꝫ ſãctoꝝ turma depꝛomat ſimphonia Tellus flumina atqꝫ ſiluaꝝ nemora reſultent voce ſua. Salue parens inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mũdo eſt edita. Tu ieſũ papilla lactaſti ſacra extans virgo feta mater intacta. Unde nr̃is eya faue votis dña xp̄m interpellans pꝛo ſalute humana. Per te mater aboleri filio tũ flagitamꝰ crimina. Noſqꝫ oẽs introduci ſẽpiterna paradiſi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloꝛia. Alia ſequentia

Aue maria gr̃a plena Dñs tecũ virgo ſerena. Bñdicta tu in mulieribus. Que peperiſti pacē hoibꝰ ⁊ ãgelis gloꝛiã. Et bñdictus fructus vẽtris tui. Qui coheredes vt eſſemus ſui nos fecit per gratiã. Per hoc aũt aue mũdo tã ſuaue cõtra carnis iura. Genuiſti ꝓlē nouũ ſtella ſolē noua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni ſaluatoꝛis xp̄i templũ extitiſti ſed virgo intacta. Tu floris et roꝛis panis et paſtoꝛis virginũ regina roſa ſine ſpina genitrix es facta Tu ciuitas regis iuſticie. Tu mater es mie Theophilũ refoꝛmãs gr̃e. De lacu fecis et miſerie. Ergo maris ſtella verbi dei cella et ſolis auroꝛa, Paradiſi poꝛta per quã lux eſt oꝛta natum tuũ oꝛa. Nos vt ſolua[illegible]ctis et in regno claritatis qͦ lux lucet ſedula collocet per ſecula. Alia ſeq̄.

Letabũdus exultet fidelis choꝛus allã. Regē regũ intacte ꝓfudit thoꝛus res miranda Angelus cõſilij natꝰ eſt de virgine ſol de ſtella. Sol occaſum neſciens ſtella ſẽp rutilãs ſẽp clara. Sicut ſydus radiũ ꝓfert virgo filiũ pari foꝛma. Neqꝫ ſydus radio neqꝫ mater filio ſit coꝛrupta Cedꝛus alta libani confoꝛmatur yſopo vale nr̃a. Verbũ ens altiſſimi coꝛpoꝛari paſſũ eſt carne ſũpta. Iſaias cecinit ſynagoga meminit: nunq̃ tñ deſinit eſſe ceca. Si nõ ſuis vatibꝰ credat vel gentilibꝰ ſibilinis verſibus hec pꝛedicta. Infelix ꝓpera crede vel vetera cur damnaberis gẽs miſera Quem docet littera natum conſidera. Ipſũ genuit puerpera allã

Alia ſeq̄.

Hac clara die turma feſtiua dat ꝑconia. Mariã cõcrepãdo ſymphonia nectarea. Mũdi dña q̄ eſt ſola caſtiſſima virginũ regia Salutis cauſa vite poꝛta atqꝫ celi referta gr̃a Nã ad illã ſũt nũcia oli facta ãgelica Aue maria gr̃a dei plena per ſcl̃a Mulieꝝ pia agmina itra ſẽp bñdicta. Virgo ⁊ grauida mater intacta ꝓle glioſa. Cui ꝯtra maria hec reddit famina. In me quomõ tua iã fiẽt nũcia. Viri noui nullã certe copulam. Ex quo atqꝫ nata ſũ incoꝛrupta. Diua miſſꝰ ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferẽs gaudia celo terre nati ꝑ exoꝛdia Intra tui vẽtris clauſtra poꝛtãs q̄ gubernat clima. Dia q̄ dat xp̄a pacifica. Alia ſeq̄.

Aue mũdi ſpes maria: aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue virgo ſingularis que per rubū deſignaris nō paſſū incēdia. Aue roſa ſpecioſa aue ieſſe virgula. Cuius fructus noſtri luctus relaxabat vincula. Aue carēs ſimili mūdo diu flebili reparaſti gaudium. Aue cuius viſcera contra mortis federa ediderunt filiū. Aue virginū lucerna per quā fulſit lux ſuperna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci et de cuius lacte paſci rex celorū voluit. Aue gēma celi luminarium. Aue ſancti ſpūs ſacrariū. O ꝙ̄ mirabilis et ꝙ̄ laudabilis hec eſt virginitas. In qua per ſpm̄ facta paraclitū fulſit fecūditas. O ꝙ̄ ſancta ꝙ̄ ſerena ꝙ̄ benigna ꝙ̄ amena eſſe virgo creditꝛ. Per quā ſeruitus finitꝛ porta celi aperitur et libertas redditur. O caſtitatis liliū tuū precare filiū qui ſalus eſt humiliū. Ne nos pro noſtro vicio in flebili iudicio ſubiiciat ſupplicio. Sed nos tua ſctā prece mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo; amen dicat oīs hō. Alia. ſeqūa.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur mēoria. Decantemꝰ in hac die ſēp virgis marie laudes et ꝓconia. Omnis homo oī hora ipſā oraꝫ ipſora eiꝰ patrocinia. Pſalle pſalleniſu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue dña celoꝝ inexperta viri thorū parēs paris neſcia. Fecundata ſine viro genuiſti modo miro genitorē filia. Florēs ortus auſtro flante porta clauſa poſt et ante via viris īuia. Fuſa celi rore tellus fuſū gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue ſplēdor firmamenti tu caliginoſe menti deſuper irradia. Placa mare maris ſtella ne inuoluat nos procella et tēpeſtas obuia. Iſte ſex ſequētie dñe qū fit plenum ſeruitiū de ſctā maria extra aduētū per totum annū etiā in .lxx. vſq; ad caput ieiunij. Nūꝙ̄ enī dꝛ tractus ad miſſā de cōmemo. beate marie in eccleſia ſaꝝ ſed ſēp ſequentia etiā per totā .xl. ad miſſā quotidianā de ea. Et tūc ꝙ̄plures dicuntur in dominicis. Aue ꝓclara. Euang. Scd̄ʒ lucā. ij.

In illo tēpore. Paſtores loquebātur ad inuicē Tranſeamus vſq; bethleē & videamꝰ hoc verbum qd̄ factū eſt: qd̄ fecit dn̄s et oſtēdit nobis. Et venerunt feſtinātes & inuenerūt mariā et ioſeph: et īfātem poſitū in preſepio. Videntes aūt cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierāt mirati ſunt: & de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem cōſeruabat oīa verba hec cōferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glīficantes et laudantes deū in oībus q̄ audierant et viderāt ſicut dictū eſt ad illos. Offꝛ. Offerētur regi virgines poſt eā ꝓxime eiꝰ offerētur tibi. Secreta.

Oblatꝭ dñe muneribꝰ ſuppliciter deꝓcamur: vt q̄ verā vbi tui incarnationē fideliter veneramur: verā eiꝰ dē ſubſtātiā carnis ac ſāguis quā ꝑ ſpiritū ſctm̄ virgo mater dedit ī hoc ꝓſēti myſterio ſalubꝛiter ꝑcipiamꝰ. P. Prefa. Qꝛ ꝑ icarnati. Cō. Diffuſa eſt grā in labiis tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternum. Poſtcōio.

Da q̄s miſericors deꝰ eiꝰ nos cōtinua intercesſione vegetari: cuiꝰ integra virginitate ſuſcepimꝰ auctorē nr̄e ſalutis dn̄m nr̄m ieſū xp̄m filiū tuū. Qui te. Sequētes mēo. fiāt ꝑ totū annū ad miſſā eiuſdē in capella. Secūda oṙo de trinitate. Oꝛ.

Omnipotens ſempiterne de⁹ q̄ dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gl'iam agnoſcere: ⁊ in potētia maieſtatis adoꝛare vnitatē q̄s vt eiuſdē fidei firmitate ab oīb⁹ ſēp muniamur aduerſis. Jn q̄ vi. Tercia oṙo p ep̄is viuis ⁊ ſubditis. Oꝛ.

Omnipotens ſempiterne de⁹ q̄ facis mirabilia magna ſol⁹: pretende ſup famulos tuos pōtifices et ſup cūctas cōgregationes illis cōmiſſas ſpm̄ grē ſalutaris: ⁊ vt in veritate tibi cōplaceāt: ꝑpetuū eis roꝛē tue bn̄dictiōis infūde. Per. Quarta oṙo p bn̄factoꝛib⁹ defūctis.

Omnipotens miſericoꝛs deus Oꝛ. vnica ſalus moꝛtalium: te ſuppliciter exoꝛam⁹ pro aīab⁹ famuloꝝ famulaꝝq; tuaꝝ parentū et bn̄factoꝝ nr̄oꝝ vt interueniente btā dei genitrice maria cū oībus ſctis tuis pctōꝝ eis largiri digneris idulgētiā: ⁊ in nouiſſimo die btē reſurrectiōis leticiā. P. Quinta oṙo gn̄alis p viuis ⁊ defūctis. Oꝛ.

Omnipotens ſempiterne de⁹ qui viuoꝝū dn̄aris ſimul et moꝛtuoꝝū: oīmq; miſereris quos tuo fide et opere futuros eſſe prenoſcis: te ſupplices exoꝛamus: vt pro quib⁹ effūdere pꝛeces decreuimus: q̄ſq; vel pꝛeſēs ſclm adhuc in carne retinet: vel futurū iam exutos coꝛpoꝛe ſuſcepit: pietatis tue clemētia oīm delictoꝛū ſuoꝛū veniā et gaudia cōſequi mereant eterna. Per. De trinitate ſecreta.

Sanctifica dn̄e q̄s deus trinitas ſctā per tui ſcti nois inuocationē hui⁹ oblatiōis hoſtiā et per eā noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui viuis ⁊ reg. Pro ep̄is viuis et ſubditis. Sec.

Hoſtias q̄s dn̄e famuloꝛum tuoꝝ placat⁹ intēde: ⁊ quas in honoꝛe nois tui deuota mente pꝛo eis celebꝛam⁹: ꝓficere ſibi ſentiant ad ſalutē. Per do. Pꝛo benefactoꝛibus defunctis. Secreta.

Sanctifica q̄s dn̄e hec fideliū omniū vitalia ſacramenta et ꝑſta: vt per ea interueniēte btā dei genitrice maria cū oīb⁹ ſāctis tuis hoc ipm̄ ꝓficiat aīab⁹ famuloꝝ famularūq; tuaꝝ parētum et bn̄factoꝝ nr̄oꝝ ⁊ ab oībus viciis expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per. Pꝛo viuis ⁊ defūctis. Secr.

Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝝ in ſuꝑna felicitate locādus tribue q̄s vt vniuerſoꝝ q̄s in oṙone cōmendatos ſuſcepim⁹ ſiue oīm fideliū noia btē ꝑdeſtinationis liber aſcripta retineat. P. De trinitate. Poſtcō.

Pꝛoficiat nobis ad ſalutē coꝛpoꝛis et aīe dn̄e de⁹ nr̄ hui⁹ ſacramēti ſuſceptio: ⁊ ſēpiterne ſctē trinitatis eiuſdēq; idiuidue vnitatꝫ cōfeſſio. Jn q̄ vi. Pꝛo ep̄is et ſubditis. Poſtcōio.

Quos celeſti recreas munere dn̄e ꝑpetuo comitare p̄ſidio et q̄s fouere nō deſinis dignos fieri ſēpiterna redēptione cōcede. P. Pꝛo benefactoꝛibus. Poſtcōio.

Viuificet nos queſumus domine ſalutare quo paſti ſumus ſacramentum: et interueniēte beata dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis concede: vt hoc ipſū pꝛoficiat animabus famuloꝛum famularumq; tuarum parentum ⁊ benefactoꝛum noſtroꝛum ad pꝛomerendam pꝛopiciationis tue gratiam: et percipiendam future reſurrectionis gloꝛiam ſempiternam. Per eundem.

Pro viuis ⁊ defunctis. Poſtcōio

PRo celeſtis cōuiuij iocūditate grās tibi referim⁹ rex et ſacerdos noſter maieſtatē tuā humiliter rogātes: vt hec ſacroſctā corporis ⁊ ſāguinis tui hoſtia nō ſit nobis reat⁹ ad penā: ſed interceſſio ſalutaris ad veniā: ſit ablutio ſcelerū: ſit fortitudo fragiliū: ſit cōtra oīa mūdi pericula firmamentū: ſit viuorū atq; mortuorū fideliū remiſſio oīm delictoꝝ. Per te ſaluator mūdi rex glie. Qui vi.

¶ Ad miſſā de ſācta maria a purificatione vſq; ad aduētū dñi in capella et in choro qn̄ fit plenum ſeruitiū d ea: niſi i ſe. ⁊ ꝑ oc. eiuſd

SAlue ſācta parens enixa puerpera regē qui celū terrāq; regit in ſecla ſecloꝝ. In tpe paſchali. alleluya. ℣s. Benedicta tu in mulieribus ⁊ bñdictus fruct⁹ vētris tui.

COncede nos famulos Or. tuos qs dñe deus ꝑpetua mentis ⁊ corporis ſalute gaudere et glorioſa beate marie ſēꝑ virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia: ⁊ eťna ꝑfrui leticia. Per. Lcō li. ſapie. Eccli. xxiiij.

